ACTA
APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

AN. ET VOL. LXVIII

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS
M-DCCCC-LXXVI

1
j

An. et vol. LXVIII 31 Ianuarii 1976 N. 1

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA PAULI PP. VI

ADHORTATIO APOSTOLICA

Ad Episcopos, Sacerdotes et Christifideles totius Catholicae Ecclesiae: de Evangelizatione in mundo huius temporis.

PAULUS PP. VI

VENERABILES FRATRES AC DILECTI FILII,

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

1. EVANGELII NUNTIANDI studium nostrae aetatis hominibus, spei plenis, sed timore etiam et angore saepe vexatis, procul dubio officium habendum est, quod non solum christianae communitati, sed universae quoque hominum consortioni praestatur.

Quo fit, ut confirmandi fratres munus — quod a Christo Domino accepimus cum munere Successoris Petri coniunctum,[1] quodque instantiam Nostram cotidianam,[2] Nostram vivendi agendique rationem ac primarias partes Pontificatus Nostri esse censemus — tunc multo magis excellere atque urgere Nobis videatur, cum praecipimur Nostros fratres in evangelizationis opere obeundo corroborare, ut iidem, incertis hisce ac

[1] Cfr. *Lc. 22,* 32.
[2] *2 Cor.* 11, 28.

perturbatis temporibus, incensiore usque amore, studio ac laetitia opus illud exsequantur.

2. Id ipsum facere Nos nunc in animo habemus sub exitum huius Anni Sacri, per cuius decursum Ecclesia, *Evangelium omnibus hominibus nuntiare contendens* * nihil aliud spectavit, quam ut munere fungeretur praeconis Boni Nuntii, a Iesu Christo aliati et ab ea vulgati, vi huius duplicis praecipui mandati : *Induite novum hominem* [4] et *Reconciliamini Deo}*

Ad id Nos impellit decima anniversaria memoria conclusi Concilii Vaticani II, cuius proposita breviter ad hoc unum redigi possunt : dare operam, ut Ecclesia xx saeculi evadat magis usque idonea Evangelio nuntiando hominibus eiusdem saeculi.

Hoc facere cupimus post exactum annum a celebrato Synodi Episcoporum tertio generali coetu — cuius argumentum, ut notum est, in evangelizatione versabatur — et quidem eo impensius, quod ipsi Synodi Patres id a Nobis postulaverunt. Ac revera, cum memoranda illa Synodus ad exitum pervenit, iidem statuerunt sui operis fructus magna cum fiducia et simplicitate in manus remittere universalis Ecclesiae Pastoris, declarantes se a Romano Pontifice novam impulsionem exspectare, quae Ecclesiae, uberius usque immortali vi ac potentia Pentecostes perfusae, feliciora evangelizationis tempora valeret afferre.[6]

3. Nosmet ipsi grave huius quaestionis de evangelizatione momentum iterum iterumque in sua luce posuimus multo ante Synodi celebrationem : *Condiciones societatis* — ita sacrum Cardinalium Collegium allocuti sumus die xxn mensis Iunii anno MCMLXxiii — *nos omnes cogunt ad methodos recognoscendas*

[3] **Cfr. Conc. Oecum. Vat. II, Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus,* n. l: *A.A.S.* 58 (1966), p. 947.**

[4] **Cfr. *Eph.* 4, 24; 2, 15; *Col.* 3, 10; *Gal.* 3, 27; *Rom.* 13, 14; *2 Cor.* 5, 17.**

[5] ***2 Cor.* 5, 20.**

[6] **Cfr. Pauli Pp. VI, Allocutio habita ad Synodum Episcoporum, tertio exeunte generali conventu (26 Octobris 1974): *A.A.S.* 66 (1974), pp. 634-635; 637.**

atque ad vias rationesque omnibus viribus reperiendas, quibus nostrae aetatis hominibus christianum nuntium per feratur, in quo uno ipsi interrogationibus suis responsionem invenire poterunt necnon vim haurient ad officia mutuae hominum necessitudinis exsequenda.[7] Quibus verbis hoc etiam addimus: ad Concilii postulatis, quae Nos urgent, apprime respondendum, necessarium omnino esse non solum ut prae oculis habeamus fidei patrimonium, quod integrum inviolatumque Ecclesia tradere debet, sed etiam ut hominibus, qui hodie sunt, quatenus fieri possit, ratione perspicua eademque ad persuadendum apta, patrimonium illud proponamus.

4. In hac fidelitate erga nuntium, cui inservimus, atque erga homines, quibus integrum ac vivum illud tradere debemus, cardo vertitur ipsius evangelizationis. Quae quidem tres maxime arduas quaestiones ponit, ad quas Patres Synodi anno MCMLXXIV assidue animum intenderunt:

— Quomodo hodie se habet haec evangelico nuntio insita vis, cuius est hominis conscientiam penitus attingere?

— Quousque et qua ratione huiusmodi Evangelii virtus efficax est ad hominum animos huius saeculi vere immutandos?

— Quibus viis ac rationibus utendum est in Evangelio annuntiando, ut eius potentia ad actum deducatur?

Hae interrogationes reapse apertim in medium iam proferunt quaestionem, quam Ecclesia hodie sibi proponit, quaeque his verbis enuntiari potest: utrum post Concilium ac vi ipsius Concilii, quod tamquam hora Dei historiae recentioris annalibus est referendum, Ecclesia magis idoneam sese experitur an non ad Evangelium annuntiandum atque conscio modo, cum spiritus libertate atque efficacitate cordibus hominum inserendum?

[7] Pauli Pp. VI, Allocutio ad Sacrum Cardinalium Collegium (22 Iunii 1973): *A.A.S.* 65 (1973), p. 383.

5. Nos omnes compertum habemus necessitatem urgere huic interrogationi sinceram, humilem animosamque responsionem dandi, ab eaque vitae normas sumendi. Pro Nostra *sollicitudine omnium Ecclesiarum** Nostris Fratribus ac Filiis, ut hac de re interrogationibus respondeant, auxilium praebere volumus. Utinam verba Nostra, quae in evangelizationis consideratione versantur, a divite materia ipsius Synodi initio facto, invitamento sint universo Dei Populo in Ecclesia congregato ad id genus considerationes instituendas, itemque in omnibus nova excitent studia, in iis maxime *qui laborant in verbo et doctrina,*[9] ut unusquisque eorum sese reddat *recte tractantem verbum veritatis*[10] et opus faciat evangelistae, suum perfecte adimplens ministerium.

Talis haec Adhortatio capitalis Nobis visa est, quoniam nuntii evangelici propositio non ea est, ut Ecclesia arbitrio suo possit rem aut gerere aut non gerere; sed munus officiumque est, a Domino Iesu eidem impositum, ut homines credere atque salvari possint. Ita prorsus: Evangelii nuntiatio necessaria est, una est, eique nulla alia suffici potest. Quae praeterea neque incuriam patitur, neque compositionem cum principiis aliarum religionum, neque accommodationem aliquam, cum ex ea tota hominum salutis causa pendeat ac divinae Revelationis pulcherrima quaeque in ea contineantur. Eadem non humanam sapientiam poscit atque per se ipsa fidem potest excitare : fidem, dicimus, quae in Dei potentia innititur.[11] Eadem est Veritas, ideoque oportet, ut praeco veritatis et tempus ei det totum et vires omnes et, si casus requirat, vitam ipsam ob eam causam profundat.

[8] ***2 Cor.* 11, 28.**
[9] ***1 Tim.* 5, 17.**
[10] ***2 Tim.* 2, 15.**
[11] **Cfr. *1 Cor.* 2, 5.**

I.

6. Quod testimonium Christus Dominus de se ipse perhibuit et S. Lucas rettulit in Evangelio suo — *Oportet me evangelizare verbum Dei*[12] — magnum sane momentum habet, quippe quod uno vocabulo totum Iesu munus ac mandatum definiat: *Quia ideo missus sum*.[13] Quae quidem verba plenam suam significationem prae se ferunt, si cum superioribus textus evangelici locis comparantur, ubi Christus sibi attribuit sententiam Isaiae prophetae: *Spiritus Domini super me; propter quod unxit me, evangelizare pauperibus misit me.*[14]

Laetum nuntium de civitate in civitatem afferre, pauperioribus in primis, qui saepe ad illud accipiendum sunt animo propensiores, ut declaretur impletas esse promissiones Foederis, a Deo oblati: hoc proprium munus est, ad quod exsequendum Iesus se esse a Patre missum profitetur. Omnes quoque Christi mysterii partes — Incarnatio ipsa, miracula, doctrina, discipulorum vocatio, missio duodecim Apostolorum, crux et Resurrectio, perpetua inter suos praesentia — spectaverunt ad ipsam Evangelii nuntiandi actionem.

7. Saepe saepius inter synodales coetus Episcopi hanc veritatem commemoraverunt, scilicet Iesum ipsum, Evangelium Dei,[15] primum eundemque maximum Evangelii praeconem exstitisse. Talis fuit usque ad finem, et quidem usque ad perfectionem suaeque ipsius vitae terrestris sacrificium.

Evangelium nuntiare: quamnam significationem Christus

[12] *Lc.* 4, 43.
[13] *Ibidem.*
[14] *Lc.* 4, 18; cfr. *Is.* 61, 1.
[15] Cfr. *Mc.* 1, 1; *Rom.* 1, 1-3.

huic sibi concredito mandato attribuit? Haud quidem facile est negotium summatim definiteque exponere quid revera sit, quae elementa complectatur, quibus viis ac rationibus sit peragenda evangelizatio, qualem Christus intellexit et ad effectum adduxit. Ceterum, nisus ad summam hanc conficiendam numquam ad exitum pervenient. Nobis igitur satis esto praecipua quaedam elementa commemorare.

8. Christus, qua Evangelii praeco, primum omnium Regnum annuntiat, scilicet Dei Regnum, cui tale tribuit momentum ut, prae illo, omnia fiant « cetera », quae videlicet adiciantur.[16] Quare Regnum Dei absolutum quiddam est habendum, et efficit ut reliqua omnia ad idem sint referenda. Christo Domino placuit multiformiter felicitatem ad hoc Regnum pertinendi describere, quae quidem felicitas ex miris quibusdam rebus constat, quas mundus respuit.[17] Item huius Regni postulata descripsit eiusque *Magnam Chartam*,[15] praecones,[19] mysteria,[20] parvulos,[21] vigilantiam fidelitatemque, quae ab unoquoque poscuntur eorum, qui postremum eius adventum exspectant.[22]

9. Tamquam Boni sui Nuntii caput et veluti centrum, Christus salutem annuntiat, scilicet magnum Dei donum, quod habendum est non solum liberatio ab iis omnibus, quibus homo opprimitur, sed potissimum a peccato et a Maligno liberatio cum gaudio coniuncta, quo quis fruitur, cum Deum cognoscit et ab Eo cognoscitur, Eum videt, in Eo fidenter quiescit. Haec omnia fieri incipiunt per Christi vitae decursum atque eius morte ac resurrectione perpetuo comparantur, sed inter histo-

[16] **Cfr. *Mt.* 6, 33.**
[17] **Cfr. *Mt.* 5, 3-12.**
[18] **Cfr. *Mt.* 5-7.**
[19] **Cfr. *Mt.* 10.**
[20] **Cfr. *Mt.* 13.**
[21] **Cfr. *Mt.* 18.**
[22] **Cfr. *Mt.* 24-25.**

riae vices in patientia sunt provehenda, donec expíete perficiantur die supremi illius Christi adventus, qui quando venturus sit nemo novit praeter Patrem.[23]

10. Hoc *Regnum* atque haec *Salus* — quae verba quaedam quasi claves sunt ad intellegendam Iesu Christi evangelizationem — a quolibet homine ut gratia ac misericordia accipi possunt; eadem tamen unusquisque simul consequi debet per vim — ea, ut ait Dominus, violenti rapiunt —[24] per laborem et dolorem, per vitam ad Evangelii normas traductam, per sui abnegationem et crucem, per spiritum evangelicarum Beatitudinum. At in primis eadem bona quisque consequi potest per plenam sui ipsius spiritualem renovationem, quae in Evangelio *metanoia* appellatur, scilicet per totius hominis conversionem, quo ipsius mens et cor penitus immutantur.[25]

11. Haec Dei Regni nuntiatio a Christo peragitur per adsiduam praedicationem verbi, cui par et aequale nusquam invenias: *Quaenam doctrina haec nova? quia in potestate ... imperati** *Et omnes testimonium illi dabant : et mirabantur in verbis gratiae, quae procedebant de ore ipsius;*[27] *Numquam sic locutus est homo.*[2]* Namque Christi verba Dei arcana revelant, eius consilium eiusque promissiones, ac propterea cor hominis huiusque sortem permutant.

12. Huiusmodi vero nuntiationem Christus peragit etiam per signa innumera, quae multitudinum movent admirationem, easque eodem tempore ad se rapit desiderio permotas illum videndi, audiendi seseque ipsius opera convertendi: huc spec-

[23] **Cfr. *Mt.* 24, 36; *Act.* 1, 7; Í *Th.* 5, 1-2.**
[24] **Cfr. *Mt.* 11, 12; *Lc.* 16, 16.**
[25] **Cfr. *Mt.* 4, 17.**
[26] ***Me.* 1, 27.**
[27] ***Lc.* 4, 22.**
[28] ***Io. 7,* 46.**

tant aegrotorum sanationes, aquae in vinum mutatio, panum multiplicatio, mortuorum ad vitam reditus. Ex his autem omnibus signum emergit, cui Is magnum tribuit momentum: scilicet pusilli seu pauperes evangelizan tur, eius discipuli fiunt, *in eius nomine* congregantur, magnam efficientes communitatem eorum, qui in Ipsum credunt. Nam qui Iesus affirmabat: *oportet me evangelizare Regnum Dei,*[29] idem est Iesus, quem Ioannes evangelista asseveravit venisse ac moriturum esse, *ut filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in unum}*[0] Tali igitur modo ipse suam perficit revelationem, eam complens atque confirmans per totam, quam de se facit, manifestationem, per sua verba et opera, per signa et miracula, maxime vero per suam mortem et resurrectionem, per missionem Spiritus Veritatis.[31]

13. Qui Bonum Nuntium sincero corde suscipiunt, vi eiusdem suscepti nuntii ac fidei secum communicatae, iidem in nomine Iesu congregantur, ut una simul Regnum quaerant, aedificent, in vitam suam traducant. Itaque communitatem condunt, quae et ipsa vicissim fit Evangelii nuntia. Iussus Duodecim datus — *Ite, praedicate Evangelium* — in cunctos christianos valet, etsi diversa ratione. Haec causa est, cur eos Petrus appellet *populum acquisitionis, ut virtutes annuntiet eius, qui de tenebris illos vocavit in admirable lumen suum,*[12] eadem scilicet magnalia Dei, quae unusquisque fidelium suo ipsius sermone audire potuerat.[33] Ceterum, Evangelium Regni, quod advenit et iam incohatum est, ad universos universorum temporum homines spectat. Quotquot vero idem nuntium receperunt eiusque

[29] ***Lc.* 4, 43.**

[30] ***Io. 11,* 52.**

[31] **Cfr. Conc. Oecum. Vat. II, Const. dogm. de Divina Revelatione *Dei Verbum,* n. 4: *A.A.S.* 58 (1966), pp. 818-819.**

[32] **Cfr. *1 Pt.* 2, 9.**

[33] **Cfr. *Act.* 2, 11.**

virtute in salutis communitatem congregantur, iidem hoc ipsum possunt ac debent tradere atque disseminare.

14. Hoc Ecclesia probe novit, cum prorsus sibi sit conscia verbum Salvatoris — *oportet me evangelizare Regnum Dei* —[34] verissime in se ipsam cadere. Ac libenter quidem cum S. Paulo addit: *Si evangelizavero non est mihi gloria; necessitas enim mihi incumbit; vae mihi, si non evangelizavero.*[35] Ad Nos autem quod attinet, magno cum animi gaudio atque solacio, exeunte Episcoporum conventu, mense Octobri anni MCMLXXIV, praeclara haec audivimus verba: *Hoc iterum asseverare volumus, mandatum Evangelii omnibus hominibus nuntiandi primariam naturalemque esse missionem Ecclesiae;*[36] quod quidem mandatum ac missionem magnae eaeque graves hodiernae societatis mutationes haud minus urgere significant. Siquidem evangelizandi munus habendum est gratia ac vocatio Ecclesiae propria, verissimamque eius indolem exprimit. Ecclesia evangelizandi causa exstat, id est ut praedicet ac doceat verbum Dei, ut per eam donum gratiae ad nos perveniat, ut peccatores cum Deo reconcilientur, ut denique Christi sacrificium in perpetuum repraesentet in Missa celebranda, quae eius mortis eiusque gloriosae Resurrectionis memoriale est.

15. Qui, Novi Testamenti libros pervolvens, mentem adverterit ad primordia Ecclesiae, eiusque singulos progressus necnon vivendi agendique rationem attente consideraverit, is non animadvertere non poterit evangelizationem cum intimis ipsius Ecclesiae rationibus cohaerere:

— Ecclesia ex opere evangelizationis Iesu ac duodecim Apostolorum suam originem ducit; cuius quidem operis ipsa exstat veluti fructus suapte natura editus, animo intentus,

[34] *Lc.* 4, 43.

[35] *1 Cor.* 9, 16.

[36] Cfr. «Declarationes Patrum Synodalium», n. 4: «L'Osservatore Romano» (27 Octobris 1974), p. 6.

unus omnium proximus ac maxime conspicuus: *Euntes ergo docete omnes gentes}*[1] Ac revera qui *receperunt sermonem eius, baptizati sunt; et appositae sunt in die illa animae circiter tria millia... Dominus autem angebat qui salvi fierent quotidie in idipsum}**

— Ex huiusmodi ergo missione orta, Ecclesia vicissim ab ipso Iesu mittitur. Eadem manet in mundo, dum Dominus gloriae ad Patrem revertitur. Exstat veluti opacum simulque dilucidum signum novae Iesu praesentiae, ipsius protectionis et mansionis. Ipsum eadem prorogat atque continuat. Iamvero, in primis, eius ipsius missionem eiusque evangelizatoris opus Ecclesia oportet continenter exsequatur.[39] Christianorum enim communitas numquam in se ipsa concluditur, quoniam eius intima vita — hoc est precandi studium, verbi atque doctrinae Apostolorum auscultatio, fraternae caritatis exercitatio, fractio panis[40] — vim virtutemque suam haud plene consequitur, nisi cum in testimonium transit, admirationem animorumque conversionem gignit, Evangelii praedicatio ac nuntiatio efficitur. Sicque evangelizandi missio a tota Ecclesia suscipitur, atque uniuscuiusque opus valde omnibus prodest.

— Qua Evangelii nuntia, Ecclesia suum init opus, Evangelium sibi afferendo. Etenim, quatenus credentium communitas, itemque communitas spei, quae vivendo exprimitur cum aliisque communicatur, itemque communitas fraterni amoris, ipsi necesse est, ut continenter audiat et id in quod credit, et suae spei rationes, et novum amoris praeceptum. Quatenus Dei populus, qui mundo inseritur ac saepe idolis tentatur, ipsa constanti necessitate premitur, ut nuntiationem excipiat *magna-*

[37] ***Mt.* 28, 19.**

[38] ***Act.* 2, 41, 47**

[39] **Cfr. Conc. Oecum. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 8: *A.A.S.* 57 (1965), p. 11; Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus,* n. 5: *A.A.S.* 58 (1966), pp. 951-952.**

[40] **Cfr. *Act.* 2, 42-46 ; 4, 32-35 ; 5, 12-16.**

lium Dei?[41] quibus ad Dominum conversa est, utque a Domino rursus advocetur et in unum congr egetur. Ut res breviter explicemus, Ecclesia semper evangelizanda est, ut suam in Evangelio nuntiando viriditatem, ardorem, vim servare possit. Concilium Oecumenicum Vaticanum II commemoravit[42] atque Episcoporum Synodus anno MCMLXXIV firmiter resumpsit hoc argumentum de Ecclesia, per suam non intermissam conversionem et renovationem, se ipsam evangelizante, ut credibili ratione valeat mundum evangelizare.

— Penes Ecclesiam depositum Boni Nuntii hominibus afferendi constitutum est Novi Foederis promissiones, in Iesu Christo impletae, doctrina Domini et Apostolorum, Verbum vitae, fontes gratiae et benignitatis Dei, salutis iter: haec omnia Ecclesiae concredita sunt. Huiusmodi bona, quae in Evangelio continentur ac proinde in evangelizatione, ab eadem servantur tamquam vivum ac pretiosum depositum, non ut occultum lateat, sed ut ad homines perferatur.

— Ecclesia, cum et missa et evangelizata sit, ipsa vicissim evangelizatores mittit. Eos salutis verbum quasi in ipsorum ore positum docet, iis nuntium declarat quod in deposito habet, mandatum tradit quod ipsa accepit, eosdemque ad praedicandum mittit: scilicet non ad se ipsos, non ad sua cogitata,[43] sed ad Evangelium praedicandum, cuius neque ipsi neque ipsa constituti sunt absoluti domini cum plena potestate illo ad arbitrium utendi, sed administri, qui illud summa cum fidelitate tradant.

16. Arctissima igitur necessitudo intercedit inter Christum, Ecclesiam, evangelizationem. Per hoc « Ecclesiae tempus »,

[41] Cfr. *Act. 2,* 11; *1 Pt.* 2, 9.

[42] Cfr. Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus,* nn. 5, 11, 12: *A.A.S.* 58 (1966), pp. 951-952, 959-961.

[43] Cfr. *2 Cor.* 4, 5; S. Augustini, *Sermo XLVI, De Pastoribus: C.C.L.,* XLI, pp. 529-530.

ipsa munus creditum habet evangelizandi. Quod munus fas non est exsequi sine ipsa vel, multo minus, contra ipsam.

Expedit hoc breviter commonere, quod non sine dolore nostris audiri temporibus homines evenit — etsi bona fide ductos, ut Nobis opinari placet, a recta via tamen certe deflectentes — qui saepe affirment se amare velle Christum, non autem Ecclesiam. Quam absurda sit huiusmodi divisio, manifesto patet ex hac Evangelii sententia : *Qui vos spernit, me spernit.*[44] Qua autem ratione quis dicat se Christum amare velle, quin amet Ecclesiam, quandoquidem testimonium unum omnium excellentissimum de Christo perhibitum, illud S. Pauli est : *Christus dilexit Ecclesiam et tradidit semetipsum pro ea* f[45]

[44] *Lc.* 10, 16; cfr. S. Cypriani, *De Unitate Ecclesiae,* 14: *PL* 4, 527; S. Augustini, *Enarrat. 88, sermo,* 2, 14: *PL* 37, 1140; S. Ioannis Chrysostomi, *Horn, de capto Eutropio,* 6: *PO* 52, 402.

[45] *Eph.* 5, 25.

n.

17. In opere evangelizantis Ecclesiae quaedam elementa et partes profecto sunt, quae retineantur oportet. Immo vero aliqua eorum tanti sunt momenti, ut interdum existimentur simpliciter constituere totam ipsam evangelizationem. Ita videlicet evangelizatio definiri potuit tamquam demonstratio Christi Domini iis qui illum non noverunt, uti praedicatio, catechesis, baptismus et aliorum Sacramentorum dispensatio.

Attamen, nulla talis manca et imperfecta definitio satisfacere valet implicatae et locupleti et dynamicae veritati illius rei, quae evangelizatio appellatur, quin periculum simul exsistat, ne sensus ipsius infirmetur vel etiam deformetur. Etenim nullo modo comprehendi ea potest, nisi uno conspectu omnia eius necessaria elementa respiciuntur.

Haec quidem elementa, quae in memorata Episcoporum Synodo vehementer sunt inculcata, altius iam hoc tempore pervestigantur ex impulsu earundem synodalium disceptationum. Gaudemus autem, quod illa denique congruunt cum elementis a Concilio Vaticano Secundo traditis, ac praesertim cum Constitutionibus *Lumen Gentium, Gaudium et Spes* et cum Decreto *Ad Gentes.*

18. Ecclesia sentit evangelizare idem revera esse ac Bonum Nuntium exportare in omnes usque coetus generis humani, ut, dum hoc propria vi intrinsecus penetrat, humanitatem ipsam novam efficiat: *Ecce nova facio omnia.*[46] Atqui nulla esse poterit nova humanitas, nisi prius novi fuerint homines, ex baptismatis nempe novitate[47] et ex vita secundum Evangelium.[48] Eo igitur spectat evangelizatio, ut perficiatur haec in-

[46] *Ap.* 21, 5; cfr. *2 Cor.* 5, 17; *Gal.* 6, 15.
[47] Cfr. *Rom.* 6, 4.
[48] Cfr. *Eph.* 4, 23-24; *Col.* 3, 9-10.

terior mutatio; quod si necesse est id uno veluti verbo explicari, rectius ac verius dici potest Ecclesia tum evangelizare, cum ex sola divina virtute illius Nuntii, quem proclamat,[49] convertere enititur et singulorum hominum et omnium universim conscientiam, deinde opera etiam, quibus vacant, ac tandem eorum vitam et omnem, in quo ipsi versantur, convictum.

19. Coetus generis humani dicimus, qui transformandi sunt: non solum quidem Ecclesiae interest Evangelium praedicare in latioribus semper locorum finibus illudve hominum multitudinibus usque maioribus, sed ipsius etiam Evangelii potentia tangere et quasi evertere normas iudicandi, bona quae plus momenti habent, studia ac rationes cogitandi, motus impulsores et vitae exemplaria generis humani, quae cum Dei verbo salutisque consilio repugnant.

20. Totum istud sic declarari potest: evangelizare oportere — non foris, tamquam si ornamentum aliquod vel exterior color addatur, sed intus, ex vitae centro et ad vitae radices — seu Evangelio perfundere culturas atque etiam culturam hominis, secundum latissimum illum ac plenissimum sensum, quem hae voces accipiunt in Constitutione *Gaudium et Spes,*[50] cum inde proceditur semper ab ipsa persona humana, semperque reditur ad necessitudinem inter personas atque coniunctionem earum cum Deo.

Evangelium, ac proinde evangelizatio, aequari sane non possunt cum aliqua cultura, cum soluta sint ab omnibus culturis. Nihilominus Regnum, quod Evangelio nuntiatur, in vitae usum deducitur ab hominibus, qui sua certa cultura imbuti sunt, atque in Regno aedificando necessario usurpanda sunt quaedam elementa culturae et culturarum humanarum. Etsi

[49] **Cfr. *Rom.* 1, 16; *1 Cor.* 1, 18; 2, 4.**
[50] **Cfr. n. 53: *A.A.S.* 58 (1966), p. 1075.**

Evangelium et evangelizatio ad nullam proprie culturam pertinent, tamen non eiusmodi sunt plane, ut cum iis componi nequeant, sed contra valent easdem penetrare, neque ulli deserviunt.

Discidium inter Evangelium et culturam sine dubio detrimentosus nostri temporis casus est, sicut etiam aliis aetatibus fuit. Proinde, oportet omnem opem operamque impendere, ut sedulo studio humana cultura, sive potius ipsae culturae evangelizentur. Renasci eas necesse est ex sua cum Bono Nuntio coniunctione. Verumtamen, huiusmodi coniunctio non eveniet, nisi Bonus Nuntius proclamabitur.

21. Haec autem proclamatio, ante omnia, per testificationem fiat oportet: en christianum aliquem aut christianorum manipulum videmus, qui, in media hominum communitate, ubi vivunt, ostendunt se posse alios comprehendere et accipere, se communicare vitae condicionem ac fortunam cum ceteris, se conspirare cum omnibus, qui nobilia et bona tueri contendunt. En eos, praeterea, videmus simplices suaque sponte diffundere fidem erga spiritualia quaedam bona, quae cetera communia superant, et spem de aliqua re, quae non videtur, quaeque ne audaci quidem cogitatione fìngi potest. Tali nimirum tacita testificatione hi christiani suggerunt mentibus eorum, qui ipsos ita videntes cernunt, interrogationes inevitabiles : Cur ita sunt ? quare sic vivunt, quid vel quis eos incitat ? cur inter nos versantur ? Atqui huiusmodi testificatio iam silens proclamatio est, sed fortis sane et efficax, Boni Nuntii. Iam hic reperitur evangelizationis quoddam initium. Quaestiones hasce forte primas sibi ponent multi non-christiani, sive homines sunt quibus Christus numquam nuntiatus est, sive baptizati sed christianam vitam non exercentes, sive qui in societate christiana vivunt at secundum regulas neutiquam christianas, sive homines qui etiam cum dolore aliquid vel « Aliquem » ipsi conquirunt, quem praesentiunt, nominare autem nequeunt. Aliae

etiam interrogationes, altiores et urgentiores, movebuntur, quas eadem illa testificatio suscitabit, quae nempe postulat praesentiam, vitae consortionem atque coniunctionem, et quae pars necessaria est, plerumque prima, ipsius evangelizationis peragendae.[51]

Ad huiusmodi testimonium perhibendum cuncti christiani advocantur, qui hac quidem ratione veri evangelizatores esse possunt. Et Nostra cogitatio potissimum convertitur ad officium onusque migrantium proprium in iis Nationibus, a quibus ipsi hospitio excipiuntur.

22. Sed neque illud umquam sufficiet, quoniam etiam pulcherrima testificatio tandem aliquando deficiet, nisi illuminabitur et sustentabitur — quod quidem Sanctus Petrus dicere malebat : *rationem* reddere *de ea, quae in vobis est, spe*[52] — et enucleabitur per claram neque ambiguam nuntiationem Domini Iesu. Quamobrem, Bonus Nuntius, per vitae testificationem proclamatus, serius ocius annuntiandum erit etiam per vitae verbum. Nulla est vera evangelizatio, nisi nomen et doctrina, vita et promissiones, Regnum et mysterium Iesu Nazareni, Filii Dei, praedicantur.

Tota Ecclesiae historia, a Petri sermone in die Pentecostes ac deinceps, miscetur et confunditur cum historia huius nuntiationis. In unaquaque historiae humanae aetate Ecclesia, continenter rapta evangelizandi studio et cupiditate, unam curam incitationemque persentit: Qui mittantur ad mysterium Iesu nuntiandum? quali sermone hoc mysterium praedicetur ? quomodo agatur, ut illud percipiatur et perveniat ad eos omnes qui auscultare debent ? Haec nuntiatio — *kérygma*, praedicatio vel catechesis —, talem igitur locum in evangelizatione obtinet, ut huius idem saepe nomen facta sit. Attamen, eadem eius certa pars est. /

[51] Cfr. Tertulliani, *Apologeticum,* 39: *C.C.L.,* I, pp. 150-153; Minucii Felicis, *Octavius,* 9 et 31; *C.S.L.P.,* Augustae Taurinorum 1963[2], pp. 11-13, 47-48.

[52] *1 Pt.* 3, 15.

23. Etenim, nuntiatio plenam suam non accipit vim ac significationem, nisi cum attenditur, accipitur, asciscitur, et cum in eo qui ipsam suscepit, totam animi adhaesionem excitat. Aliquis videlicet adhaeret veritatibus, quas misericors Dominus revelavi t. Sed multo magis adhaeret rationi et generi vitae — id est vitae iam transformatae — quae ibidem proponitur. Ut brevi dicatur, aliquis adhaeret ad Regnum, nempe « mundum novum », ad novum rerum statum, ad novam exsistendi viam, ad novam rationem vivendi et quidem coniuncte vivendi, quam Evangelium instaurat. Talis vero adhaesio, quae a rebus vitae concretis abstrahi non potest, reapse demonstratur alicuius aspectabili ac tangibili ingressione in ipsam fidelium communitatem. Ita ergo illi, quorum vita conversa est, ingrediuntur aliquam communitatem, quae suapte natura signum transformationis est atque vitae novitatis: nempe Ecclesiam, aspectabile salutis sacramentum.[53] Sed ingressus ille in ecclesialem communitatem multis aliis vicissim signis declarabitur, quae idem Ecclesiae signum extendunt et explicant. Secundum dynamicam vim evangelizationis,. is qui Evangelium amplectitur uti Verbum salutis,[54] plerumque illud transfert in haec signa sacramentalia: in adhaesionem Ecclesiae et in frequentationem Sacramentorum, quae patefaciunt et fulciunt eandem adhaesionem per gratiam, quam conferunt.

24. Tandem, ipse qui evangelizatus est, alios vicissim evangelizad Haec quidem veritatis probatio est, haec obrussa evangelizationis est: concipi, enim, animo non potest, quemquam Verbum suscepisse et sese Regno dedidisse, quin simul testis et nuntiator is ipse fiat.

Hisce iam factis animadversionibus de evangelizationis

[53] **Cfr. Conc. Oecum. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* nn. 1, 9, 48: *A.A.S.* 57 (1965), pp. 5, 12-14, 53-54; Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* nn. 42, 45: *A.A.S.* 58 (1966), pp. .1060-1061, 1065-1066; Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus,* nn. 1, 5: *A.A.S.* 58 (1966), pp. 947, 951-952.**

[54] **Cfr. *Rom.* 1, 16; *1 Cor.* 1, 18.**

sensu, necesse est postremo aliud quiddam adnotare, quod Nos arbitramur convenienter illuminaturum esse sequentes considerationes.

Ut iam diximus, evangelizatio est processus implicatior variisque elementis compositus, cuiusmodi sunt: renovatio humanitatis, testificatio, nuntiatio aperta, animi adhaesio, ingressio in communitatem, acceptio signorum, apostolatus opera. Elementa haec videri possunt inter se dissidere, immo etiam excludere. Sed revera inter se complent ac perficiunt. Quapropter, oportet unumquodque elementum cum ceteris coniunctum inspicere. Id fuit recentioris Episcoporum Synodi meritum, quod tam strenue cohortatum est omnes ad eadem illa elementa non opponenda, inter se verum componenda, ut totum opus evangelizationis, quae ab Ecclesia perficitur, penitus intellegeretur. Hanc visionem universalem Nos explanare nunc cupimus, dum infra exploramus ea quae in evangelizatione continentur et evangelizationis subsidia, dumque explicamus ad quos evangelicus nuntius dirigatur et in quos id oneris recidat.

III.

25. In nuntio, quem Ecclesia disséminât, multa certe sunt secundaria elementa, quorum propositio magnopere a mutabilibus rerum condicionibus dependet. Mutantur profecto etiam illa; attamen ibidem continentur essentialia capita sive substantia vitalis, quae nec mutari nec silentio praeteriri potest, quin ipsa evangelizationis notio in grave discrimen adducatur.

26. Supervacaneum fortasse non est hoc commonere: evangelizare significat, ante omnia, testificari simpliciter et directo Deum revelatum per Iesum Christum, in Spiritu Sancto; testificari eum mundum in Eilio suo dilexisse, in Verbo Incarnato dedisse omnibus rebus exsistentiam hominesque ad vitam aeternam vocavisse. Haec de Deo testificatio multis forsitam pertinget Deum ignotum,[55] quem illi adorant, etsi nominare nesciunt, vel quem quaerunt secreto quodam cordis instinctu, postquam omnium idolorum inanitatem experti sunt. Sed eadem expletam evangelizandi vim habet, cum ostendit illum Creatorem homini non esse potestatem quandam longinquam ac sine nomine, sed Patrem. *Filii Dei nominamur ac sumus,*[50] eaque de causa, inter nos fratres sumus in Deo.

27. Evangelizatio semper continebit — velut fundamentum et centrum et culmen totius suae dynamicae virtutis — etiam claram hanc asseverationem : in Iesu Christo, Filio Dei homine facto, mortuo et resuscitato, salutem offerri unicuique homini, tamquam donum gratiae ac misericordiae ipsius Dei.[57] Quae qui-

[55] Cfr. *Act.* 17, 22-23.

[56] *1 Io.* 3, lj cfr. *Rom.* 8, 14-17.

[57] Cfr. *Eph.* 2, 8; *Rom.* 1, 16 et Sacrae Congregationis pro Doctrina Fidei *Declaratio ad fidem tuendam in mysteria Incarnationis et SS. Trinitatis a quibusdam recentibus erroribus* (21 Februarii 1972): *A.A.S.* 64 (1972), pp. 237-241.

dem non est aliqua salus immanens secundum magnitudinem necessitatum materialium vel etiam spiritalium, quae finibus vitae terrestris circumscribuntur, quaeque cum desideriis, optatis, negotiis, contentionibus temporalibus plene aequantur, verum etiam salus, quae omnes hosce limites excedit, ut impleatur in communione aliqua cum unico ((Absoluto», id est cum Deo: est igitur salus rerum naturam transcendens et eschatologica, quae in hac vita certissime incipit, sed in aeternitate perficitur.

28. Quocirca evangelizationem complecti oportet nuntiationem propheticam rerum alterius vitae — id est altissimae ac perpetuae hominum vocationis, coniunctae eodemque tempore disiunctae a statu praesenti — alterius vitae, quae tempus et historiam superat, quaeque res huius mundi supervadit, cuius figura transit, et eventa huius mundi, cuius abscondita facies aliquando apparebit; quaeque ipsum hominem superat, cuius verissima sors non concluditur temporali vita, sed in futura vita revelabitur.[58] Evangelizatio continet igitur etiam praedicationem spei de promissionibus, a Deo in novo Foedere factis per Iesum Christum; praedicationem amoris Dei erga nos nostrique amoris in Deum; praedicationem amoris fraterni erga omnes homines — id est capacitatis largiendi doni et veniae, abnegationis et opitulationis pro fratribus — qui, ex amore Dei profluens, centrum est Evangelii ; praedicationem mysterii iniquitatis atque actuosae inquisitionis honestatis; praedicationem similiter — et quidem semper urgentem — inquisitionis Dei ipsius per precationem in primis adorationis et gratiarum actionis causa admotam, sed etiam per communionem cum aspectabili illo signo coniunctionis cum Deo, quod est Ecclesia Iesu Christi; quae quidem communio vicissim significatur per impletionem aliorum illorum signorum Christi, viventis atque

[58] **Cfr. *1 Io.* 3, 2; *Rom.* 8, 29; *Phil.* 3, 20-21 et Conc. Oecum. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* nn. 48-51: *A.A.S.* 57 (1965), pp. 53-58.**

operantis in Ecclesia, quae sunt Sacramenta. Sacramenta vivere ita, ut eorum celebratio perveniat ad veram christianae vitae plenitudinem, non significat — quemadmodum etiamnunc perperam affirmatur — impedimentum inicere evangelizationi vel ab eadem declinationem admittere, sed ei tribuere propriam integritatem. Etenim evangelizationis plenitudo, praeter alicuius nuntii praedicationem, consistit in Ecclesiae aedificatione, quae vero non exsistit sine hoc spiritu, qui est vita sacramentalis, in divina Eucharistia suum attingens fastigium.[59]

29. Verumtamen evangelizatio plena non est, nisi ratio habetur mutuae appellationis, quae continenter intercedit inter Evangelium et vitam concretam personalem ac socialem hominis. Quapropter, evangelizatio secum infert nuntium explicitum, aptum variis vitae condicionibus, praesentem semper redditum de iuribus et officiis cuiusque personae humanae, de vita familiari, sine qua progressio singulorum hominum vix contingere potest,[60] de vita communi in societate, de vita omnium nationum, de pace et iustitia et progressione; nuntium, denique dicimus, validum potissimum ac fortem nostra aetate, de liberatione.

30. Constat, quibus verbis locuti sint hac de re plures Episcopi in recentiore Synodo ex omnibus orbis partibus, praesertim Episcopi Tertii qui dicitur Mundi, cum impulsu et accentu pastorali, in quo millenorum vox Ecclesiae filiorum, eos constituentium populos, resonabat. Qui populi, ut omnes novimus, omnibus suis viribus enituntur et contendunt, ut ea omnia

[59] **Cfr. Sacrae Congregationis pro Doctrina Fidei, *Declaratio circa Catholicam Doctrinam de Ecclesia contra nonnullos errores hodiernos tuendam* (24 Iunii 1973): *A.A.8.* 65 (1973), pp. 396-408.**

[60] **Cfr. Conc. Oecum. Vat. Il, Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes*, nn. 47-52: *A.A.S.* 58 (1966), pp. 1067-1074; Pauli Pp. VI, Litt. Encycl. *Humanae vitae: A.A.S.* 60 (1968), pp. 481-503.**

super en t, quibus coguntur in extremo vitae margine manere: famem, perpetuas contagiones, litterarum ignorationem, statum egestatis, iniustitiam inter nationes et potissimum in mutuis mercaturae agendae rationibus, statum *neo-colonialismi* oeconomici et doctrinalis, interdum tam atrocis quam veteris *colonialismi* politici. Ecclesia — sic eius inculcaverunt Episcopi — officio tenetur nuntiandi liberationem centenorum milium hominum, cum eorum plurimi eius filii sint; officio pariter tenetur hanc liberationem adiuvandi, ut oriatur, pro ea testificandi, atque efficiendi, ut eadem plena sit. Omnia haec non sunt aliena ab evangelizatione.

31. Revera inter evangelizationem et promotionem humanam, seu progressionem et liberationem, interveniunt intima vincula coniunctionis: vincula sunt ordinis anthropologici, quia homo evangelizandi non est aliquid a rebus abstractum, sed persona obnoxia quaestionibus socialibus et oeconomicis; vincula sunt etiam ordinis theologici, quia consilium creationis segregari non potest a consilio redemptionis, quae pertingit usque ad condiciones valde concretas iniustitiae evincendae itemque iustitiae reparandae; vincula sunt etiam ordinis summe evangelici, qui est ordo caritatis: quo modo, enim, mandatum novum proclamari potest, nisi cum iustitia et pace promovetur vera ac germana progressio hominis? Istud voluimus afferre, cum monuimus non esse admittendum, in evangelizatione neglegi *posse vel debere gravitatem maximam ... illarum quaestionum, quae hodie tantopere agitantur et quae respiciunt iustitiam, liberationem, progressionem et pacem in mundo. Si enim istud fiat, etiam ignoretur doctrina Evangelii de amore erga proximum patientem et egentem.*[61]

Iamvero, eaedem voces, quae studiose sapienter et fortiter tractaverunt inter memoratam Synodum hoc gravissimum

[61] **Pauli Pp. VI, Sermo habitus ineunte tertia Synodo Episcoporum (27 Septembris 1974): *A.A.S.* 66 (1974), p. 562.**

argumentum, Nobis laetantibus quidem subministravefunt lucida principia, ex quibus vis altaque significatio liberationis perciperetur, qualem Iesus Nazarenus nuntiavit et implevit, eb qualem Ecclesia praedicat.

32. Negare non possumus, revera, multos vel magnánimos christianos, intentos quaestionibus maximae gravitatis, quas liberationis causa complectitur, cum cupiant Ecclesiam implicare ipso motu liberationis, saepe cogitare et conari redigere eius munus ad limites alicuius negotii tantummodo temporalis; eius officia ad consilium ordinis anthropologici ; salutem, cuius ipsa est nuntia, ad materialem prosperitatem; eius actionem ad incepta ordinis politici vel socialis, quavis cura spirituali et religiosa posthabita. Si autem sic res sese haberent, Ecclesia omnem suam significationem principalem amitteret. Nuntius liberationis, quem affert, propria sua natura careret, et facile posset flecti ac torqueri a doctrinalibus institutis et politicis factionibus. Ecclesia iam auctoritate nuntiandae liberationis nomine Dei desti tueretur. Hanc ob causam, ineunte tertio Synodi coetu, voluimus eadem Nostra oratione inculcare necessitatem confirmandi *finem proprie religiosum evangelizationis. Etenim omnem suam amitteret significationem, si dimover etur a fulcro illo religioso, quo sustentatur, quod videlicet est Regnum Dei secundum sensum plane theologicum.*[62]

33. De liberatione autem illa, quam evangelizatio proclamat et exsequi studet, haec potius dicere oportet:

— eam contineri non posse aliqua ratione arcta quidem et simpliciter oeconomica, politica, sociali vel doctrinali, sed respicere debere integrum hominem, secundum omnes eius facies et partes, quatenus etiam patet ad « absolutum » quiddam, immo ad Absolutum, quod est Deus;

[62] **Pauli Pp. VI, Sermo habitus ineunte tertia Synodo Episcoporum (27 Septembris 1974): *A.A.S.* 66 (1974), p. 562.**

— eam igitur inniti in certa hominis notione, in anthropologica doctrina, quae relinqui numquam potest ob necessitates cuiuslibet consilii, vel consuetudinis, vel efficacitatis quae ad breve tempus permaneat.

34. Propterea, Ecclesia, dum praedicat liberationem seque consociat cum omnibus, qui laborant et patiuntur pro ea, non admittit circumscribi proprium munus sola religionis regione, deserens quaestiones temporales hominis; sed iterum affirmat primatum muneris sui spiritalis, recusat substituere nuntiationi Regni proclamationem liberationum humani ordinis; simulque asseverat suas partes pro liberatione oblatas non esse plenas nec perfectas, si omittat nuntiare salutem in Iesu Christo.

35. Ecclesia coniungit, sed numquam aequat liberationem humanam saluti in Iesu Christo, quoniam ex divina revelatione, ex historiae experientia et ex fidei consideratione novit non quamlibet liberationis notionem iam necessario cohaerere et componi posse cum evangelica visione hominis, rerum et eventuum; neque sufficere liberationem comparari, prosperitatem et progressionem instaurari, ut Regnum Dei adveniat.

Quin immo, Ecclesia penitus sibi persuasum habet omnem liberationem ad res temporales spectantem, vel liberationem politicam — etiamsi nitatur in hac vel illa Veteris et Novi Testamenti pagina sua invenire fundamenta, etiamsi putet suae postulata doctrinae atque agendi normas a principiis atque conclusionibus theologicis auctoritatem habere, etiamsi se esse praesumat novam hodiernae aetatis theologiam — innata sui ipsius negationis semina continere atque a celsiore illo fine, quem sibi praestituerit, declinare, cum veriores eius causae nullo pacto ad iustitiam in caritate stabiliendam referantur, cum rapiens ille ardor ac studium, quo ipsa feratur, neque spiritualis virtutis rationem habeat, neque ad salutem aeternamque in Deo beatitudinem tamquam ad extremam metam respiciat.

36. Ecclesia certe iudicat magni sane interesse structuras humaniores, iustiores, observantiores iurium personae effici, quaeque minus opprimant et subdant; verumtamen intellegit etiam optimas structuras, instituta vel sapientissime excogitata cito evadere inhumana, nisi inhumanae cordis hominis proclivitates sanentur, nisi fiat conversio cordis et mentis in iis, qui vivant has inter structuras, vel illis dominentur.

37. Ecclesia accipere non potest violentiam, ac potissimum vim armorum — quae cohiberi non valet, cum semel effusa est — neque cuiusvis hominis mortem tamquam viam liberationis, ' quia scit violentiam semper provocare ad violentiam atque necessario novas oppressionis formas gignere, itemque servitutis etiam gravioris quam illam, a qua dicebatur liberari homo. *Vos exhortamur* — ita perspicue ediximus in Columbiano Nostro itinere — *ne vestram collocetis -fiduciam in violentia neve in rerum eversione; hic enim, cogitandi agendique mos cum christiano spiritu repugnat, atque etiam, nedum faveat, refrenare potest socialem illam progressionem, cui iure quidem studetis.*® *Hoc Nobis affirmandum iterumque affirmandum est violentiam neque christianam neque evangelicam esse, atque repentinas violentasve structurarum immutationes fore fallaces, suapte natura non efficaces, ac procul dubio discrepantes a populi dignitate.*[64]

38. His itaque dictis, gaudemus quod Ecclesia magis magisque sibi conscia fit proprii modi, suapte natura evangelici, quo adlaboret liberationi hominum. Et quidnam facit? Ipsa conatur usque magis incitare complures christianos, ut sese dedant aliis liberandis. Ipsa praebet his christianis « liberatoribus » spiritum ductumque fidei, causam amoris fraterni, doc-

[63] Pauli Pp. VI, Oratio ad «Campesinos» Columbiae (23 Augusti 1968): *A.A.S.* 60 (1968), p. 623.

[64] Pauli Pp. VI, Sermo habitus in «Die Progressionis» Bogotae (23 Augusti 1968): *A.A.S.* 60 (1968), p. 627; cfr. S. Augustini, *Epistola 229,* 2: *PL* 33, 1020.

trinam socialem, quam nemo verus christianus non potest non animadvertere, sed quam is veluti suae sapientiae fundamentum iacere debet et experientiae, ut illam revera transferat in actionis normas, participationis et obligationis. Haec omnia quia non confunduntur cum consiliis callide sumptis, neque cum ministerio alicui politicae factioni adhibito, proprie designare debent studium christiani actuosi. Ecclesia contendit semper inserere conamina christiana liberationis in universale consilium salutis, quam ipsa nuntiat.

Hoc quod Nos modo repetivimus, saepius emerserat ex disceptationibus synodalibus. Ceterum, volueramus Nos huic argumento perspicuitatis causa nonnulla addere verba in ipsa oratione, quam Patribus iam exeunte Synodo habuimus.[65]

Confidimus fore, ut hae omnes considerationes efficiant, ut ambiguitates vitentur, quas nimis saepe vox « liberationis » prae se fert in doctrinis, institutionibus vel factionibus politicis. Liberatio, quam proclamat et praeparat evangelizatio, illa est, quam Christus ipse nuntiavit et dedit homini per suum sacrificium.

39. Ab hac autem legitima liberatione cum evangelizatione copulata, quae eo contendit ut structurae efficiantur, quae libertates humanas defendant, separari nullo modo potest tutela primariorum hominis iurium, in quibus religiosa libertas primum locum obtinet. Nuper quidem Nos de hac praesentissima quaestione iam collocuti sumus, in luce ponentes : *quot etiamnunc christiani, propterea quod christiani sunt et catholici, suffocantur meditata quadam oppressione! Casus etiamnunc fidelitatis erga Christum ac libertatis religiosae etiamnunc producitur, quamvis vehementibus interdum asseverationibus contegatur pro iuribus hominum humanaeque consortionis 1*[66]

[65] Pauli Pp. VI, Oratio habita exeunte tertio Synodi Episcoporum generali conventu (26 Octobris 1974): *A.A.S.* 66 (1974), p. 637.

[66] Allocutio diei 15 Octobris 1975: « L'Osservatore Romano » (17 Octobris 1975).

IV.

40. Rerum autem, quae in evangelizatione continentur, momentum manifestum impedire non debet, quin grave momentum aspiciatur viarum atque subsidiorum, quibus idem opus accuratur.

Haec enim quaestio in praesens semper firma ac valida permanet, quoniam evangelizandi rationes secundum temporum, locorum humanorumque cultuum adiuncta mutantur, atque adeo cuidam quasi provocationi nostrae facultati sunt, ut ipsae inveniantur atque accommodentur.

Nobis in primis, qui in Ecclesia sumus Pastores, incumbit onus renovandi animose ac sapienter summaque servata fidelitate erga res, quas evangelizatio complectitur, modos maxime idoneos atque efficaces, ut evangelicus nuntius ad hodierni temporis homines perferatur. Haec animo cogitantibus, sufficiat Nobis quasdam recensere vias, quas alias alia de causa primarium habere momentum constat.

41. Atque principio, nihil ea quae supra iam diximus iterantes, hoc probe iuvat commonere : in Ecclesia testimonium vitae vere proprieque christianae, quae Deo in indissolubili prorsus communione traditur quaeque immenso pariter animi fervore aliis donatur, primum evangelizandi subsidium esse reputandum. Ut laicorum coram coetu nuper ediximus, *homo nostrae huius aetatis libentius testes quam magistros audit; quodsi suas hisce praebet aures, ita facit, quoniam testes sunt.*[67] Quod idem perbene Petrus apostolus enuntiavit, cum egregium exhiberet spectaculum castae observantisque conversationis, qua nempe *si qui non credunt verbo... sine verbo lucrifiant.*[68] Per suam

[67] **Pauli Pp. VI, Sermo habitus ad sodales «Consilii de Laicis» (2 Octobris 1974): *A.A.S.* 66 (1974), p. 568.**

[68] **Cfr. *1 Pt.* 3, 1.**

ergo conversationem suumque vivendi morem Ecclesia potissimum mundum evangelizare potest, id est per testimonium vita ipsa comprobatum, quo et suam erga Dominum Iesum fidelitatem, et paupertatem abstinentiamque, et libertatem a quavis terrestris mundi potestate, et sanctitatem demum aperte declaret.

42. Neque supervacaneum praeterea est illustrare, quanti referat sitque necesse praedicatio. *Quomodo credent ei, quem non audierunt? Quomodo autem andient sine praedicantef (...) Ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum. Christi.*[69] Quae quidem lex, lata olim per apostolum Paulum, hodierno adhuc tempore integram vim suam virtutemque retinet.

Semper scilicet pernecessaria est praedicatio, qua nuntius verbis proclamatur. Qui sunt hodie homines, eos novimus, orationibus iam saturatos, saepe saepius audiendi fastidientes atque — quod peius est — contra verba obdurescentes videri. Neque vero sententias plurimorum psychologicis socialibusque rebus doctorum ignoramus, qui eosdem dicunt civilem cultum, a verbis appellatum, utpote inefficacem iam et inutilem esse praetergressos, atque in praesenti novum attigisse vitae cultum, ab imaginibus appellandum. Talis sane rerum status facile suadeat, ut ad evangelicum nuntium tradendum ea recentiora adhibeantur subsidia, quae eiusmodi cultus invexit. Ceterum, ad hoc quod attinet, bona ac probabilia existimantur experimenta, quae facta sunt, quaeque nostra libenter laude prosequimur atque adhortatione firmamus, quo magis magisque provehantur. Fastidium tamen, quod inanes tot hodie sermones afferunt, potiusque momentum, quod pluribus inest modis socialis communicationis, neque firmam verborum vim minuere neque fiduciam iisdem tribuendam adimere debent. Verbum sua semper pollet praestantia atque efficacitate, maxime vero cum id

[69] *Rom.* **10, 14. 17.**

Dei virtutem secumfert.[70] Qua de causa, et illud sancti Pauli nostro tempore perstat: *Fides ex auditu*:[71] quod enim verbum auditur, id ad credendum perducit.

43. Haec autem praedicatio, qua Evangelium nuntiatur, multas induere formas potest, easque ardens animorum studium suggeret et in infinitum paene multiplicabit. Revera enim innumerabiles sunt vitae eventus ipsaque, in quibus homines versantur, adiuncta, quae praebent opportunitatem res prudenter itemque praeclare nuntiandi, quas Dominus aliqua data occasione dicere velit. In quo satis cuique est, si vere spiritualem habeat sensum, quo Dei nuntium in rerum cursu signatum detegat. Verum, quoniam instauratus sacrae liturgiae ordo « Liturgiae Verbi » multum auctoritatis attribuit, is profecto erret qui homiliam esse validum atque lectissimum peragendae evangelizationis instrumentum neget. Oportet sane pernoscere in usumque convertere sive postulationes sive virtutes, homiliae proprias, ut ea nempe pastoralis efficacitatis plenitudinem consequatur. Sed hoc in primis oportet sibi quisque persuasum habeat, totoque amoris affectu ad hoc se devoveat. Haec eadem praedicatio, singulari modo in eucharisticam celebrationem inserta, ex qua peculiarem vim ac firmitatem haurit, nihil est dubii, quin praecipuum munus in evangelizatione expleat, quatenus intimam fidem sacri ministri praedicantis patefaciat penitusque amore imbuatur. Ab ea enim fideles, coadunati ut Ecclesiam paschalem efforment, quae festum Domini in medio eorum adstantis celebrat, multum sibi exspectant laetosque fructus percipiunt, modo sit simplex, perspicua, directa, accommoda, in Evangelii doctrina posita atque infixa, Ecclesiaeque pariter Magisterio fideliter adhaerens, apostolico incitata ac temperata ardore, qui ei suapte natura obveniat, plena bonae spei, fidem enutriens, pacem progignens et unitatem. Multae

[70] **Cfr. *1 Cor.* 2, 1-5.**
[71] ***Rom.* 10, 17.**

communitates sive paroeciales sive alius generis per homiliam, dominicis habitam diebus, vivunt atque confirmantur, modo illis ditetur proprietatibus.

Huc insuper accedit quod, propter eandem sacrae liturgiae instaurationem, non in eucharistica tantummodo celebratione tempus adest habendae homiliae conveniens. Haec enim suum locum obtinet, neque proinde est neglegenda in Sacramentis omnibus celebrandis, atque etiam in caeremoniis liturgiae adsimilioribus peragendis, cum fideles una simul conveniunt. Semper eadem ad Verbum Domini annuntiandum opportunitas maxime singularis erit.

44. Alia ratio, quam evangelizatio nullo modo neglegere debet, catechetica institutio est. Ex religionis enim doctrina ordinatim tradita oportet mentes in primis infantium et adulescentium comprehendant partes principales, vivum thesaurum veritatis, quam Deus nobiscum communicare voluit quamque Ecclesia per longum suae historiae cursum plenius usque declarare studuit. Nemo praeterea negabit eandem doctrinam idcirco impertiendam esse, ut vitae christianae mores inde conformentur, non vero ut quoddam intellectus ornamentum maneat. Sine dubio totum opus evangelizationis plurimum sane proficit — in ipsa provincia catecheticae institutionis quam Ecclesia curat, in scholis ubi illud fieri potest et, utcumque ea res se habet, in christianorum domibus —, si catechesis praeceptores uti poterunt aptis libris sapienter seienterque conscriptis sub Episcoporum auctoritate. Necesse autem est accommodentur docendi viae ad singulorum hominum aetatem et eruditionem et intellegendi potestatem, eodemque tempore opera detur, ut in memoria ac mente et animo veritates necessariae defigantur, quae per totam vitam alte pénètrent. Sed opus est ante omnia, ut periti catechesis doctores praeparentur — sive sunt ipsius paroeciae catechistae sive magistri sive

parentes —, quorum etiam intersit sese ipsos ulterius educare et perficere in hac religiosae institutionis arte, quae praestantior quidem est et pernecessaria, quaeque tantum insuper ab hominibus postulat. Ex altera autem parte, quamvis minime praetereunda sit infantium educatio, iam patet hodiernas condiciones plus plusque flagitare, ut institutio catechetica sub forma alicuius catechumenatus tradatur pluribus adulescentibus et adultis, qui gratia divina commoti paulatim detegunt Christi vultum et sentiunt quam sit necesse sese Illi totos dedere.

45. Nostra vero aetate, quae socialis instrumentis communicationis, vulgo *mass-media* appellatis, distinguitur, primus nuntius, catechetica institutio, vel penitior fidei consideratio horum usu subsidiorum carere nequit, quemadmodum supra monuimus.

Eaedem, cum ad inserviendum Evangelii causae adhibentur, ad prolatandum veluti in immensum spatium, ubi Dei Verbum auditur, valent, nuntiumque salutis ad milia et milia hominum afferunt. Ecclesia coram Domino suo quasi conscia reatus adesset, nisi prae validis hisce subsidiis uteretur, quae humana mens in dies expolit perficitque. Etenim, eorum ope illum praedicat *super tecta*[12] nuntium, qui ipsi concreditus est; m iis recentiorem quandam efficacioremque formam sacri suggestus, seu cathedrae, invenit; per ea alioqui multitudines potest.

Usus tamen communicationis socialis instrumentorum ad evangelizationem exsequendam certam praefert provocationem, quoniam per ea nuntius evangelicus non solum ad magnam frequentemque hominum turbam pervenire debet, sed pollere etiam oportet facultate penetrandi in uniuscuiusque conscientiam, subsidendi in uniuscuiusque animo, quasi is adsit unus,

[72] **Cfr. *Mt.* 10, 27; *Lc.* 12, 3.**

cum iis omnibus, quae maxime singularia et personalia sunt, sibique conciliandi personalem prorsus consensionem atque obligationem.

46. Quapropter, praeter illam Evangelii nuntiationem, quam generalem publicamque opportune dixerimus, semper probanda est suumque tenet momentum alia tradendi Evangelii forma, ab altera ad alteram pertingens personam. Ea enim ipse Dominus persaepe usus est — quemadmodum colloquia cum Nicodemo, cum Zacchaeo, cum Samaritana muliere, cum Simone Pharisaeo, testantur —, ipsique Apostoli usi sunt. Numquid exstat alia evangelizandi forma ab illa, qua quisque res, quas in se quoad fidem expertus sit, alteri tradat? Fieri sane non debet, ut necessitate Bonum Nuntium afferendi'ad multitudines hominum oblitteretur memoria huiusce formae, qua personalis hominis conscientia contingitur, quippe cum moveatur mirifico admodum verbo, quod ab altero accipit. Equidem Nos paene impares sumus egregio merito sacerdotum, qui per Paenitentiae Sacramentum vel per pastorales collocutiones sese impigros sedulosque praestant ad personas secundum Evangelii vias ducendas, ad eas quae enitantur confirmandas, ad eas si ceciderint erigendas, ad eas suo semper consilio studiosaque voluntate adiuvandas.

47. Verumtamen, illud satis numquam perseverabitur, evangelizationem neque habita praedicatione neque aliqua tradita doctrina ex toto perfici. Etenim, ad vitam usque pertingat oportet: sive ad naturalem vitam, quam quidem nova significatione ditat, spe et exspectatione evangelici verbi reseratis; sive ad vitam supernaturalem, quae ipsam naturalem vitam, nedum respuat, purificat et auget. Supernaturalis haec vita quid sit quidque valeat, septem Sacramenta declarant eaeque inde mjre radiantes virtutes gratiae atque sanctitatis.

Tali igitur modo suas omnes divitias evangelizatio in apertum profert, cum per eam artissimum nectitur vinculum, vel

potius continuatio coniunctioque inter Verbum et Sacramenta. Res enim in ambiguo quodammodo est, si — ut interdum fit — Evangelii nuntiatio et Sacramentorum ministratio ex adverso ponantur. Quidam sane Sacramenta conferendi mos, qui firmo careat fundamento catecheseos de iisdem Sacramentis atque *globalis,* ut aiunt, catecheseos, eum ad finem recidit, ut illa magna ex parte sua efficacitate destituantur. Nam proprium evangelizantis munus est ad fidem ita educare, ut per eam singuli christiani adducantur ad Sacramenta veluti vera fidei Sacramenta vivenda, non autem ad ea desidiose recipienda vel aegre ferenda.

48. Nunc vero talis evangelizationis faciei mentionem inchoamus, quae neglegentes nos esse non sinit; quapropter, de illa iuvat re loqui, quae saepe in praesenti *popularis religiositas* nuncupatur.

Tam in regionibus ubi Ecclesia multa iam saecula consita est, quam in illis ubi in eo est ut conseratur, passim apud populum singulares consuetudines inveniuntur, quibus Dei investigatio atque fides significantur. Qui habitus, si diu tamquam minus puri existimati interdumque despecti sunt, ubique fere ab hodiernae aetatis hominibus ad novam quandam indagationem cognitionemque revocantur, eorumque sensum ipsi Episcopi, inter recentioris Synodi coetus, penitius intellegere conati sunt, insigni ducti rerum pastoralium veritate atque studio.

Fatendum sane est popularem religiositatem certis angustisque terminis contineri. Ea enim haud raro multis spüriisque religionis formis patet, propiusque etiam ad superstitionem accedit; saepe in inferioribus veluti gradibus religiosi cultus consistit, qui tamen animos ad germanam fidei consensionem non pertrahit; potest ad sectas etiam factionesque condendas impellere, ipsa unde ecclesialis communitas periclitetur.

At vero, si congruenter dirigatur, ac potissimum per evangelizandi viam rationemque, multis quoque bonis- eadem über

est. Namque aliquam Dei sitim portendit, quam simplices pauperesque spiritu uni possunt experiri; hominibus tribuit facultatem sese devovendi et strenue impendendi ad apicem usque virtutis, cum de fide profitenda agatur. Aerem secumfert sensum, quo ineffabilia Dei attributa percipi queant : eius nempe paternitas, providentia, praesentia perpetuae benevolentisque caritatis. Ex interiore homine progignit habitus, quos rarius alibi pares aequalesque deprehendas : patientiam dicimus, conscientiam crucis in cotidiana vita ferendae, a rebus abstraetionem, liberalem aliorum admissionem, officiosam observantiam. Pro hisce igitur dotibus eam potius *popularem pietatem,* seu populi religionem, quam religiositatem appellamus.

Pastoralis caritatis est illis omnibus, quos Dominus Ecclesiae communitatibus praeposuit, rectas agendi normas suadere ad tantam rem accurandam, quae tam fructibus über, quam periculis obnoxia est. Ante omnia, molliore quis sensu oportet moveatur, menteque exercitata in interioribus eius elementis eiusque haud infitiandis bonis detegendis, promptoque animo ad eam sustentandam, ut suorum discrimina errorum propulsare valeat. Cum bene dirigitur, popularis eiusmodi religiositas magis magisque conferre potest, ut nostrae vulgi multitudines Deo in Christo Iesu revera occurrant.

V.

49. Postremis Iesu verbis, quae in Evangelio secundum Marcum continentur, evangelizationi, quam Dominus suis Apostolis iniungit, tribuitur. universalitas, nullis finibus circumscripta: *Ite in mundum universum, praedicate Evangelium omni creaturae.*[13]

Duodecim autem illi et prima christianorum aetas penitus comprehensam habebant doctrinam huius textus aliorumque similium textuum, siquidem ad eos inde ordo dispositus agendi manabat. Ipsa quidem persecutio, qua Apostoli disperdebantur, pro sua parte effecit, ut Verbum disseminaretur et Ecclesia latius in dies in regionibus dissitis constitueretur. Eo quod Paulus inter Apostolos est ascriptus et charismate, quo ipse praedicabat paganis, non Iudaeis, nuntians adventum Iesu Christi, universalitas illa in clariore luce ponebatur.

50. Generationes christianae per xx saeculorum cursum varia intervallatis temporibus impedimenta evincebant, quae huic muneri, ad universalitatem pertinenti, obnitebantur. Etenim, ipsi Verbi praecones hinc inducebantur, ut campum, in quem actio missionalis ipsorum excurreret, varii generis praetextu coartarent; illic ii, quibus iidem satores praedicabant, ita resistebant, ut virtute humana superari non possent. Ceterum, non sine animi maerore confiteamur oportet Ecclesiae operositatem, evangelizationi deditam, vehementer impugnari, ne dicamus praepediri, a publicis potestatibus. Hodieque accidit, ut Verbi divini nuntii iuribus suis priventur, persecutione vexentur, premantur minis, exstinguantur solum propterea quod Iesum Christum praedicant eiusque Evangelium. Spe autem ducimur fore, ut horum apostolorum navitas, quamvis hae

[73] *Me.* **16, 15.**

res adversae lugendae sint, in nulla tandem orbis terrarum regione deficiat.

Ecclesia, quamquam hisce casibus gravatur, semper tamen altissimum mentis instinctum in se excitat, qui ad eam proxime a divino Magistro proficiscitur, hisce verbis resonantibus : mundo universo! omni creaturae! usque ad ultimum terrae! Quod iterum fecit in recentiore Synodo Episcoporum, monens ne nuntius evangelicus ligaretur, eo quod ad certam tantum partem humanae familiae iuberetur spectare, aut ad unum ordinem hominum, aut ad unam solummodo formam cultus civilis. Nonnullis exemplis res potest clarius explicari.

51. Ab ipso die Pentecostes illucescente, Ecclesia primariam agendi rationem, tamquam a Conditore suo acceptam, suscepit, quae in eo posita erat, ut Iesum Christum eiusque Evangelium iis revelaret, qui utrumque ignorabant. Totum Novum Testamentum, maxime vero Actus Apostolorum docent tempus tum fuisse singulare prorsus et opportunissimum, necnon vim exempli quodammodo praeferens, quo hic labor missionalis exerceretur; quo quidem deinceps universa Ecclesiae historia est insignis.

Hunc primum Iesu Christi nuntium ea intulit actione multiplici et varia, quae interdum « prae-evangelizatio » appellatur, sed quae, ut verum dicamus, iam est evangelizatio, licet quoad gradum versans in initiis et nondum plena. Ad hunc enim finem assequendum adhiberi potest series paene interminata subsidiorum, veluti praedicatio aperta, quemadmodum liquet, sed etiam ars, pervestigatio in re doctrinali incollata, inquisitio philosophica, excitatio legitima sensuum animi humani.

52. Quodsi haec prima nuntiatio ad eos praesertim habetur, qui Bonum Iesu Nuntium numquam audierunt, aut pueris, tamen semper necessaria est — cum crebro hodie eae inva-

luerint condiciones, quibus a lege christiana prorsus disceditur — plurimis hominibus, qui sacro quidem tincti sunt baptismate, sed extra quamvis formam vitae christianae degunt, plebi simplici, quae quandam possidet fidem, sed eius fundamenta vix cognoscit, viris studia colentibus, qui opus sibi esse sentiunt, ut Iesum Christum agnoscant alia ratione sibi propositum quam institutione, quae puerili aetate tradi solet, necnon aliis multis.

53. Nuntius ille ingentes quoque partes humanae consortionis respicit, quae religiones non christianas profitentur. Ecclesia veneratur et magni facit eiusmodi religiones non christianas, quibus animi permultorum hominum coetum significanter exprimuntur; in iis enim percipere est quasi repercussas voces illorum, qui per mille annorum spatia Deum imperfecte quidem, sed saepe sincere ac recte quaesiverunt. Religiones illae, mirabile quoddam patrimonium textuum penitus religiosorum obtinentes, generationes hominum docuerunt precationes facere; eaedemque tamquam innumeris *seminibus Verbi*[74] distinguuntur atque adeo veri nominis *praeparationem evangelicam*[75] efficiunt, ut egregiis locutionibus Concilii Vaticani II utamur, de opere Eusebii Caesariensis depromptis.

Ceterum, ex huiusmodi consideratione multae quaestiones quam maxime implicatae magnamque postulantes prudentiam oriuntur. Theologis adhuc pervestigandae sunt, ratione habita Traditionis christianae et Magisterii Ecclesiae, hae quaestiones, quae neque pondere carent neque difficultate, ita ut missionariis, qui nunc sunt et in posterum erunt, novae patescant

[74] Cfr. S. Iustini, / *Apologia* 46, 1-4; *II Apologia* 7 (8) 1-4; 10, 1-3; 13, 3-4: *Florilegium Patristicum* II, Bonn 1911[2], pp. 81, 125, 129, 133; Clementis Alex., *Stromata* I, 19, 91, 94: *S. Ch.* 30, pp. 117-118, 119-120; Conc. Oecum. Vat. II, Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus*, n. 11: *A.A.S.* 58 (1966), p. 960; Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, n. 17: *A.A.S.* 57 (1965), p. 21.

[75] Eusebii Caesariensis, *Praeparatio Evangelica*, 1, 1: *PO* 21, 26-28; cfr. Conc. Oecum. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, n. 16: *A.A.S.* 57 (1965), p. 20.

viae, quas in actione sua sequantur, religiones non christianas contingentes.

Neque reverentia et egregia aestimatio huiusmodi religionum neque implicatum genus quaestionum propositarum Ecclesiam inducunt, ut silentia tegat, ad non christianos quod attinet, nuntium Iesu Christi. Contra, ea opinatur hasce multitudines hominum ius habere cognoscendi Christi mysterii divitias;[76] in quibus, ut arbitramur, tota humana familia invenire potest pienissimo modo ac nulli exspectationi obnoxio, ea omnia, quae quasi temptabunda ipsa perquirat de Deo, de homine eiusque sorte futura, de vita et morte, deque veritate.

Quare, etiam cum agitur de religionum naturalium formis, vel praestantissimis, Ecclesia hoc sibi proprium habere putat: vi religionis Iesu, quam ipsa per evangelizationem nuntiet, revera hominem iungi cum Dei consilio, cum viva eius praesentia cumque eius actione; eandem efficere, ut quis occurrat divinae mysterio Paternitatis, quae ad humanum genus inclinet; aliis verbis, per nostram religionem reapse cum Deo institui commercium, verum nempe vivumque, quod aliae religiones instituere nequeunt, etiamsi sua, ut ita dicamus, brachia ad caelum attollere ipsae videantur.

Hac de causa, Ecclesia ardorem missionalem suum alit ac fovet, quin immo augere studet hac, qua nos vitam degimus, aetate ; necnon officio se teneri persentit erga universos populos ; nullique parcit labori, ut pro suis viribus nitatur Bonum Iesu Salvatoris Nuntium edere. Novos semper, per hominum aetates, apostolos ad tale munus componit. Haec cum gaudio animadvertimus his tempòribus, quibus non desunt qui putent atque etiam dicant apostolicum ardorem et alacritatem esse extincta, atque aetatem missionalem iam desiisse. Synodus quippe Episcoporum responsionis instar edixit missionalem nuntiationem non factam esse vigoris expertem, atque Ecclesiam ad huiusmodi munus implendum semper con ten tur am esse.

[76] **Cfr.** ***Eph.*** **3, 8.**

54. Verumtamen, Ecclesia non se arbitratur onere eximi ratione pariter assidua attendendi iis, qui fidem susceperunt quique, saepe a pluribus hominum aetatibus, Evangelium attigerunt. Quocirca, fidem eorum, qui se iam Christifideles vel credentes profitentur, excolere, solidare, nutrire et in dies maturiorem efficere conatur, quo magis tales revera exsistant.

Quae plerumque fides hodie cum *saecularismo* atque etiam cum atheismo data opera propugnato comparatur: ea igitur periclitatur et in discrimen adducitur, immo etiam obsidetur aperteque oppugnatur. Timor quoque est, ne ipsa suffocetur vel inedia pereat, nisi continenter alatur fulciaturque. Evangelizatio ergo saepissime postulat, ut fidei christifidelium necessariae hae alimonia et corroboratio afferantur, praesertim ope catecheseos, quae illo quasi suco evangelico vegetetur et sermone temporibus et personis accommodato ditetur.

Catholica Ecclesia assiduis pariter curis christianos prosequitur, qui plenam cum ipsa communionem non habent: dum una cum illis unitatem, quam Christus voluit, praeparat, idque propterea facit, ut unitatem in veritate operetur, plane conscia est se graviter officio suo esse defuturam, nisi coram iisdem testificetur eam plenitudinem Revelationis, cuius ipsa depositum servat.

55. Hac etiam sollicitudine eadem Synodus Episcoporum significanter tenebatur, scilicet ea, quae ad duas hominum rerumque condiciones spectat, quae quidem inter se valde differunt, sed tamen arcte inter se coniunguntur eo quod — utraque suo quidem modo — quasi provocando impugnant evangelizationem.

Quarum prior appellari potest augescens incredulitatis vis in mundo hodierno. Huic ipso mundo delineando memorata Synodus studuit: tali enim nomine late patente, quot cogitandi rationes comprehenduntur, quot bona vera atque ficticia, quot studia delitescentia aut semina perniciosa, quot opinationes

veteres, quae evanescunt, et opinationes novae, quae animis imponuntur! Ad rem spiritualem quod attinet, hic mundus hodiernus *luctuoso eventu humanismi athei* iactari videtur, ut scriptor quidam nostrae aetatis appellavit.[77]

Hinc enim animadvertendum est in ipso veluti centro mundi nostrae aetatis quiddam insidere, quod est quasi singularissima eius nota: *saecularismum* dicimus. Non autem de *saecularizatione* loquimur, quae est conatus, per se rectus et legitimus neque prorsus a fide et religione alienus, deprehendendi in creatura, in qualibet re et in singulis eventibus mundi universi leges, quibus reguntur quadam *autonoma* ratione, dum mens penitus persuasum sibi habet Creatorem hasce leges iis indidisse. Recentius Concilium tali ratione legitimam humanae culturae ac praesertim scientiarum *autonomiam* asseveravit.[78] Nos autem hic de vero *saecularismo* cogitamus, scilicet de illo mundi concipiendi modo, quo is ex ipsis suis principiis explicatur, neque opus est ut ad Deum ascendatur, qui ita supervacaneus fit et cuidam quasi impedimento est. Huius ergo generis *saecularismus,* potestatem hominis agnoscere nitens, eo ducit, ut Deus praetereatur atque etiam negetur.

Inde novae rationes atheismi manare videntur, videlicet atheismus *anthropocentricus,* non amplius a sensibus remotus et metaphysicus, sed pragmaticus, secundum praestituta consilia propositus et pugnax. Cotidie, multiplicibus sane modis, profertur — conexus cum hoc *saecularismo* atheo — civilis cultus ad id, quod consumi tur, pertinens, *hedonismus,* ut aiunt, qui bonorum omnium supremum praedicatur, voluntas potestate utendi ac dominandi, cuiusvis generis discrimina inducta. Quae omnia totidem sunt inhumanae propensiones huius *humanismi.*

Verumtamen, in hoc ipso mundo hodierno — res sane mira

[77] **Henri De Lubac, *Le drame de l'humanisme athée,* Ed. Spes, Paris 1945.-**

[78] **Cfr. Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* n. 59: *A.A.S.* 58 (1966), p. 1080.**

contraqtie opinionem multorum — negari nequit veras inesse iuncturas cum christiana religione atque etiam elementa evangelica, id saltem efficientia, ut animi inane quiddam sentiant et desiderio bonitatis teneantur. Haud nimis est dicere agi de vehementi quadam et miseranda imploratione, ut nempe mundus evangelizetur.

56. Altera condicio eorum est, qui religionem non exercent, scilicet permagnae multitudinis baptizatorum, qui plerumque non eiurarunt suum expresse baptismum, sed velut in extremis eius limitibus prorsus versantur neque ex eo vitam ducunt. In historia christianitatis res est vetus, quod homines religionem non colunt; idque ex naturali quadam infirmitate et ex intima inconstantia oritur, quae, pro dolor, in ipso animo humano penitus insidunt. Sed idem aetate nostra novis notis est insigne; atque saepe idcirco explicatur, quod nostris hisce temporibus hoc proprium est et peculiare, ut homines quasi evellantur. Inde etiam oritur, quod christiani cum non credentibus admodum commixti degunt atque ab iis, qui religionis sunt expertes, continenter impelluntur. Ceterum, nostri aequales, religionem non exercentes, magis quam aliis temporibus fieri solebat, hunc statum suum explanare student et excusare nomine religionis interioris, suis legibus vivendi facultatis, vel authenticae sui ipsorum rationis.

Itaque, hinc athei et non credentes, illinc religionem non exercentes evangelizationi non leviter obnituntur. Priores quidem resistunt eo quod certo quodam modo fidem respuunt, non capaces sunt ad accipiendum novum rerum ordinem et novam significationem mundi, vitae, historiae; quod fieri nequit, nisi ab « Absoluto » quis proficiscatur, quod est Deus. Alteri resistunt inertia, habitu illo aliquatenus hostili, eorum proprio, qui rem suam se optime gerere sciunt, qui se omnia novisse affirmant, cunctisque fruitos esse, neque amplius iis credere.

Hic *saecularismus* atheus et nulla religionis exercitatio apud

adultos aetate inveniuntur et apud iuvenes, apud electissimos homines et apud vulgus, in omnibus gradibus cultus civilis, in Ecclesiis antiquis atque recens conditis. Quae igitur in evangelizatione vertitur actio Ecclesiae, quippe quae utrumque huiusmodi mundum nequeat ignorare neque sistere ante utrumque, eo coniti debet continenter, ut apta subsidia et sermonis ratio quaerantur ad revelationem divinam et fidem in Iesum Christum alterutri primum vel iterum proponendam.

57. Ut Christus suae tempore praedicationis, ut duodecim Apostoli matutino Pentecostes tempore, etiam Ecclesia ingentem coram se multitudinem hominum videt, qui Evangelium desiderant et pro suo iure vindicant, quia Deus *vult omnes homines salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire.*[19]

Cum suum esse sentiat officium omnibus salutem praedicandi, sciens evangelicum nuntium non paucis initiatis, vel privilegio donatis, vel electis, sed omnibus destinari, Ecclesia eadem sollicitudine angitur, qua Christus coram turbis errantibus et languentibus, quasi *ovibus sine pastore,* et saepe eius renovat verba-. *Misereor super turbami* Sed et intellegit/ut evangelica praedicatio sit efficax, nuntium suum sibi esse dirigendum, in medio turbarum, ad fidelium communitates, quarum actio possit et debet ceteros attingere.

58. Diu Synodus recens de his parvis communitatibus, seu a basi appellatas, egit, quoniam in hodierna Ecclesia saepius de iis mentio fit. Quid sunt hae communitates, et quare praecipue evangelizentur eodemque tempore evangelizent?

Cum, secundum varia testimonia quae in Synodo audivimus, ubique in Ecclesia quodammodo floreant, eae multum inter se differunt in eadem regione, sed multo magis aliae in alia regione.

[79] ***1 Tim. 2,* 4.**

[80] ***Mt.* 9, 36; 15, 32.**

In nonnullis enim regionibus oriuntur et crescunt, aliquibus exceptis, in Ecclesia, cuius et vitae participes sunt et doctrina nutriuntur et Pastoribus adhaerent. Cum tales sunt, nascuntur, quia Ecclesiae vitam ardentius vivere cupiunt, vel congru en tiorem humanae naturae morem optant et inquirunt; quem haud facile ampliores ecclesiales communitates praestare possunt, praesertim in magnis nostri temporis urbibus, ubi coacerva tim simul ac veluti sine nomine vivitur. Hae communitates vel tantum modo suo, quoad ea, quae ad rem spiritualem et religiosam pertinent — ut sunt Dei cultus, subtilior fidei cognitio, caritas fraterna, preces, communio cum Pastoribus — parvum socialem coetum, pagum aliave extendere possunt; vel congregare volunt ad audiendum reputandumque Verbum, ad Sacramenta, ad agapes vinculum, coetus aetate, cultura, sociali condicione similes — coniuges, iuvenes, eos qui varia munera et artes profitentur, ceteros —; itemque homines ipsa vivendi ratione concordes, quoniam una simul iustitiam, opem fraternam pauperibus ferendam, humanam progressionem propugnant; christianos denique, ubi penuria sacerdotum non favet ordinariae paroecialis communitatis vitae. Haec omnia fieri putantur intra communitates ab Ecclesia constitutas, et maxime intra ecclesias particulares et paroecias.

In aliis regionibus, contra, communitates hae primordiales conveniunt acerbo impulsae studio faciendi censuram Ecclesiae, cui libenter notam *institutionalem* inurunt cuique sese opponunt, tamquam communitates charismaticas, a structuris solutas, tantummodo affiatas Evangelio. Earum proprium est erga Hierarchiam et signa, quae Ecclesiam exprimunt, aperte obiurgare et recusare. Hanc enim Ecclesiam ex integro impugnant. Ita sensus, quibus eae permoventur, brevi *ideologici* fiunt, nec raro politica optione, aliqua secta, tum aliquo instituto, vel etiam f actione arripiuntur, non sine periculo, ne iis inserviant.

Iam non mediocris est discrepantia: communitates, quae

suo repugnandi studio ab Ecclesia discedunt, cuius ceterum unitatem laedunt, profecto appellari possunt communitates « a basi » seu primordiales, sed hoc nomen est proprie sociologicum, nec fas est eas, nisi impropria verborum significatione, communitates *ecclesiales* « a basi » appellari, etsi perseverare se perperam affirmant in Ecclesiae unitate, cum Hierarchiae obstent. Talis appellatio ceterarum communitatum propria est, quae in Ecclesia congregantur, ut cum Ecclesia coniungantur et Ecclesiam augeant.

Hae quidem communitates seminarium erunt evangelizationis atque servient maioribus communitatibus, praesertim Ecclesiis particularibus; praeterea — ut in dictae Synodi exitu docuimus — Ecclesiae universae spem eatenus proponent, quatenus :

— alimenta sua ex Verbo Dei haurient neque se ipsas patiuntur irretiri extremis factionum politicarum studiis popularibusve doctrinis, quae libenter semper abutentur maxime earum potentia humana;

— resistunt instanti semper sollicitationi ad praeparatam institutorum expostulationem immodicamque censuram sub nomine sinceritatis, veritatis ac voluntatis adiutricem operam praestandi ;

— firmiter ad Ecclesiam loci, in quam inseruntur, simulque ad universalem Ecclesiam adhaerescunt, quod faciendo impedient — quod nimis facile accidere potest — ne videlicet in se solas invertantur neve arbitrentur se unicam esse germanam Christi Ecclesiam, et ceteras proinde communitates ecclesiales aspernentur;

— sinceram custodiunt communionem cum Pastoribus, quos Dominus Ecclesiae suae dedit, atque cum Magisterio, quod Spiritus Christi iisdem credidit;

— numquam existimant sibi tantum nuntiari Evangelium, vel sibi solis obvenire munus illud proclamandi, eoque minus

apud se unice Evangelii depositum esse; contra, sibi persuadentes Ecclesiam multo ampliorem esse multoque maiores recipere varietates, agnoscunt eandem hanc Ecclesiam etiam formis contineri et exprimi aliis ac per ipsas solas;

— in singulos dies crescunt officiorum conscientia, religionis studio, sedulitate et missionali erga alios navitate;

— se probant usquequaque patere omnibus hominibus, neque unquam peculiaribus favere partibus.

His tantum condicionibus, quae plurimum sine dubio postulant, verum etiam magnopere animos incitant, primordiales illae communitates ecclesiales satisfacient praecipuae suae destinationi : scilicet audientes Evangelium sibi nuntiatum atque recipientes singulari modo ipsam evangelizationem, eae sine ulla mora fient Evangelii nuntiae.

VI.

59. Si sunt homines, qui Evangelium salutis in mundo pronuntiant, id faciunt iussu, nomine et gratia Christi Salvatoris. *Quomodo vero praedicabunt, nisi mittantur?,*[n] ille scripsit qui haud dubie unus e maximis Evangelii praeconibus fuit. Nemo igitur id muneris explere potest, nisi missus fuerit.

Cui autem missio est evangelizandi ?

Concilium Vaticanum II praeclare respondet: Ecclesiae *ex mandato divino incumbit officium* ***eundi in mundum universum*** *et Evangelium praedicandi omni creaturae.*[*1] Et alio loco affirmat totam Ecclesiam missionariam esse, et *opus evangelizationis* esse *officium Populi Dei fundamentale.*®

Iam mentionem fecimus de intima huiusmodi inter Ecclesiam et evangelizationem coniunctione. Cum Ecclesia Regnum Dei nuntiat et aedificat, ipsa in medio mundo sese penitus collocat, tamquam signum et instrumentum huius Regni, quod est et venit. Quam ad rem, Concilium rettulit significantissimum illud Sancti Augustini effatum de missionali duodecim Apostolorum actione: *Praedicaverunt verbum veritatis et genuerant ecclesias.***

60. Ecclesiam autem missam esse, eandemque ad evangelizationem proprie spectare, hoc duplicem in nobis excitat persuasionem. Ac primum, opus evangelizationis nemini singularem actum esse et solitarium, sed omnino ecclesialem. Ideoque,

« *Rom.* 10, 15.

[82] Decl. de libertate religiosa *Dignitatis humanae,* n. 13: *A-A..S.* 58 (1966), p. 939; cfr. Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 5: *A.A.S.* 57 (1965), pp. 7-8; Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus,* n. 1: *A.A.S.* 58 (1966), p. 947.

[83] Cfr. Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus,* n. 35: *A.A.S.* 58 (1966), p. 983.

" S. Augustini, *Enarrat, in Ps. U,* 23: *C.C.L.* XXXVIII, p. 510; cfr. Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus,* n. 1: *A.A.S.* 58 (1966), p. 947.

cum praedicator vel humillimus, catechista vel pastor, in perquam longinqua regione, Evangelium nuntiat, sive parvam suam communitatem colligit, sive aliquod Sacramentum ministrat, etiamsi sit solus, actum Ecclesiae exsequitur, eiusque opus cum totius Ecclesiae evangelizantis actione certe coniungitur, non solum vinculis *institutionalibus,* sed invisibilibus etiam vinculis atque occultis cum superna gratia radicibus. Ex hoc inducitur eum non veluti sibi sumpto sponte officio, nec sua ipsius ductum mentis incitatione agere, sed in communione cum Ecclesiae munere atque eiusdem nomine.

Exinde altera persuasio eruitur: si quisque nomine Ecclesiae evangelizat — quae et ipsa ex Domini mandato agit —, nullus evangelizatur summus est suae evangelizandi actionis arbiter, sui ipsius iudicio agens eamque perficiens iuxta suam indolem suamque impulsionem, sed servata cum Ecclesia eiusque Pastoribus communione eam exsequi debet.

Ecclesia, ut iam diximus, tota evangelizat. Ideo, sive ad universum terrarum orbem, sive ad unamquamque eiusdem partem quod attinet, Ecclesia suum officium esse sentit Evangelium pervulgare.

61. Postquam haec animo volutavimus, nunc, Fratres et Filii, vobiscum sistimus ad rem, quae hodie peculiaris momenti est, perpendendam. Prisci christiani, in suis liturgicis celebrationibus, in suis coram iudicibus et carnificibus testificationibus, in suis de re apologetica scriptis, se firmissime in Ecclesiam credere libenter declarabant, eam ubique terrarum diffusam esse demonstrantes. Prorsus sibi conscii erant se ad magnam pertinere communitatem, quae neque spatio neque tempore circumscriberetur: *A iusto Abel ad ultimum electum;*[85] *usque ad ultimum terrae;*[86] *usque ad consummationem saeculi.*[87]

[85] S. Gregorii Magni, *Homil. in Evangelia,* 19, 1: *PL* 76, 1154.
[86] *Act.* 1, 8; cfr. *Didachè,* 9, 1: Funk, *Patres Apostolici,* 1, 22.
[87] *Mt.* 28, 20.

Talem Dominus voluit Ecclesiam suam: universalem, arborem magnam, cuius in ramis volucres caeli veniunt et habitant,[88] sagenam ex omni genere piscium congregantem,[89] vel rete quod Petrus centum quinquaginta tribus magnis piscibus onustum trahit,[90] gregem qui ab uno pascitur pastore[91]: Ecclesiam nempe universalem, quae nec saepta habet nec fines, nisi, pro dolor, limites, qui in corde animoque hominis peccatoris sunt.

62. Haec tamen universalis Ecclesia reapse penitus inseritur singulis particularibus Ecclesiis, quae vicissim ex hac aut illa humani generis portione constant; quaeque hac aut illa utuntur lingua; quae certam eruditionem atque doctrinam, certum res mundi sentiendi modum, certam praeteriti temporis memoriam, certum denique humanitatis fundamentum hereditate veluti possident iisdemque astrictae manent. Ac proprio nostri temporis hominis sensui consentaneum est hisce Ecclesiae particularis divitiis patere.

Caveamus autem, ne Ecclesiam universalem cogitemus quamdam esse summam vel, si dicere licet, foederatam consociationem, plus minus *heteroclitam*, Ecclesiarum particularium, quae suapte natura inter se differant. Secundum voluntatem Domini, Ecclesia ipsa, vocatione et missione universalis, cum radices mittit in varias condiciones, ad civilem, socialem et humanum ordinem spectantes, in quavis orbis terrae parte exteriores facies ac lineamenta diversa induit.

Itaque, quaelibet particularis Ecclesia, quae sua voluntate ab universali Ecclesia seiungatur, necessitudinem suam cum Dei consilio amittat et sua ecclesiali indole pauperior fiat. Ceterum, Ecclesia, in toto orbe diffusa, abstractum quiddam fieret, nisi corpus et vitam per ipsas particulares Ecclesias sume-

[88] Cfr. *Mt.* 13, 32.
[89] Cfr. *Mt.* 13, 47.
[90] Cfr. *Io.* 21, 11.
[91] Cfr. *Io.* 10, 1-16.

ret. Tantum si hosce duos Ecclesiae veluti axes constanter aspexerimus, nobis intellegere licebit divitias huius, quae inter Ecclesiam universalem atque Ecclesias particulares exstat, necessitudinis.

63. Ecclesiae particulares, quae penitus non modo cum ipsis hominibus commiscentur, sed etiam cum appetìtionibus, divitiis angustiisque, necnon orandi, amandi, vitam mundumque spectandi modis, quae distinguunt definitum quemdam hominum coetum, debent substantiam evangelici nuntii intellectam excipere eamque, sine ulla vel minima eius fundamentalis veritatis immutatione, in sermonem transferre, qui ab iisdem hominibus comprehendatur, eamque postea tali sermone nuntiare.

Quae quidem translatio facienda est — iis sane adhibitis consilio, gravitate, reverentia et competenti facultate, quae res ipsa postulat — in campis ad sacrae Liturgiae rationes,[92] ad catechesim, ad theologiae enuntiata, ad secundarias ecclesiales structuras, ad ministeria pertinentibus. Cum vero *sermonem* dicimus, verbum tali sensu accipiendus est, ut potius quam ad verborum explicandorum disciplinam vel ad litterarum rationem, ad anthropologicam et culturalem rem referatur.

Quaestio profecto haud parum prudentiae habet, cum evangelizatio multum suae virtutis suaeque efficacitatis amittat, nisi rationem habeat populi, ad quem reapse dirigitur, nisi eius lingua eiusque signibus et imaginibus utatur, nisi quaestionibus respondeat, quas ipse ponit, nisi demum eius verum vivendi morem tangat et moveat. Altera vero ex parte, evangelizatio in periculo est, ne naturam sibi propriam perdat et omnino evanescat, si, per speciem res, quas continet, in sermonem

[92] **Cfr. Conc. Oecum. Vat. II, Const. de S. Liturgia *Sacrosanctum Cancilium,* nn. 37-38: *A.A.S.* 56 (1964), p. 110; cfr. etiam liturgici libri ceteraque documenta, insequenti tempore ab Apostolica Sede edita ad reformationem liturgicam exsequendam, quam Concilium Vaticanum II faciendam decrevit.**

transferendi, eas inanes reddat vel corrumpat, aut si eo consilio, ut veritas universalis alicui veluti spatio aptetur, haec ipsa veritas proiciatur atque unitas frangatur, sine qua nulla datur universalitas. Iamvero, ea tantummodo Ecclesia, quae conscientiam servat suae universalitatis ac sese praebet revera universalem, nuntium in promptu habet, qui comprehendi potest ab omnibus, ultra cuiuslibet regionis fines.

Cum aequa ratio Ecclesiarum particularium habetur, Ecclesia profecto augetur ; idque oportere atque urgere censendum est, quia omnino congruit cum penitus insitis populorum humanarumque communitatum appetitionibus, quibus magis magisque agnoscere suae naturae lineamenta contendunt.

64. Ut vero huiusmodi auctus eveniat, necesse est ut Ecclesiae particulares prorsus pateant Ecclesiae universali. Bene enim animadvertendum est christifideles, qui maxime simplices et Evangelio fideles sunt atque ad verum Ecclesiae sensum magis attendentes, sua quasi sponte attrahi ad hanc universalem indolem percipiendam, eam ultro ac vehementissime desiderare, libenter in ea sese recognoscere, cum ea uno concentu consentire, atque imo ex animo angi, cum, vi quarundam opinionum, quas non intellegunt, in Ecclesiam costringantur hac universalitate carentem, alicuius regionis finibus circumscriptam atque omnis prospectus expertem.

Ceteroquin, ut historia clare docet, quotiens haec vel illa Ecclesia particularis, optimis etiam propositis permota atque argumentis innixa, quae sive ex theologia, sive ex sociali doctrina, sive ex politica scientia, sive ex ipsa pastorali ratione depromantur, aut cupiditate impulsa alicuius libertatis sive sese movendi sive agendi, seiuncta est ab Ecclesia universali atque ab eius vitae centro visibili, vix fieri potuit (si tamen evenit), ut duo effugeret discrimina, pariter gravia: hinc discrimen cuiusdam arefacientis secessionis, ac deinde celeris ipsius disgregationis, quia unaquaeque eius cellularum ab ea

digrediebatur eodem modo, quo ipsa a nucleo principali recessera t; illinc autem discrimen, ne suam libertatem amitteret, cum, separata a capite atque ab aliis Ecclesiis, quae robur et firmitatem eidem impertiebant, sola obnoxia fuit multimodis illorum viribus, qui eam in servitutem redigere et quaestui habere conarentur.

Revera, quo solidiora sunt communionis vincula, quibus Ecclesia particularis cum Ecclesia universali devincitur — vincula dicimus caritatis et fidelitatis, prompti erga Petri Magisterium obsequii, unitatis in lege orandi, quae est etiam lex credendi, sollicitudinis servandi unitatem cum ceteris Ecclesiis, quae universalitatem efficiunt —, eo aptior haec eadem Ecclesia evadet ad thesaurum fidei in legitimas varietates transferendum, quibus exprimi possunt sive eiusdem fidei professio, sive orationis formae ac Dei cultus, sive christianorum vita et mores, sive spiritualis populi vis, in quo ipsa versatur; eoque etiam verior fiet Evangelii nuntia, hoc est facultate pollens hauriendi a patrimonio universali id quod ad sui populi emolumentum cedat, itemque eiusdem populi experientiam vitamque Ecclesiae universali tradendi in omnium utilitatem.

65. Hac quidem mente, cum ad finem perduceretur tertius Synodi coetus, clarum, paterni amoris plenum, instans verbum habuimus de munere Petri Successoris, qua principii visibilis, vivi, actuosi unitatis inter Ecclesias, atque adeo unius Ecclesiae universalitatis.[93] De gravi insuper officio etiam atque etiam monuimus, quod ad Nos pertinet, quodque tamen cum Fratribus in Episcopatu participamus, immutabile fidei catholicae depositum servandi, a Domino Apostolis traditum. Quod depositum, etsi in omnes vertatur linguas, laedendum non est neque amputandum; etsi symbolis singulorum populorum

[93] **Pauli Pp. VI, Allocutio habita exeunte tertio coetu Synodi Episcoporum (24 Oct. 1974): *A.A.S.* 66 (1974), p. 636.**

propriis induatur, et elocutionibus theologicis explicetur cum variis uniuscuiusque sive culturae, sive societatis, sive etiam gentis modis et instrumentis congruentibus, ea catholicae fidei summa maneat necesse est, quam ecclesiale Magisterium et recepit et tradit.

66. Universa ergo Ecclesia ad praedicandum Evangelium vocatur; in hac tamen provincia varia sunt, quae inter se differunt, opera exsequenda. Quae ministeriorum varietas, in uno eodemque mandato, evangelizationis divitias et pulchritudinem efficit. Quapropter placet haec, quae sequuntur, munera commemorare.

Et primo, liceat nobis indicare, quam assidue in Evangelio Dominus Verbi nuntiandi munus Apostolis committat. Eos elegit,[94] per nonnullos familiarissime annos excoluit,[95] instituit[96] et misit[97] nuntii salutis testes atque magistros, auctoritate valentes. Et Duodecim suos invicem successores miserunt, qui, iisdem Apostolorum gressibus instantes, Evangelium pergunt praedicare.

67. Christi itaque voluntate, Petri Successor praeeminenti munere docendae veritatis revelatae auctus est. Saepe Novum Testamentum Petrum *Spiritus Sancti plenum* inducit, nomine omnium loquentem.[98] Quamobrem, Sanctus Leo Magnus eum meritum esse dicit apostolatus principatum.[99] Hac eadem de causa, Ecclesiae vox Summum Pontificem in culmine — *in apice, in specula* — apostolatus esse demonstrat.[100] Concilium

[94] Cfr. *Io.* 15, 16; *Me.* 3, 13-19; *Lc.* 6, 13-16.

[95] Cfr. *Act.* 1, 21-22.

[96] Cfr. *Me.* 3, 14.

[97] Cfr. *Me.* 3, 15; *Lc.* 9, 2.

[98] *Act.* 4, 8; cfr. *Act.* 2, 14; 3, 12.

[99] Cfr. S. Leonis Magni, *Sermo 69,* 3; *Sermo 70,* 1-3; *Sermo H,* 3; *Sermo 95, J2: 8. Ch.* 200, pp. 50-52 ; 58-66; 258-260; 268.

[100] Cfr. Conc. Oecum. Lugdunense I, Const. *Ad apostolicae dignitatis: Conciliorum Oecumenicorum Decreta,* Ed. Istituto per le Scienze Religiose, Bologna 1973[3], p. 278; Conc. Oecum. Viennense, Const. *Ad providam Christi,* ed. mem., p. 343; Conc. Oecum.

Vaticanum II, pronuntians *Christi mandatum praedicandi Evangelium omni creaturae* (cfr. *Me.* 16, 15), *cum Petro et sub Petro, Episcopos primo et immediate afficit.*[101]

Potestas igitur plena, suprema atque universalis,[102] quam Christus Vicario suo tradidit ad pastoralem Ecclesiae gubernationem, in eo potissimum posita est, quod Summus Pontifex praedicandi opus exercet et aliis mandat, ut Bonum salutis Nuntium praedicetur.

68. Cum Successore Petri coniuncti, Episcopi, Apostolorum successores, vi episcopalis ordinationis, potestatem suscipiunt veritates revelatas in Ecclesia docendi. Ipsi fidei magistri constituti sunt.

Cum Episcopis in ministerium evangelizationis consociantur, huius potestatis ex peculiari titulo participes, ii qui per sacerdotalem ordinationem *personam Christi gerunt*™ qua educatores Populi Dei in fide, divini Verbi praecones, simulque Eucharistiae ceterorumque Sacramentorum administri.

Nos omnes igitur Pastores, magis quam quodlibet, aliud Ecclesiae membrum, invitaniur ad huius muneris conscientiam in Nobis excitandam. Quod nostrum sacerdotale ministerium distinguit, quod efficit ut apte inter se cohaereant innumera ea negotia, quae per totius nostrae vitae cursum nos sollicitos tenent, quod denique peculiarem prorsus notam nostrae indu-

Lateranense V, Const. *In apostolici culminis,* ed. mem., p. 608; Const. *Postquam aa universalis,* ed. mem., p. 609; Const. *Supernae dispositionis,* ed. mem., p. 614; Const. *Divina disponente clementia,* ed. mem., p. 638.

[101] Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus,* n. 38: *A.A.S.* 58 (1966), p. 985.

[102] Cfr. Conc. Oecum. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 22: *A.A.S.* 57 (1965), p. 26.

[103] Cfr. Conc. Oecum. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* nn. 10, 37: *A.A.S.* 57 (1965), pp. 14, 43; Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus,* n. 39: *A.A.S.* 58 (1966), p. 986; Decr. de Presbyt. ministerio et vita *Presbyterorum ordinis,* nn. 2, 12, 13: *A.A.S.* 58 (1966), pp. 992, 1010, 1011.

Striae impertit, est hic finis, cuilibet insitus actioni nostrae: *Evangelium Dei praedicare}*[104]

En verae imaginis nostrae proprietas, quam nulla umquam dubitatio extenuare, nulla obiectatio obscurare debet: qua Pastores, miserenti Pastoris Summi consilio[105] electi sumus, etsi impares, ad Verbum Dei cum potestate praedicandum, ad congregandum Populum Dei dispersum, ad innutriendum hunc Populum signis actionis Christi, quae Sacramenta sunt, ad illum per salutis iter ducendum in eaque servandum unitate, cuius nos ipsi in variis ordinibus activa ac vitalia instrumenta constituti sumus, denique ad continenter animandam hanc communitatem circa Christum congregatam, secundum intimam eius vocationem. Cum autem haec omnia absolvimus pro nostris humanis viribus et secundum gratiae Dei mensuram, tunc profecto evangelizationis opus perficimus, sive Nos, qui munere fungimur Pastoris Ecclesiae universalis, sive Nostri in episcopatu Fratres Ecclesiis particularibus praepositi, sive Presbyteri et Diaconi coniuncti cum episcopis suis, quorum cooperatores sunt per communionem, quae e sacramento Ordinis sacri et ex Ecclesiae caritate proficiscitur.

69. Religiosi sodales praeterea in sua ipsorum vita, Deo sacrata, adiumentum singularis excellentiae inveniunt ad evangelizationem efficaciter peragendam.

Ex ipsa religiosae vitae natura ii inseruntur in dynamicam actionem Ecclesiae, quae « Absolutum, quod Deus est, sitienter expetit et ad sanctitatem vocatur. Huius sanctitatis ipsi sunt testes, cum Ecclesiam in se exprimant, quatenus severioribus Beatitudinum postulationibus se committere exoptat. Per suam vivendi rationem signum sunt eius vitae status, quo quis Dei, Ecclesiae ac fratrum famulatui se totum addicit. Quam ob rem, religiosi sodales peculiare momentum habent

[104] **Cfr. *1 Th.* 2, 9.**
[105] **Cfr. *1 Pt.* 5, 4.**

quod attinet ad testificationem illam, quae, ut supra diximus, primarium est evangelizationis elementum. Tacita huiusmodi testificatio paupertatis et seiunctionis a rebus huius mundi castitatis et candidae vitae innocentiae, voluntatis in oboedientia acquiescentis, praeter quam mundo atque ipsi Ecclesiae considerandi causas suggerit, fieri etiam potest diserta quaedam praedicandi forma, quae permovere valet etiam homines non christianos, recta praeditos voluntate et ad certa spiritualia bona aestimanda propensos.

Quae cum ita sint, facile intellegitur, quas partes agant in evangelizatione religiosi sodales atque sanctimoniales, qui precationibus, silentio, poenitentiae operibus, sui devovendi studio se dedunt. Alii etiam religiosi, et illi quidem plurimi, recta via incumbunt ad Christum nuntiandum. Missionalis eorum actio manifesto pendet ex Hierarchia et componenda est cum tota ratione pastorali, quam ipsa ad effectum deducere cupit. Verumtamen quis aestimare potest, quantum hi attulerint atque conferre etiam nunc pergant ad evangelizationis opus? Ob ipsam suam consecrationem religiosam, illi potissimum liberi sunt sponteque valent omnia deserere et abire usque ad terminos orbis, ut Evangelium praedicent. Illi sunt in opere alacres, atque eorum apostolatus saepe excellit propriis sui ingenii consiliis et inceptis, quae admirationem inspicientibus movent. Illi sunt magnanimi, et crebro inveniuntur in extremis missionum stationibus ubi maxima nonnumquam obeunt valetudinis ipsiusque vitae pericula. Ipsis profecto plurimum debet Ecclesia.

70. Laici homines, utpote qui pro sua condicione in medio mundo versentur et variis temporalibus muneribus praeponantur, peculiarem idcirco evangelizationis formam exercere debent.

Praecipuum ac proximum eorum munus eo spectat, non ut ecclesialem communitatem condant vel promoveant — quod

munus Pastoribus proprium est —, sed ut ad effectum plene adducant omnes christianas atque evangélicas vires ac virtutes latentes, sed iam praesentes atque operantes in hoc mundo. Campus eorum evangelizantis navitatis proprius est latissima eaque implicata provincia rei politicae, socialis atque oeconomicae; item provincia ingeniorum culturae, disciplinarum et artium, mutuarum inter Nationes necessitudinum, instrumentorum communicationis socialis; accedunt res quaedam, quae peculiari modo ad evangelizationem patent, cuiusmodi sunt amor, familia, puerorum et adolescentium educatio, variarum professionum exercitatio, humanus dolor. Quo plures erunt laici homines spiritu evangelico imbuti, in quos harum rerum onus recidit quique iisdem rebus manifeste sunt addicti, et quo magis eas promovere valent et conscii erunt sibi efferendas esse omnes in se positas christianas vires, quae saepe latentes atque interclusae iacent, eo magis hae res omnes — nihil humanae efficientiae suae amittentes vel imminuentes, immo ad novos quosdam superioris ordinis campos saepe pandentes — aedificando Dei Regno inservient, ac proinde afferendae saluti in Iesu Christo.

71. In apostolatus regione, laicorum propria, quae ad evangelizationem spectat, non animadverti non possunt partes, quae ad familiam pertinent. Ipsa iure merito pulcherrima appellatione dicta est *Ecclesia domestica,* ut ipsum Concilium Vaticanus II agnovit.[106] Quod declarat oportere in unaquaque christiana familia reperiri varias Ecclesiae universae facies atque lineamenta. Ac praeterea familia, haud secus atque Ecclesia, habenda est campus, quo affertur et unde diffunditur Evangelium.

Quamobrem, apud familiam huius muneris consciam,

[106] Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 11: *A.A.S.* 57 (1965), p. 16; Decr. de apostolatu laicorum *Apostolicam actuositatem,* n. 11: *A.A.S.* 58 (1966), p. 848; S. Ioannis Chrysostomi, *In Oenesim Serm.* VI, 2; VII, 1: *PO* 54, 607-608.

omnia eiusdem familiae membra evangelizant atque evangelizan tur. Parentes non tantum communicant cum filiis Evangelium, sed ab ipsis possunt recipere idem Evangelium penitus vita expressum. Eadem familia Evangelii nuntia fit apud alias multas familias, atque circumstantem, cui inseritur, convictum.

Ipsae familiae, quae ex matrimonio mixto exortae sunt, Christum suae proli annuntiare debent secundum plenam vim et significationem communis baptismi; ipsae praeterea difficili tenentur officio sese efficiendi unitatis artifices.

72. Rerum adiuncta nos invitant, ut peculiarem mentis attentionem ad iuvenes dirigamus. Eorum auctus numerus eorumque percrebrescens in societate humana praesentia, quaestiones quibus sollicitantur, haec omnia excitare debent in omnibus curam porrigendi eis studiose ac sapienter exemplar evangelicum cognoscendum et colendum. Attamen necesse est, ut iuvenes, recte ad fidem et precationem informati, fiant magis magisque apostoli suorum aequalium. In tali sane iuvenum auxilio Ecclesia multam spem reponit, iisdemque saepe saepius plenam Nosmet ipsi fiduciam ostendimus.

73. Ita quidem maximum sui momentum consequitur operosa laicorum praesentia in rebus temporalibus. Neglegendus igitur non est neque oblivione praetereundus alter rerum prospectus : laici enim possunt animadvertere se vocatos esse vel vocari ad consociandam operam cum Pastoribus in famulatu communitatis ecclesialis, in eius auctum et vitae ubertatem, dum ministeria valde distincta exercent, pro gratia atque carismatibus, quae Dominus iis dilargiri voluerit.

Magna cum interiore laetitia contuemur Pastorum multitudinem, religiosorum atque laicorum, qui muneris sui Christum praedicandi studiosi, nuntiare valenter Evangelium aptioribus usque rationibus nituntur. Nos confirmamus'late paten-

tem actionem, quam, hoc in itinere et hac cum cura, Ecclesia nostrae aetatis explicat. Quae late patens actio meditationem ante omnia respicit, deinde ministeria ecclesialia, quibus est facultas renovandi atque firmandi alacritatem in evangelizando.

Absque dubio, iuxta ministeria per sacramentum Ordinis collata, vi quorum Pastores constituuntur atque peculiari modo communitatis famulatui se devovent, Ecclesia agnoscit alia ministeria, quae, etsi cum sacro Ordine non sint coniuncta, accommodantur tamen ad peculiare Ecclesiae officium exercendum.

Consideratio ad Ecclesiae primordia intenta multum luminis affert atque nobis sinit, ut utamur vetusta experientia, quod ad ministeria attinet; quae experientia eo validior est, quoniam pristinae Ecclesiae facultatem dedit accrescendi, sese corroborandi atque extendendi. Haec tamen primordiorum exploratio complenda est consideratione necessitatum humanae condicionis Ecclesiaeque nostrae aetatis. Haurire ex fontibus istis semper consiliorum plenis, nullum horum bonorum posthabere atque apte accommodari postulatis et necessitatibus huius temporis : haec sunt capita, quae facultatem praebebunt sapienter inquirendi atque in luce collocandi ministeria, quibus Ecclesia indiget, quaeque plures Christifideles libenter suscipient ad maiorem usque fovendam ecclesialis communitatis vivacitatem. Haec ministeria secum ferent veram pastoralem virtutem secundum' rationem, qua servabunt omnino unitatem normasque latas a Pastoribus, utpote qui unitatis Ecclesiae sponsores atque auctores sint constituti.

Huiusmodi ministeria, quae specie quidem nova videntur, sed valde contra cohaerent cum antiquis Ecclesiae experimentis per longum vitae eius curriculum — ministeria, verbi causa, dicimus catechistarum, precationis et cantus moderatorum, christianorum deditorum praedicationi Verbi Dei vel famulatui fratrum egentium, praepositorum communitatum parvarum, auctorum motuum apostolicorum, et aliorum istius generis —

utilissima quidem sunt ad Ecclesiam condendam, vivificandam et amplificandam, atque etiam efficere possunt, ut ipsa magis circumcirca effulgeat eosque tangat, qui procul absunt. Peculiaris a Nobis aestimatio declaranda est omnibus laicis, qui consentiunt aliquid sui temporis et virium, immo etiam universam vitam, sacris missionibus devovere.

Omnibus evangelizationis operariis sedula praeparatio necessaria est, qua quidem multo magis ii indigent, qui ministerio Verbi sunt addicti. Incitati altiore semper conscientia excelsitatis et ubertatis Verbi Dei, illi, quorum officium est idem Verbum diffundere, quam maximum studium adhibere debent ad dignitatem et diligentem curam et accommodationem sermonum suorum. Omnes enim noverunt loquendi artem hodie permagnum prae se ferre momentum et pondus. Quomodo igitur praedicatores et catechistae poterunt eam contemnere? Vehementer proinde optamus, ut in unaquaque Ecclesia particulari Episcopi convenienter procurent institutionem omnium ministrorum Verbi. Illa videlicet educatio seria augebit in iis necessariam fiduciam sui, sed etiam studium inflammabit Iesu Christi praedicandi hoc ipso tempore nostro.

VII

74. Neque vero colloquii huiusce cum Fratribus Filiisque Nostris amantissimis finem ante faciendum putamus, quam et unum aliud addiderimus invitamentum : quonam animo quove consilio scilicet ii duci debeant, qui propagando Evangelio operam dant.

Ita nomine Domini Iesu Christi atque Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, eos omnes, qui Spiritus Sancti instinctu Ecclesiaeque mandato veri Evangelii praecones sunt, cohortamur, ut vocatione, quam audierunt, digni sint, illamque nulli dubitationi vel timori cedentes exerceant, neque omnino omittant ea, quae ad evangelizationem non modo aditum faciant, sed assiduam etiam ac fructuosam reddant. En, prae ceteris, primarias quas iuvat condiciones commendare.

75. Nulla umquam fieri potest praedicatio sine Sancti Spiritus munere. Qui profecto et in Iesum a Nazareth descendit ipsum dum baptizaretur, tum videlicet, cum vox Patris — *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui*[107] — manifeste ostendit ipsius electionem et missionem. Qui praeterea *ductus a Spiritu* deserta petit supremumque certamen init in discrimenque maximum venit, antequam huius missionis initium faciat;[108] itidemque *in virtute Spiritus*[109] redit in Galilaeam, in civitate sua Nazareth praedicaturus, sibi illud Isaiae tribuens: *Spiritus Domini super me,* et: *Hodie, impleta est*

[107] ***Mt.* 3, 17.**
[108] ***Mt.* 4, 1.**
[109] ***Lc.* 4, 14.**

haec Scriptura.[110] Huc accedit, quod discipulis, quos missurus erat, insufflans ait: *Accipite Spiritum Sanctum.*[111]

Re quidem vera, solummodo post Spiritus Sancti adventum in die Pentecostes, Apostoli in omnes partes terrae proficiscuntur, ut grande evangelizationis opus, Ecclesiae concreditum, aggrediantur, idque Petrus ita populo explicat, quasi per illum eventum prophetia Ioelis impleatur dicentis: *Effundam de Spiritu meo super omnem carnem.*[112] Ipse Petrus Spiritu Sancto repletur, ut de Iesu, Eilio Dei, populo verba faciat.[113] Atque Paulus ipse Spiritus repletur Sancto,[114] antequam apostolico operi se tradat, quemadmodum Stephanus, eodem Spiritu plenus, diaconus eligitur ac postea fuso sanguine martyrium facit.[115] Scilicet Spiritus ille, qui Petrum, Paulum ac duodecim Apostolos loquentes facit, subiciens quid dicant, idem in eos etiam cadit, qui verbum Dei audiunt.[116]

Ceterum, Spiritus Sancti consolatione repleta, Ecclesia crescit,[117] cuius ille est anima. Ille, inquimus, efficit, ut fideles verum tum doctrinae tum mysterii Christi intellectum habeant; ille hodie, quemadmodum initio Ecclesiae, in unoquoque Evangelii praecone operatur, modo ei se tradat dirigendum. Ille tandem verba suggerit, cum unus ille praestare possit, simul audientium animos molli ens, ut Evangelium et annuntiatum Regnum plane excipiant.

Equidem evangelizationis artes bonae sunt; sint tamen illae absolutae atque perfectae, nequeunt secreto Spiritus instinctui suffici. Vel diligentissime adhibita praeconis praeparatio nihil agit sine Illo, et quaevis dialectica nisi Illo spirante est

[110] *Lc. i,* 18. 21 ; cfr. *Is.* 61, 1.
[111] *Io.* 20, 22.
[112] *Act.* 2, 17.
[113] Cfr. *Act.* 4, 8.
[114] Cfr. *Act.* 9, 17.
[115] Cfr. *Act.* 6, 5. 10; 7, 55.
[116] Cfr. *Act.* 10, 44.
[117] Cfr. *Act.* 9, 31.

ad hominem permovendum impar, atque praeterea disciplinae tum sociologicae tum psychologicae inventa, subtilia licet, sine Illo nullius virtutis deprehenduntur.

Nimirum, hodie, in Ecclesia singularem quandam Spiritus Sancti aetatem animadvertimus. Satagunt enim ubique fideles, ut non modo melius Illum cognitum comprehensumque habeant, qualem videlicet Scripturae sanctae revelant, sed etiam ut quam iucundissimo animo Ei se tradant, vela sua pandentes inspiranti; atque praeterea frequentissimi ad Illum coeuntes, libenter ab Eo agi patiuntur. Iamvero, si Spiritus Sancti momentum in vita Ecclesiae tantum est, profecto in evangelizationis opere reperitur maximum. Neque credendum est temere ac fortuito accidisse, ut evangelizationis initia die Pentecostes proficiscerentur, divini nempe Spiritus afflatu.

Cogi ergo inde facile potest, Spiritum Sanctum in propagatione Evangelii primas agere, utpote qui et moveat ad praedicandum, et hominis intima ad excipiendum intellegendumque verbum salutis praeparet,[118] iure pariter affirmari potest Eum esse etiam finem ac terminum omnis evangelizationis; unus enim novam creationem operatur, humanitatem nempe novam, ad quam evangelizatio ipsa tendere debet per illam unitatem in varietate, ad quam praedicatio necessario provocat in communitate christiana. Per Illum insuper, Spiritum Sanctum dicimus, Evangelium in mundum permanat, cum unus *signa temporum* — id est Dei — quae sint, discernere faciat, quae evangelizatio percipit eaque in hominum vita illustrat.

Episcoporum Synodus quidem, anno MCMLXXIV habita, postquam opportune instituit operam Spiritus Sancti in negotio evangelizationis, vota pariter suscepit, ut animorum pastores atque theologi — inter quos fideles etiam ponimus, quos signum Spiritus Sancti per Baptismum notavit — naturam atque agendi

[118] **Cfr. Conc. Oecum. Vat. II, Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus*, n. 4: *A.A.S.* 58 (1966), pp. 950-951.**

modum divini illius Paracliti altius excuterent in evangelizatione praesentis temporis. Quod et Nos in votis habemus, dum Evangelii praecones hortamur, cuiuscumque ordinis vel condicionis sunt, ut sine intermissione Spiritui divino summa fide et ardore supplicent, illiusque ductui prudenter se permittant tamquam auctoris praecipui consiliorum suorum, suorum coeptorum suaeque operae ad evangelizationem spectantis.

76. Nunc autem ipsos respicimus Evangelii praecones. Saepius, enim, homines dictitant aetatem nostram sitire sinceritatem ac veritatem rerum. Adulescentes praesertim dicuntur abhorrere prorsus ab omni falsa vel ficticia rerum natura, atque contra requirere totam earum veritatem et claritatem.

Haec *signa temporum* magnam Nobis suadent vigilantiam. Etenim vehementer semper — sive taciti sive magna voce — nos interrogant: Creditisne vos ipsi ea quae dicitis? Vivitisne ea quae creditis? Praedicatisne revera et quae vivitis? Plus quam umquam alias testimonium vitae, sic factum est pernecessaria condicio plenae efficacitatis praedicationis. Quapropter, ecce in nos ipsos tamquam auctores quadamtenus recidit omnis progressus et effectus Evangelii, quod proclamamus.

((Quid est de Ecclesia decem post annos a conclusione Concilii? », ita nobiscum quaerebamus, hanc commentationem inchoantes. Estne illa radicitus constituta in medio mundo ac tamen satis libera et sui iuris, ut mundum interroget? Estne illa testis consociatae voluntatis cum hominibus eodemque tempore cum « Absoluto », quod est Deus? Estne vividior ipsius contemplatio et adoratio, estne pariter vehementior eius actio missionalis, caritatis effectrix, liberatrix? Estne studiosius usque operosa in sustinendis inceptis plenae christianorum unitatis restaurandae, quae efficaciorem reddit ipsam communem testificationem, *ut mundus credat.*[119] Nos omnes simul

[119] ***Io.*** **17, 21.**

advocamur ad responsiones his interrogationibus reddendas.

Hortamur ergo Venerabiles Fratres, quos *Spiritus Sanctus posuit pascere Ecclesiam Dei.*[120] Hortamur Presbyteros et Diaconos, Episcoporum adiutores atque spiritalis alacritatis suasores in consociationibus Populi Dei et in locorum communitatibus. Hortamur Religiosos, testes huius Ecclesiae, quae ad sanctitatem invitatur, ideoque exstimulatos ad talem amplectendam vivendi rationem, quae evangelicarum Beatitudinum sit argumentum. Hortamur laicos: familias christianas, iuvenes et adultos, illos omnes qui artificia exercent, moderatores, neque obliviscimur pauperes saepe fide et spe afluentes, laicos omnes conscios suarum in evangelizatione partium in famulatu Ecclesiae, vel in media societate et mundo. His omnibus dicimus : necesse est, ut nostrum evangelizationis studium vehemens a germana vitae sanctitate proficiscatur, quam precatio ac praesertim amor erga Eucharistiam alant, atque — sicut Concilium Vaticanum II nos admonet — praedicatio ex parte sua incrementum afferat sanctitati praedicatoris.[121]

Mundus qui, contra omnium opinionem, licet innumerabilia ostendat denegationis Dei signa, Deum tamen quaerit per itinera inopinata et Deo graviter indiget, idem mundus repetit Evangelii praedicatores, qui ipsi loquantur de Deo ab iis cognito tamque sibi proximo, quasi Eum invisibilem videant.[122] Mundus repetit et exposcit a nobis vitae simplicitatem, precandi habitum, caritatem in omnes, praesertim erga parvulos et pauperes, oboedientiam et humilitatem, nostri oblivionem et renuntiationem. Hac sanctitatis nota deficiente, sermo noster difficulter permanabit ad cor hominum huius temporis : in discrimen ponitur, ut reducatur ad vanum et irritum.

[120] **Cfr. *Act.* 20, 28.**

[121] **Cfr. Decr. de Presbyt. ministerio et vita *Presbyterorum ordinis,* n. 13: *A.A.S.* 58 (1966), p. 1011.**

[122] **Cfr. *Heb.* 11, 27**

77. Evangelizationis vis valde deminuetur, si nuntii Evangelii disiuncti erunt inter se variis divisionis causis. Nonne hoc est quoddam e magnis evangelizationis huius temporis incommodis? Re vera, si Evangelium, quod praedicamus, appareat dilaceratum controversiis de doctrina, sententiis inter se oppositis mutuisve damnationibus inter christianos — prout eorum quisque sentit de Christo et de Ecclesia, atque etiam ob dissimiles suas opiniones de societate deque humanis institutionibus — nonne fiet, ut illi, ad quos nostra praedicatio convertitur, perturbentur, in errorem inducantur, immo etiam scandalizentur?

Sacrum Domini testamentum nos docet, unitatem inter Christifideles esse non tantum documentum nostrae ascriptionis in numero suorum, sed etiam ipsius missionis a Patre, probantissimum argumentum fidei, quae christianis vel ipsi Christo debetur. Quoniam Evangelii praedicatores sumus, nobis praebenda est fidelibus Christi non species hominum dissidentium ac dissentientium ob controversias, quae nullo modo aedificant, sed species hominum in fide firmatorum, qui sciunt simul congredi, praeter contentiones hic et nunc exorientes, ob communem sinceram et aequam veritatis inquisitionem. Ita est : evangelizationis sors profecto conectitur cum unitatis testimonio ab Ecclesia exhibito, hinc sane officiorum pondus et gravitas, sed etiam consolatio exoritur.

Hoc autem loco denotare iuvat ipsum signum unitatis inter omnes christianos, tamquam modum et instrumentum evangelizationis. Divisio christianorum quaedam praesens res est magnae profecto gravitatis, quae eo usque pertingit, ut ipsum opus Christi debilitet. Etenim, Concilium Vaticanum II luculenter vehementerque affirmat: *Divisio christianorum sanctissimae causae praedicandi Evangelium omni creaturae detrimentum affert et aditum ad fidem multis praecludit.*[123] Qua

[123] **Decr. de activ. mission. Eccl. *Act gentes divinitus,* n. 6: *A.A.S.* 58 (1966), pp. 954-955; cfr. Decr. de Oecumenismo *unitatis redintegratio,* n. 1: *A.A.S.* 57 (1965), pp. 90-91.**

de causa, cum Annum hunc Iubilaeum indiceremus, necessarium Nobis visum est omnes fideles orbis catholici illud quoque commonefacere: *Prius quam homines universi reducantur aliquando et restituantur in Dei* Patris nostri *gratiam, communionem inter eos redintegrari omnino oportet, qui fide iam agnoverint ac receperint Iesum Christum uti Dominum misericordiae, qui homines liberet et amoris veritatisque consociet Spiritu.*[124] Magna vero Nos cum spe contemplamur conatus illos, qui a christianis nunc suscipiuntur ad plenam restituendam hanc unitatem, quam Christus voluit. Sanctus Paulus hac de re nos facit certiores : *Spes autem non confundit.*[125] Dumque hoc etiam tempore enitimur et contendimus, ut a Domino perfectam unitatem impetremus, volumus ut preces multiplicentur. Praeterea, idem assumimus votum, a Patribus tertii coetus generalis Synodi Episcoporum nuncupatum: ut maiore usque studio socia conferatur a nobis opera cum christianis fratribus, quibuscum perfecta communione nondum coniungimur, idque fiat innitendo in baptismatis fundamento et in fidei patrimonio, quod cum illis commune habemus; adeo ut ex ipso evangelizationis opere latior iam nunc prodeat communis testificatio de Christo coram mundo.

Ad hoc mandatum Christi nos impellit, idque poscit officium praedicandi ac testificandi Evangelium.

78. Evangelium, quod nobis commissum est, est etiam verbum veritatis. Quae veritas libertatem affert,[126] eaque sola pacem animo confert. Eam homines expetunt, cum nos adeunt Bonum Nuntium illis nuntiantes : veritatem de Deo, veritatem de homine eiusque arcano fine, veritatem de mundo; veritatem difficilem, quam in Verbo Dei perscrutamur, cuiusque — iterum dicimus — nec magistri nec auctores sumus, sed custodes, praecones, administri. ;

[124] **Bulla *Apostolorum Limina,* VII: *A.A.S.* 66 (1974), p. 305.**
[125] ***Rom.* 5, 5.**
[126] **Cfr. *Io.* 8, 32.**

Poscitur ab eo qui Evangelium nuntiat, ut veritatem colat, eo vel magis quod veritas, quam ille perpendit et tradit, est veritas revelata, ideoque prae ceteris primariae particula veritatis, qui est Deus ipse. Evangelii igitur praedicator is est qui, summa etiam cum sui oblivione et iactura, semper veritatem exquirit aliis transmittendam. Numquam ille veritatem adultérât, numquam dissimulât, desiderio motus placendi hominibus, admirationem movendi vel animos excitandi, neque novitate vel studio sese ostendendi. Ille veritatem non respuit; veritatem revelatam non obumbrat socordia ignaviaque eam inquirendi, vel sui commodo ductus, vel timore impulsus. Non recusat incumbere in eius studium; ei magnanimiter inservit, neque tamen eam in servitutem redigit.

Quoniam populi fidelis sumus Pastores, ministerium nostrum urget nos, ut tueamur, defendamus et communicemus veritatem, damna et iacturas contemnentes. Plurimi excellentes sanctique Pastores nobis largiti sunt exemplum huiusmodi erga veritatem amoris, qui haud raro heroum more demonstrans est. Deus veritatis exspectat, ut eiusdem nos simus propugnatores vigilantes atque praedicatores deditissimi.

Doctores, quicumque estis, sive theologi, sive exegetae, sive historiae cultores: evangelizationis opus indiget vestra indefatigata inquisitione vestraque diligentia atque sagacitate in transmittenda veritate, ad quam studia vestra vos appropinquans quaeque tamen semper exsuperat cor hominis, cum sit ipsa veritas Dei.

Parentes et magistri, munus vestrum, quod difficilius evadit ob multiplices huius temporis contentiones, vos adducit ut auxilium praebeatis filiis atque discipulis vestris in detegenda veritate, religiosa et spiritali haud excepta.

79. Evangelizationis ministerium in evangelizatore fraternum et in dies crescentem amorem erga eos, quos evangelizat, requirit. Paulus apostolus, cuiusvis praedicatoris exemplar,

haec Thessalonicensibus verba scripsit, quae nobis agendi rationi sunt: *Ita desiderantes vos... volebamus tradere vobis non solum Evangelium Dei, sed etiam animas nostras, quoniam carissimi nobis facti estis.*[111] Qui iste amor est? Non tam paedagogi, quam patris, vel potius matris.[128] Cupit Dominus ut quisquis, sive Evangelium praedicat, sive Ecclesiam exstruit, hunc habeat amorem.

Amoris signum est donandae veritatis et in unitatem evangelizandos inserendi cura. Signum item amoris est sine exceptione et ambagibus Iesu Christo nuntiando se tradere.

Nonnulla alia amoris signa liceat addere. Primum signum est eos, qui evangelizantur, vereri nec aspere tractare, quod ad religionem, ad animum, ad vitae modum, iure non intemperanter celerandum, ad conscientiam et ad sententiam pertinet.

Itidem aliud signum est cavere, ne quis, praesertim si sit fide infirmus,[129] dictis offendatur, quae, si clara esse possunt eruditis, tamen fidelibus, velut vulnera animi, fontes perturbationis et scandali esse possunt.

Demum, signum amoris erit eniti, ut christianis non dubitationes et haesitationes tradantur, ex male percepta eruditione ortae, sed firmae, cum in Verbo Dei consistant, persuasiones. Fidelibus opus est his persuasionibus, ut christiane vivant, easque sibi pro iure vindicant, cum filii Dei sint, in cuius complexu haerentes, toti in iis acquiescunt, quae amor postulat.

80. Adhortationem Nostram nunc e vita maximorum praedicatorum et evangelizatorum sumere volumus, quorum vita apostolatui dicata fuit, quorum in numero eos commemorare peculiariter placet, quos hoc Anno Sancto proposuimus fide-

[127] ***1 Th.* 2, 8; cfr. *PMI.* 1, 8.**
[128] **Cfr. *1 Th.* 2, 7. 11; *1 Cor.* 4, 15; *Gal.* 4, 19.**
[129] **Cfr. *1 Cor.* 8, 9-13; *Rom.* 14, 15.**

libus colendos; multa enim evangelizationis impedimenta super averunt.

Satis habemus ex illis impedimentis, quae nostrorum etiam temporum sunt, illud indicare, quod et multiplex et tamen gravissimum est, cum sit domesticum : neglegentiam videlicet, et praesertim gaudii ac spei defectionem in multis evangelizatoribus. Nos itaque omnes hortamur, qui, aliquam ob causam aliquove modo, evangelizandi funguntur munere, ut fervorem spiritus alant et augeant.[130]

Hic fervor exigit in primis, ut excusationis titulos reiciamus evangelizationi contrarios. Omnium insidiosissimi ii sunt, quibus quis contendit se hac vel alia doctrina, a Concilio proposita, fulciri et sustineri.

Sic accidit, ut vario quidem modo asseverari saepius audiamus : veritatem imperare, etiamsi Evangelii sit, viam praecipere, etiamsi salutis sit, idem esse ac religiosae libertati vim inferre. Ceterum — addunt — quae causa est, cur Evangelium nuntietur, si omnes cordis probitate salutem consequuntur 1 Constat, praeterea — aiunt — et mundum et historiam *seminum verbi* plena esse : eo velle Evangelium portare, ubi iam idem in seminibus inest, a Domino satis, nonne est falsa opinione ducit

Altius perscrutanti in Concilii documentis quaestiones quae, Illis titulis suadentibus, inde nimis inconsiderate hauriuntur, de his argumentis diversissima apparebit sententia.

Vitium profecto est quidquid imponere conscientiae fratrum nostrorum. Sed prorsus aliud est, si huic conscientiae evangelica veritas et salus in Christo Iesu proponuntur ratione admodum perspicua et salva omnino eiusdem conscientiae potestate eligendi vel optandi — secluso *omni actionis genere, quod coërcitionem vel suasionem inhonestam aut minus rectam sapere videatur*[131] —; id, nedum libertati religiosae iniuriam

[130] **Cfr.** ***Rom. 12, 11.***

[131] **Cfr. Decl. de libertate religiosa *Dignitatis humanae,* n. 4: *A.A.B.* '58 (1966), p. 933.**

faciat, obsequium praestat eidem libertati, cui potestas tribuitur viam eligendi, quae nobilis et laudabilis ab iis quoque habetur, qui Deum esse non credunt. Numquid crimen adversus alienam libertatem erit in gaudio pronuntiare Evangelium, quod a misericordissimo Domino accepimus?[132] Cur, praeterea, ius erit dumtaxat mendacium et errorem, dedecora atque obscena proponere, immo saepe, pro dolor, imperare tum per suasoria et exitialia communicationis socialis instrumenta, tum per leges huiusmodi licentiam tolerantes, tum etiam per ignaviam bonorum et audaciam maiorum?

Haec reverens erga alios ratio, qua Christus eiusque Regnum minuantur, officium potius quam ius evangelizatoris dicenda est. Pariter ad homines, qua fratres ipsius evangelizatoris, ius pertinet, ut sibi ab eo evangelicum salutis nuntium afferatur. Hanc salutem in iis, quos vult, Deus operari potest per extraordinarias vias, quas Ipse solus novit.[133] Si autem Filius eius in hunc mundum venit, id eo consilio fecit, ut verbis vitaque sua ordinarias nobis patefaceret vias salutis. Ipse nobis mandavit, ut, sua ipsius praediti auctoritate, hanc transmitteremus revelationem. Haud inutile erit, si singuli fideles singulique evangelizatores orando hanc perscrutantur sententiam: homines, etiamsi eos non evangelizaverimus, salvi esse poterunt etiam per alias vias, propter Dei misericordiam; at, si desidiosi vel pavidi vel « erubescentes Evangelium », ut scripsit Sanctus Paulus,[134] vel, falsas secuti sententias, illud praetermittimus nuntiare, num possumus nosmet ipsos salvos facere? Id enim nihil aliud est quam irritam facere vocationem Dei, qui vult bonum semen per vocem ministrorum Evangelii germinare; perque nos stabit, ut idem semen in arborem excrescat suumque fructum proferat.

[132] *Ibidem*, nn. 9-14: *l.c*, pp. 935-940.

[133] Cfr. Conc. Oecum. Vat. II, Decr. de activ. mission. Ecclesiae *Ad gentes divinitus*, n. 7: *A.A.S.* 58 (1966), p. 955.

[134] Cfr. *Rom.* 1, 16.

Servemus igitur spiritus fervorem; custodiamus suave et solacii plenum gaudium evangelizandi, tunc etiam cum seminare flendo opus est. Talis sit nobis animi impetus — sicut fuit Ioanni Baptistae, Petro et Paulo, ceteris Apostolis atque multitudini illi admirabilium per totum Ecclesiae decursum evangelizatorum —, quem neque homines neque res exstinguere valeant. Istud nobis, qui vitam nostram obtulimus, magnae laetitiae sit. Utinam mundus aetatis nostrae, qui tum in angore tum in spe quaerit, Evangelium accipiat non ab evangelizatoribus afflictis vel spe destitutis, neque ab impatientibus vel anxietate affectis, sed ab Evangelii ministris, quorum vita fervore renideat, ab iis videlicet, qui primi gaudium Christi in semet ipsis receperunt, neque renuunt vitam impendere, ut et Regnum nuntietur et Ecclesia in mundo penitus instauretur.

81. En igitur, Fratres et Filii, clamor, qui ex imo pectore Nostro effunditur, quique cum repercussa consonat voce Nostrorum Fratrum, qui tertium generalem Synodi Episcoporum coetum celebraverunt. En id, quod fieri iussimus, exeunte hoc Anno Sancto, quo cum maxime et necessitates et appellationes percepimus multorum fratrum, qui, sive christiani sive non christiani, ab Ecclesia exspectant Verbum salutis.

Utinam huius lux Anni Sancti, quae innumerabilibus hominibus Deo reconciliatis tum in Ecclesiis particularibus tum Romae orta est, etiam post Iubilaeum aequaliter illucescere pergat per ordinatam quandam rationem pastoralis navitatis, cuius evangelizatio praecipua pars est, hac nostra aetate, quae proximum iam ostendit novum saeculum, immo tertium millesimum Christianae religionis annum!

82. Hoc votum deponere gaudemus in manibus et in corde Sanctissimae Deiparae Virginis Mariae, hoc ipso die singulariter ei sine labe conceptae sacro, atque decimo expleto anno ab exitu Concilii Vaticani II. Quae mane Pentecostes primor-

diis evangelizationis, Sancto Spiritu operante, orando praefuit, eadem tamquam Stella refulgeat evangelizationis usque renovandae, quam Ecclesia, mandato sui Domini obtemperans, promovere ac perficere debet praesertim hisce sane arduis, sed spei plenis temporibus!

In nomine Christi, Nos vobis omnibus vestrisque communitatibus, familiis, necessariis paterne benedicimus, his utentes verbis Sancti Pauli ad Philippenses : *Gratias ago Deo meo in omni memoria vestri, semper in omni oratione mea pro omnibus vobis cum gaudio deprecationem faciens super communione vestra in Evangelio...; sicut est mihi iustum hoc sentire pro omnibus vobis, eo quod habeam in corde vos et ... in defensione et confirmatione Evangelii socios gratiae meae omnes vos esse. Testis enim mihi Deus, quomodo cupiam omnes vos in visceribus Christi Iesu.*[135]

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die VIII mensis Decembris, in Sollemnitate Conceptionis Immaculatae B. M. V., anno MCMLXXV, Pontificatus Nostri tertiodecimo.

PAULUS PP. VI

[155] *PMl.* 1, 3-4. 7-8.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO PRO DOCTRINA FIDEI

DECLARATIO

De quibusdam quaestionibus ad sexualem ethicam spectantibus.

1. Persona humana, secundum doctorum virorum nostrae aetatis aestimationem, tam penitus affici sexualitate perhibetur, ut haec in elementis annumeretur, quae hominis vitam praecipue informent. Ac revera, a sexu eae profluunt notae peculiares, quae in regione biologica, psychologica et spirituali personam ipsam efficiunt marem ac feminam, quaeque propterea plurimam vim ac momentum habent ad explendam singulorum hominum maturitatem ad eosque societati inserendos. Quare, quod quisque facile animadvertere potest, hodie res, quae ad sexum pertinent, materia sunt, de qua crebro ac propalam agitur in libris, in commentariis et ephemeridibus, atque in ceteris communicationis socialis instrumentis.

Interea magis magisque invaluit morum corruptio, in cuius gravissimis indiciis ponenda est immoderata sexus praedicatio, eademque instrumentorum communicationis socialis, spectaculorumque ope adeo progressa est, ut educationis campum invaserit communemque infecerit vulgi existimationem.

In hac rerum condicione, si ex una parte educatores, paedagogi, disciplinarumque moralium cultores, operam conferre potuerunt, ut bona utriusque sexus propria clariore in lumine ponerentur aptiusque traducerentur in vitae usum, ex altera parte alii opinationes proposuerunt vitaeque ducendae rationes, quae veris moralibus postulatis hominis repugnant, immo eo pervenerunt, ut ad edonismi licentiam viam sternerent.

Hinc factum est, ut etiam apud christianos doctrinae, morales normae vivendique rationes hucusque fideliter servatae, paucorum annorum spatio vehementer in discrimen vocata sint, ac multi hodie secum quaerant, quid, tot pervagantibus opinionibus contrariis doctrinae quam ab Ecclesia receperunt, etiam nunc pro veritate retinere debeant.

2. In hac mentium perturbatione morumque corruptione fas non est Ecclesiam neglegenter se habere. Siquidem de quaestione agitur summi sane momenti sive ad singulorum christianorum vitam, sive ad socialem vitam nostrae aetatis quod attinet.[3]

Episcopi cotidie experimento cognoscunt augescentes difficultates, quibus laborant tum christifideles in percipienda sana doctrina de moribus, peculiarique modo de rebus quae ad sexum pertinent, tum etiam pastores in eadem doctrina efficaciter exponenda. Hi probe sciunt sibi pastorale munus iniungere, ut in re tantae gravitatis necessitatibus subveniant suorum fidelium; ac praeclara sane documenta de hac quaestione edita iam sunt a nonnullis sacris Pastoribus et a quibusdam Conferentiis Episcopalibus. Attamen, cum falsae opiniones pravaeque inde ortae agendi rationes disseminari ubique pergant, Sacra Congregatio pro Doctrina Fidei, pro munere suo in Ecclesia universali[2] ac de Summi Pontificis mandato, necessarium duxit hanc Declarationem promulgare.

3. Nostrae aetatis homines magis in dies sibi persuasum habent personae humanae dignitatem vocationemque id postulare, ut ipsi, rationis lumine ducti, bona virtutesque naturae suae insita detegant, continenter promoveant, in vitaeque suae

[1] Cfr. Conc. Vat. II, Const. *Gaudium et Spes,* n. 47: *A.A.S.* 58 (1966), p. 1067:

[2] Cfr. Const. Apost. *Regimini Ecclesiae Universae,* 15 aug. 1967, n. 29: *A.A.S.* 59 (1967), p. 897.

actionem traducant, eo quidem consilio, ut magis in dies progredi possint.

Attamen in re morali aestimanda homo nequaquam arbitrio suo procedere potest: *In imo conscientiae legem detegit, quam ipse sibi non dat, sed cui oboedire debet... Nam homo legem in corde scriptam habet, cui parere dignitas eius est et secundum quam ipse indicabitur.,*[3]

Praeterea nobis christianis Deus per revelationem suam notum fecit suum salutis consilium, ac proposuit tamquam supremam atque immutabilem vitae normam, Christum, Salvatorem et Sanctificatorem, per doctrinam et exempla Ipsius, qui dixit: *Ego sum lux mundi: qui sequitur me non ambulai in tenebris, sed habebit lumen vitae.*[4]

Hominis, igitur, dignitas vere promoveri nequit, nisi ordo essentialis eius naturae servatur. Fatendum quidem est, per civilis cultus decursum bene multas rerum condiciones vitaeque humanae necessitates mutatas esse atque in posterum etiam mutatum iri ; at quilibet morum profectus et quodlibet vivendi genus contineri debent intra fines, quos statuunt immutabilia principia, quae innituntur in elementis constitutivis et relationibus essentialibus cuiusque humanae personae; quae elementa ac relationes historica adiuncta transcendunt.

Haec principia fundamentalia, quae humana ratio percipere potest, continentur in *lege divina, aeterna, obiectiva et universali, qua Deus consilio sapientiae et dilectionis suae mundum universum viasque communitatis ordinat, dirigit, gubernat. Huius suae legis Deus hominem participem reddit, ita ut providentia divina suaviter disponente, veritatem incommutabilem magis magisque cognoscere possit.*[5] Haec autem lex divina nostrae cognitioni pervia est.

[3] ***Gaudium et Spes,*** **n. 16:** ***A.A.S.*** **58 (1966), p. 1037.**
[4] ***Io.*** **8, 12.**
[5] **Conc. Vât. II, Declar.** ***Dignitatis Humanae,*** **n. 3:** ***A.A.S.*** **58 (1966), p. 931.**

4. Perperam, igitur, multi hodie negant sive in natura humana sive in lege revelata ullam aliam inveniri posse normam absolutam atque immutabilem de actionibus particularibus praeter eam, quae exprimitur per generalem legem caritatis et observantiae dignitatis humanae. Ad quod quidem probandum iidem hanc afferunt rationem: ea quae normae legis naturalis vel Sacrarum Scripturarum praecepta vocari solent, potius formae cuiusdam humani cultus particularis, certo historiae tempore expressae, habenda sunt.

At vero revelatio divina atque etiam, in rerum ordine sibi proprio, naturalis rationis sapientia, cum germanas attingunt humani generis necessitates, simul necessario in luce ponunt leges immutabiles in elementis constitutivis naturae hominis insitas, quae eaedem apparent in omnibus viventibus qui ratione praediti sunt.

Accedit, quod a Christo Ecclesia instituta est tamquam *columna et -firmamentum veritatis*[6] Ipsa, auxiliante Spiritu Sancto, sine intermissione custodit et sine errore tradit veritates ordinis moralis, atque authentice interpretatur non solum legem positivam revelatam, *sed etiam principia ordinis moralis ex ipsa natura humana profluentia*[7] quae spectant ad plenum hominis profectum eiusque sanctificationem. Ecclesia reapse per totum suae historiae decursum semper retinuit certa legis naturalis praecepta vim habere absolutam atque immutabilem, eorumque violationem censuit doctrinae et spiritui Evangelii repugnare.

5. Cum autem ethica sexualis quaedam fundamentalia bona vitae humanae et christianae tangat, inde fit, ut ad illam pariter generalis haec doctrina applicetur. Hac in re principia

[6] *1 Tim.* 3, 15.

[7] *Dignitatis Humanae,* n. 14: *A.A.S.* 58 (1906), p. 940; cfr. Pius XI, Enc. *Casti Connubii,* 31 dec. 1930: *A.A.S.* 22 (1930), pp. 579-580; Pius XII, Alloc. 2 nov. 1954: *A.A.S.* 46 (1954), pp. 671-672; IOANNES XXIII, Enc. *Mater et Magistra,* 15 maii 1961: *A.A.S.* 53 (1961), p. 457; PAULUS VI, Enc. *Humanae Vitae,* 25 iul. 1968, n. 4: *A.A.S.* 60 (1968), p. 483.

ac normae habentur, quae Ecclesia tamquam doctrinae suae partem sine ulla dubitatione semper tradidit, quantumvis ipsis opiniones moresque mundi obstiterint. Quae quidem principia ac normae haudquaquam exorta sunt ex aliquo culturae genere, sed ex divinae legis naturaeque humanae cognitione; quapropter putari non possunt vim amisisse vel in dubium vocari, propterea quod novae culturae adiuncta intercesserint.

Haec quidem principia sunt, e quibus ductum sumpserunt consilia ac normae Concilii Vaticani II eo spectantia, ut talis vita socialis institueretur atque ordinaretur, in qua debita ratio haberetur aequalis dignitatis maris et feminae, differentia utriusque servata.[8]

Dum loquitur de indole sexuali hominis necnon de humana generandi facultate, Concilium animadvertit easdem *mirabiliter exsuperare ea quae in inferioribus vitae gradibus habentur}* Deinde singillatim pertractat principia et regulas, quae sexualitatem humanam in matrimonio respiciunt, quaeque in propria eius functionis finalitate innituntur.

Ad rem quod attinet, Concilium declarat honestatem actuum vitae coniugalis, secundum veram hominis dignitatem ordinatorum, *non a sola sincera intentione et aestimatione motivorum* pendere, *sed obiectivis criteriis, ex personae eiusdemque actuum natura desumptis,* determinari debere, *quae integrum sensum mutuae donationis ac humanae procreationis in contextu veri amoris observant.*[10]

Postrema haec verba summatim perstringunt Concilii doctrinam — antea fusius in eadem Constitutione explicatam[11] — de actus sexualis finalitate deque praecipua regula eius mora-

[8] Cfr. Conc. Vat. II, Declar. *Gravissimum Educationis,* nn. 1, 8: *A.A.S.* 58 (1966), pp. 729-730; 734-736. *Gaudium et Spes,* nn. 29, 60, 67: *A.A.S.* 58 (1966), pp. 1048-1049; 1080-1081; 1088-1089.

[9] Cfr. *Gaudium et Spes,* n. 51: *A.A.S.* 58 (1966), p. 1072.

[10] *Ibid.,* cfr. etiam n. 49: *I. mem.,* pp. 1069-1070.

[11] *Ibid.* nn. 49, 50: *I. mem.,* pp. 1069-1072.

litatis : honestas enim huius actus tunc in tuto posita est, cum haec finalitas servatur.

Idem hoc principium, quod Ecclesia ex divina revelatione suaque authentica legis naturalis interpretatione haurit, constituit etiam translaticiam eius doctrinam, secundum quam potestatis sexualis usus non accipit veram suam significationem probitatemque moralem, nisi in matrimonio legitimo.[12]

6. Huic autem Declarationi propositum non est, ut omnes sexualis facultatis abusus tractentur, neque ut cuncta enucleentur quae castitatis cultus secum inferat, sed potius ut Ecclesiae normae repetantur de certis quibusdam doctrinae capitibus, cum iam vehementer necesse esse videatur gravibus erroribus ac pravis agendi rationibus adversari, quae late disseminantur.

7. Multi his diebus ius vindicant ad sexualem iunctionem ante initum matrimonium, saltem ubi firma voluntas nubendi atque affectio iam quodammodo coniugalis in amborum animis postulant illud complementum, quod ipsi connaturale esse arbitrantur; idque praesertim, quoties matrimonii celebratio externis rerum adiunctis impeditur, vel haec intima coniunctio necessaria iudicatur, ut amor ipse permaneat.

Huiusmodi opinio christianae doctrinae adversatur, quae statuit qualemcumque genitalem hominis actionem matrimonii terminis contineri debere. Quantumvis enim firmum est eorum propositum, qui praematuris hisce iunctionibus sese vinciunt, nihilominus hae iunctiones haud sinunt, ut sinceritas ac fidelitas mutuae necessitudinis inter viri ac mulieris personas in tuto ponantur, nec praesertim ut haec necessitudo a cupiditatum et arbitrii mobilitate protegatur. Atqui stabilem Chri-

[12] **Haec Declaratio non complectitur omnes morales normas de vita sexuali in matrimonio, cum in Litteris Encyclicis *Casti Connubii* et *Humanae Vitae* perspicue expositae sint.**

stus Dominus voluit iunctionem illam, eamque ad nativam restituit condicionem, in ipsa sexus differentia fundatam. *Non legistis quia qui fecit hominem ab initio masculum et feminam fecit eos et dixit: Propter hoc dimittet homo patrem et matrem et adhaerebit uxori suae, et erunt duo in carne una? Itaque iam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet.*[13] Verbis etiam apertioribus S. Paulus loquitur, cum docet, si caelibes vel viduae continenter vivere non possint, aliam optionem ipsis non dari, quam stabilem conubii unionem : *Melius est enim nubere quam uri}*[4] Per matrimonium, enim, amor inter coniuges amori illi inseritur, quo Christus irrevocabili modo Ecclesiam diligit;[15] coitus vero corporum in impudicitia[16] contaminât templum Spiritus Sancti, quod christianus ipse factus est. Coniunctio igitur carnalis legitima non est, nisi consortium vitae inter virum et mulierem perpetuum instauratur.

Hoc semper intellexit ac docuit Ecclesia,[17] quae ceterum maximam reperit consensionem cum doctrina sua in humanae sapientiae rationibus atque in historiae testimoniis.

Experientia docet amorem stabilitate coniugii muniendum esse, ut sexualis copulatio finalitatis sibi propriae dignitatisque humanae postulatis reapse satisfaciat. Haec autem postulata coniugale exigunt foedus sancitum ac defensum a societate; quod quidem foedus vitae statum instaurat, qui sive ad exclusoriam iunctionem viri ac mulieris, sive etiam ad ipsorum familiae totiusque humanae societatis bonum summi est mo-

[13] Cfr. *Mt.* 19, 4-6

[14] *1 Cor.* 7, 9.

[15] Cfr. *Eph.* 5, 25-32.

[16] Extramatrimonialis sexuum coniunctio expresse damnata est: *1 Cor.* 5, 1-6, 9; 7, 2; 10, 8; *Eph.* 5, 5-7; *1 Tim.* 1, 10; *Hebr.* 13, 4; apertis quidem argumentis : i *1 Cor.* 6, 12-20.

[17] Cfr. INNOCENTIUS IV, Ep. *Sub Catholicae professione,* 6 mar. 1254: *DS* 835. Pius II, Propos, damn. in Ep. *Cum sicut accepimus,* 14 nov. 1459: *DS* 1367. Decreta S. Officii, 24 sept. 1965: *DS* 2045; 2 mar. 1679: *DS* 2148. Pius XI, Enc- *Casti Connubii,* 31 dec. 1930: *A.A.S.* 22 (1930), pp. 558-559.

menti. Ac revera plerumque sexuales coniunctiones, quae legitimum matrimonium praecedunt, prolis excludunt exspectationem. Amor ille,- qui tamquam coniugalis perperam proponitur, in amorem paternum atque maternum excrescere, ut omnino oportet, non poterit; idque, si forte contigerit, in detrimentum profecto cedet liberorum, quippe qui stabili priventur convictu, ubi rite adolescant ac viam ac subsidia reperiant sese toti societati inserendi.

Consensio igitur eorum, qui sese in matrimonio iungere cupiunt, exterius significari debet ac tali quidem modo, ut coram societate quoque valere possit. Fideles autem oportet secundum Ecclesiae leges declarent suum ad societatem coniugalem ducendam consensum, qui quidem efficit, ut conubium fiat Christi sacramentum.

8. Nostra aetate, contra perpetuam Magisterii doctrinam ac moralem populi christiani sensum, aliqui — secuti indicia psychologicae naturae — coeperunt indulgenter iudicare, immo etiam prorsus excusare relationes homosexuales quarundam personarum.

Distinctionem instituunt — quae ceterum non sine causa fieri videtur — inter homosexuales, quorum proclivitas nata ex falsa educatione vel infecta maturitate sexuali vel consuetudine vel pravo exemplo aliisve similibus causis, ad tempus tantum exsistit aut saltem insanabilis non est, et homosexuales, qui tales sunt in perpetuum ob quoddam quasi impulsus innati genus aut vitiatam constitutionem, quae existimatur sanari non posse.

Ad alterum hunc ordinem hominum quod spectat, nonnulli argumentantur eorum propensionem adeo naturalem esse, ut considerari debeat tamquam licitas illis reddens relationes homosexuales intra sinceram vitae amorisque communionem matrimonii consimilem, quatenus ipsi sibi videantur vitam solitariam tolerare minime valere.

Profecto, dum pastoralis animarum cura agitur, tales homosexuales suscipiendi sunt cum considerata animi lenitate iidemque in spem sunt erigendi se difficultates suas suamque alienationem socialem esse aliquando superaturos. Eorum quoque culpabilitas prudenter iudicabitur. Verumtamen nullam adhiberi licet viam aut rationem pastoralem, quae eisdem tribuat excusationem moralem, propterea quod hi actus talium hominum condicioni congruentes aestimentur. Etenim, secundum obiectivum rerum ordinem moralem iunctiones homosexuales sunt actus, qui sua necessaria et essentiali ordinatione privantur. In Sacris Scripturis reprobantur uti graves depravationes, immo exhibentur tamquam funesta repudiationis Dei consecutio.[18] Haec quidem Divinarum Scripturarum sententia non sinit, ut concludatur eos omnes, qui ista deformitate laborent, hac de causa iam in personali culpa esse; nihilominus testatur actus homosexualitatis suapte intrinseca natura esse inordinatos, neque unquam ullo modo approbari posse.

9. Saepe hodie in dubium vocatur vel aperte negatur tradita catholicae Ecclesiae doctrina, secundum quam masturbatio gravem in re morali deordinationem constituit. Psychologia et sociologia, uti aiunt, ostendunt illam, praesertim in adulescentibus, ad maturescentem sexualitatem communiter pertinere, ac nihil propterea verae et gravis culpae in ea contineri, nisi quatenus consulto quis se dederit solitariae voluptati in eo ipso circumclusae (« ipsatio »); quo in casu actum utique omnino op-

[18] *Rom.* 1, 24-27: *Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, in immunditiam; ut contumeliis adficiant corpora sua in semetipsis, qui commutaverunt veritatem Dei in mendacium et coluerunt et servierunt creaturae potius quam Creatori, qui est benedictus in saecula. Amen. Propterea tradidit illos Deus in passiones ignominiae; nam feminae eorum immutaverunt naturalem usum in eum usum qui est contra naturam. Similiter autem et masculi, relicto naturali usu feminae, exarserunt in desideriis suis in invicem, masculi in masculos turpitudinem operantes et mercedem quam oportuit, erroris sui in semetipsis recipientes.* Cfr. etiam quae dicit S. Paulus de masculorum concubitoribus in *1 Cor.* 6, 10; *1 Tim.* 1, 10.

poni communioni amoris inter diversi sexus personas, quam quidem contendunt praecipuum esse propositum usus sexualis facultatis.

Haec tamen opinio et doctrinae et consuetudini pastorali Ecclesiae catholicae adversatur. Qualiscumque vis est aliquarum argumentationum indolis biologicae vel philosophicae, quibus interdum usi fuerunt theologi, revera tum Ecclesiae Magisterium — per decursum constantis traditionis — tum moralis christifidelium sensus sine dubitatione firmiter tenent masturbationem esse actum intrinsece graviterque inordinatum.[19] Potissima huius veritatis ratio in eo posita est, quod, quaecumque est ipsa agendi causa, deliberatus usus facultatis sexualis extra rectum coniugale commercium essentialiter eius fini contradicit. In eo namque deest relatio sexualis, quae ordine morali postulatur, quae nempe ad effectum deducit *integrum sensum mutuae donationis ac humanae procreationis in contextu veri amoris.*[20] Ad eam igitur rectam relationem referenda est omnis deliberata exercitatio sexualitatis. Etiamsi statui non possit S. Scripturam hoc peccatum peculiari quodam nomine damnare, tamen Ecclesiae traditio iure meritoque intellexit illud in Novo Testamento improbari, cum sermo fit de « immunditia » vel de « impudicitia » aliisve vitiis castitati et continentiae contrariis.

Sociologicae inquisitiones demonstrare quidem valent huius deordinationis crebritatem secundum loca, incolarum varietates vel rerum temporumque adiuncta, quae consideranda suscipiuntur; et sic facta ipsa colliguntur. At facta non praebent regulam, qua actuum humanorum honestas iudicari possit.[21]

[19] Cfr. LEO IX, Ep. *Ad splendidum nitentis*, a. 1054: *DS* 687-688; Decretum S. Officii, 2 mar. 1679: *DS* 2149; Pius XII, Alloc. 8 oct. 1953: *A.A.S.* 45 (1953), pp. 677-678,- 19 maii 1956: *A.A.S.* 48 (1956), pp. 472-473.

[20] *Gaudium et Spes, n.* 51: *A.A.S.* 58 (1966), p. 1072.

[21] *Si investigationes sociologicae utiles sunt ad melius cognoscendum habitum mentis*

Crebritas huius rei, de qua agitur, consocianda quidem est cum ingenita hominis debilitate ex originali peccato orta, sed etiam cum amisso Dei sensu, cum morum corruptione per vitiorum mercaturam inducta, cum effrenata tot spectaculorum ac scriptorum licentia, nec non cum oblivione pudoris, qui custos est castitatis.

Psychologia hodierna complura valida et utilia indicia suppeditat de masturbationis argumento, ex quibus aequius iudicium de responsabilitate morali feratur atque pastoralis actio convenienter dirigatur. Eadem adiuvare potest ad intellegendum, quo pacto immaturitas adulescentiae, quae nonnumquam ultra hanc aetatem protrahitur, vel aequilibritatis psychologicae defectus vel consuetudo suscepta afficere possint hominis agendi rationem, cum imminuant actuum deliberationem et efficiant, ut subiective non semper culpa gravis contrahatur. Sed in universum absentia gravis responsabilitatis praesumi non debet; quod si contingit, ipsa hominum potestas moraliter agendi haud agnoscitur.

In ipso autem pastorali ministerio ad aequum iudicium faciendum in singulis casibus, universa et consueta alicuius hominis operandi ratio aestimari debet non solum quod attinet ad caritatis et iustitiae exercitationem, verum etiam ad curam, qua peculiare castitatis praeceptum ab eo observatur. Praecipue ergo videndum est, sintne adhibita subsidia necessaria, cum naturalia tum supernaturalia, quae christiana ascesis ex diuturna sua experientia commendat ad cupiditates edomandas et ad virtutis profectum consequendum.

hominum, qui certo quodam sunt loco, sollicitudines et necessitates eorum, quibus verbum Dei praedicamus, necnon oppugnationes, quibus humana aetatis' nostrae ratio illi adversatur eam pervulgatam sententiam sequendo, ex qua nulla aequa scientiae forma extra ipsam altiorem doctrinam exsistat, conclusiones eiusmodi investigationum non iudicium seu, uti dicunt, criterium veritatis, normae vim obtinens, efficere valent (PAULUS VI, Adhort. Apost. *Quinque iam anni,* 8 dec. 1970: *A.A.S.* 63 [1971], p. 102).

10. Observantia legis moralis in re sexuali, sicut et exercitatio castitatis, in periculum haud leve adducta est, praesertim inter christianos minus ferventes, ob hodiernam proclivitatem ad circumscribendam quam maxime realitatem gravis peccati, saltem in vita hominum concreta, immo ad eam subinde omnino infitiandam.

Sunt etiam qui eo usque progressi sunt, ut affirment peccatum mortale, quod hominem a Deo seiungat, habendum esse tantummodo recusationem directam et formalem, qua quis Deo vocanti sese opponat, vel cum quis, sui solius amans, penitus deliberateque excludat proximi amorem. Tunc videlicet solum illi dicunt intercedere « optionem fundamentalem », id est decisionem voluntatis, quae totam personam humanam obstringat, quaeque requiratur ut mortale exsistat peccatum ; per hanc nempe optionem hominem ex imis personae suae suscipere vel ratum habere fundamentalem quendam habitum erga Deum vel erga homines. Ex contrario, animadvertunt, actus dictos « periphericos » — in quibus negant plerumque electionem esse decretoriam — non eo usque procedere, ut iidem mutent optionem fundamentalem; idque tanto minus, quod saepius ex consuetudine proficiscantur. Hos actus, igitur, posse quidem infirmare optionem fundamentalem, non ita tamen, ut funditus illam evertant. Atqui, secundum hos auctores, immutatio optionis fundamentalis erga Deum difficilius evenit in regione vitae sexualis, ubi homo communiter non violat ordinem moralem aliquo actu plene deliberato et responsabili, sed potius impulsu passionis suae, debilitate vel immaturitate, nonnumquam etiam vana illa opinione, qua putat se ita testificari suum in proximos amorem; quibus causis saepe additur pondus ipsorum socialium adiunctorum.

Re quidem vera optio fundamentalis tandem apte definit moralem hominis propensionem; eadem tamen radicitus commutari potest actibus singularibus, praesertim cum hi, ut saepe accidit, iam praeparati sint praecedentibus actionibus modo

magis superficiali positis. Utcumque autem id est, haud recte affirmatur singulares actus non sufficere, ut mortale peccatum patretur.

Secundum Ecclesiae doctrinam, peccatum mortale, quod Deo opponitur, non continetur sola recusatione formali et directa praecepti caritatis ; illud enim invenitur etiam in hac oppositione contra verum amorem, quam prae se fert quaevis deliberata transgressio uniuscuiusque legis moralis in re gravi.

Christus ipse designavit duplex amoris mandatum velut vitae moralis fundamentum. Sed ex hoc mandato *universa lex pendet et prophetae;*[22] quamobrem alia praecepta peculiaria complectitur. Ac revera adolescenti interroganti: *... quid boni faciam ut habeam vitam aeternam?* respondit Iesus : *Si autem vis ad vitam ingredi, serva mandata... : Non homicidium facies, non adulterabis, non facies furtum, non falsum testimonium dices, honora patrem tuum et matrem tuam, et diliges proximum tuum sicut teipsum.*

Peccat, igitur, homo mortaliter non tunc tantum, cum eius actus procedit ex directo contemptu Dei et proximi, verum etiam cum ipse sciens ac volens, quacumque ex ratione, eligit aliquid graviter inordinatum. In hac enim electione, ut dictum est supra, iam continetur despicientia praecepti divini : homo se ipsum deflectit a Deo et caritatem amittit. Atqui, secundum christianam traditionem Ecclesiaeque doctrinam, et sicut recta ratio agnoscit, ordo moralis sexualitatis amplectitur bona vitae humanae adeo praestantia, ut omnis directa violatio eiusdem ordinis obiective sit gravis.[24]

Fatendum quidem est in peccatis indolis sexualis, perspectis eorum genere et causis, facilius fieri, ut liber consensus

[22] *Mt.* 22, 40.

[23] *Mt.* 19, 16-19.

[24] Cfr. superiores notae 17, 19; Decretum S. Officii, 18 mar. 1666: *DS* 2060; PAULUS VI, Enc. *Humanae Vitae,* nn. 13, 14: *A.A.S.* 60 (1968), pp. 489-491.

non plene praestetur; quocirca prudentiam et cautionem postulari in quovis iudicio ferendo de hominis responsabilitate. Hac in re peropportune repetuntur verba Sacrarum Scripturarum: *... homo enim videt ea quae parent: Dominus autem intuetur cor.*[25] Attamen, si haec prudentia commendatur in iudicanda subiectiva gravitate alicuius singularis actus pravi, minime inde sequitur, ut opinari liceat in rerum sexualium provincia peccata mortalia non committi.

Animarum ergo pastores patientia uti debent et bonitate; verum ipsis non permittitur, ut inania reddantur Dei mandata, neve plus aequo minuantur propria hominum officia. *Porro si nihil de salutari Christi doctrina demittere praecellens quoddam caritatis erga animos genus est, at idem semper cum tolerantia atque caritate, coniungatur oportet, quarum ipse Redemptor, cum hominibus et colloquens et agens, exempla prodidit. Is enim, cum venisset non ad iudicandum, sed ad salvandum mundum, acerbe quidem severus in peccata, sed patiens ac misericors in peccatores fuit.*[26]

11. Ut supra dictum est, huic Declarationi est propositum, ut in hodiernis rerum adiunctis fideles de certis erroribus agendique rationibus commoneantur, a quibus cavere debent. At virtus castitatis minime tota sistit in praedictis culpis vitandis; eadem postulat, ut ad altiora etiam quaedam bona assequenda spectetur. Eiusmodi enim virtus est, quae integram personam attingat, quoad eius internam et externam agendi rationem.

Hac quidem virtute pro variis vitae suae statibus homines ornari debent: alteri virginitatem aut coelibatum Deo sacrum profitentes, qua quidem eminenti ratione ipsi facilius uni

[25] *1 Sam.* 16, 7.

[26] PAULUS VI, Enc. *Humanae Vitae,* n. 29: *A.A.S.* 60 (1968), p. 501.

Deo vacare indiviso corde possunt;[27] alteri vero vitam agentes ea forma, quae omnibus lege morali statuitur, prout matrimonio iunguntur aut sunt caelibes. Attamen, in quovis vitae statu castitas non circumscribitur solo externo corporis habitu ; ipsum cor hominis purum efficere debet, secundum haec Christi verba : *Audistis quia dictum est antiquis : Non moechaberis. Ego autem dico vobis, quia omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam iam moechatus est in corde suo.*[29]

Castitas includitur in ea continentia, quam S. Paulus donis Spiritus Sancti annumerat, dum luxuriam condemnat tamquam vitium, quod speciali modo christianum hominem dedecet, atque a Regno caelorum excludit.[29] *Haec est enim voluntas Dei, sanctificatio vestra: ut abstineatis a fornicatione, ut sciat unusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione et honore; non in passione desiderii sicut et gentes quae ignorant Deum, ut ne quis supergrediatur neque circumveniat in hoc negotio fratrem suum-.. Non enim vocavit nos Deus in immunditiam, sed in sanctificationem. Itaque qui spernit non hominem spernit, sed Deum, qui etiam dat Spiritum suum Sanctum, in vos.*[30] *Fornicatio autem et omnis immunditia aut avaritia nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos, ...et turpitudo et stultiloquium aut scurrilitas, quae non decent, sed magis gratiarum actio. Hoc enim scitote, intellegentes quod omnis fornicator aut immundus aut avarus, id est idolorum cultor, non habet hereditatem in regno Christi et Dei. Nemo vos decipiat inanibus verbis, propter haec enim venit ira Dei in filios diffidentiae. Nolite ergo effici comparticipes eorum; eratis enim aliquando tenebrae, nunc autem lux in Domino; ut filii lucis ambulate.*[31]

[27] Cfr. *1 Cor.* 7, 7. 34; Conc. Trid. Sess. XXIV, can. 10: *DS* 1810; Conc. Vat. II, Const. *Lumen Gentium*, nn. 42, 43, 44: *A.A.S.* 57 (1965), pp. 47-51; Synodus Episcoporum, *De sacerdotio ministeriali*, pars II, 4, b: *A.A.S.* 63 (1971), pp. 915-916.

[28] *Mt.* 5, 27-28.

[29] Cfr. *Gal.* 5, 19-23; *1 Cor.* 6, 9-11.

[30] *1 Thess.* 4, 3-8; cfr. *Col.* 3, 5-7; *1 Tim.* 1, 10.

[31] *Eph.* 5, 3-8; cfr. 4, 18-19.

Praeterea Apostolus, rationem affert christianorum propriam, cur castitas sit excolenda, dum reprobat peccatum fornicationis non solum quatenus haec actio proximos vel socialem ordinem laedit, sed etiam quia fornicator offendit Christum, cuius sanguine acquisitus est cuiusque est membrum, et Spiritum Sanctum, cuius est templum : *Nescitis quoniam corpora vestra sunt membra Christi? ... Omne peccatum quodcumque fecerit homo, extra corpus est; qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. An nescitis quoniam membra vestra templum sunt Spiritus Sancti qui in vobis est, quem habetis a Deo, et non estis vestri? Empti enim estis pretio magno. Glorificate et portate Deum in corpore vestro.*[32]

Quo magis fideles momentum intellegent castitatis eiusque necessarium munus in sua ipsorum vita ut virorum et mulierum, eo magis percipient, instinctu quodam spirituali permoti, quid haec virtus praecipiat vel suadeat; ac facilius etiam, magisterio Ecclesiae obsequentes, ea excipere et implere scient, quae recta conscientia in singulis casibus dictaverit.

12. Apostolus Paulus vividis verbis acerbam pugnam describit, quam homo, servus peccati, interius experitur inter *legem mentis* suae et aliam legem, *quae est in membris*, ipsum captivantem.[33] Attamen homo liberari potest a *corpore mortis* per gratiam Iesu Christi.[34] Hac quidem gratia fruuntur homines, qui per ipsam iustificati sunt et quos lex spiritus vitae in Christo Iesu liberavit a lege peccati et mortis.[35] Quamobrem eos Apostolus obsecrat : *Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore ut oboediatis concupiscentiis eius.*[36]

Haec autem liberatio, etsi aptos nos reddit ad servien-

[32] *1 Cor.* 6, 15, 18-20.
[33] Cfr. *Rom.* 7, 23.
[34] Cfr. *Rom.* 7, 24-25.
[35] *Rom.* 8, 2.
[36] *Rom.* 6, 12.

dum Deo in novitate vitae, minime tollit concupiscentiam ex originali peccato ortam, neque invitamenta ad malum in hoc mundo, qui *totus in maligno positus est.*[37] Quare Apostolus fideles adhortatur, ut vitiorum illecebras vincant virtute Dei,[38] et stare valeant *adversus insidias diaboli*[39] per fidem, vigil orandi studium[40] et vitae austeritatem, qua corpus in servitutem Spiritus redigatur.[41]

Vita christiana, quae vestigia Christi insistat, postulat ut unusquisque *abneget seipsum et tollat crucem suam cotidie,*[42] spe remunerationis suffultus : *nam si commortui sumus, et convivemus; si sustinemus, et conregnabimus.*[43]

Secundum vehementia huiusmodi monita, christifideles nostris quoque temporibus, immo hodie magis quam alias umquam, media adhibere debent semper ab Ecclesia commendata ad vitam castam ducendam, quae sunt: sensuum ac mentis disciplina, vigilantia ac prudentia in praecavendis peccandi occasionibus, pudoris custodia, sobrietas in obiectationibus fruendis, sanae occupationes, assidua precatio sacramentorumque Paenitentiae et Eucharistiae creber usus. Iuvenes praesertim sedulo foveant pietatem erga Immaculatam Dei Genitricem, atque ad imitandum sibi proponant Sanctorum vitam aliorumque christifidelium, in primis iuvenum, qui in excolenda castitate ceteris praestiterunt.

Peculiari autem modo opus est, ut omnes magni existiment virtutem castitatis, eius pulchritudinem eiusque refulgentem splendorem. Quae quidem virtus hominis dignitatem in luce ponit eumque aperit ad amorem verum, magnanimum, non suae utilitatis studiosum, aliorumque observantem.

[37] ***1 Io.*** **5, 19.**
[38] **Cfr. / *Cor.* 10, 13.**
[39] ***Eph.*** **6, 11.**
[40] **Cfr. *Eph.* 6, 16, 18.**
[41] **Cfr. *1 Cor.* 9, 27.**
[42] ***Lc.*** **9, 23.**
[43] ***2 Tim.*** **2, 11-12.**

13. Proprium Episcoporum officium est fideles docere moralem doctrinam, quae ad sexualitatem pertinet, quaecumque forte occurrant difficultates in hoc munere implendo, propter cogitandi vivendique rationes, quae passim hodie invalescunt. Haec autem translaticia doctrina altius investiganda est; praeterea ea ratione est tradenda, ut conscientias illuminet in novis rerum condicionibus constitutas; ac denique sapienter ditari debet iis elementis, quae de significatione ac vi sexualitatis humanae vere utiliterque proferri possint. At principia ac normae de vita morali, quae per hanc Declarationem confirmata sunt, fideliter retineri ac doceri debent. Opera peculiari modo danda erit, ut fideles sibi persuadeant Ecclesiam haec principia tueri non tamquam vetustas et inviolabiles res superstitiose servandas, neque, ut saepe contenditur, ob praeiudicatam quandam opinionem quae Manichaeismum sapiat, sed quia certo scit eadem principia plane respondere divinae creatarum rerum ordinationi et Christi spiritui, ac propterea humanae quoque dignitati.

Episcoporum etiam est invigilare, ut in theologicis Facultatibus atque in Seminariis sana doctrina exponatur, sub lumine fidei et Ecclesiae magisterio duce. Pariter ipsis curae erit, ut et confessarii conscientias illuminent et institutio catechetica impertiatur tali ratione, quae fideliter ac perfecte doctrinam catholicam referat.

Ad Episcopos, sacerdotes eorumque adiutores spectat fideles monere, ut sibi caveant ab erroneis opinionibus, quae in libris, commentariis ac publicis conventibus saepe proferuntur.

Parentes in primis, necnon iuvenum praeceptores annitentur, ut per integram educationem liberos et discipulos ad congruam mentis, affectuum et morum maturitatem perducant. Propterea eos de hac etiam materia edocebunt cum prudentia ac modo ad ipsorum aetatem accommodato, eorumque voluntatem assidue ad christianos mores informabunt non solum consi-

Iiis, verum etiam ac potissimum vitae suae exemplo, Dei auxilio suffulti, quod sibi precando impetrabunt. Eos etiam a tot periculis defendent, quae iuvenes minime suspicantur.

Artifices, scriptores iique omnes, penes quos sunt instrumenta communicationis socialis, artem suam exerceant ratione suae christianae fidei consentanea, plane conscii de vi permagna, qua in homines pollere possunt. Hi meminerint *obiectivi ordinis moralis primatum absolute omnibus tenendum esse,*[44] eique fas non esse praeponere ullam rationem, quam dictitant aestheticam, vel quaestuosa commoda, vel prosperum inceptorum exitum. Sive agitur de artis vel litterarum operibus, sive de spectaculis, sive de nuntiis evulgandis, unusquisque in provincia sibi propria circumspectionem, prudentiam, moderationem ac rectam rerum aestimationem prae se ferat. Hoc profecto modo, nedum faveant augescenti morum licentiae, operam conferent ad eam refrenandam, immo ad saniorem reddendum moralem societatis statum.

Fidelibus laicis universis, pro suis iuribus et officiis in opere apostolatus, curae erit, ut ad hanc agendi rationem sese conforment.

Praestat denique omnium in memoriam revocare haec Concilii Vaticani II verba : *Sancta Synodus declarat pueris ac adolescentibus ius esse ut in valoribus moralibus recta conscientia aestimandis et adhaesione personali amplectendis necnon in Deo perfectius cognoscendo et diligendo instimulentur. Ideo enixe rogat omnes qui vel populorum regimen tenent vel educationi praesunt, ut curent ne umquam iuventus hoc sacro iure privetur.*[45]

Declarationem hanc de quibusdam quaestionibus, ad sexualem ethicam spectantibus, Summus Pontifex Paulus div. Prov.

[44] **Conc. Vat. II, Decretum *Inter Mirifica,* n. 6: *A.A.S.* 56 (1964), p. 147.**
[45] ***Gravissimum Educationis,* n. 1: *A.A.S.* 58 (1966), p. 730.**

PP. VI, in Audientia concessa infrascripto Praefecto Sacrae Congregationis pro Doctrina Fidei, die 7 mensis Novembris, a. 1975, ratam habuit, confirmavit atque evulgari iussit.

Datum Romae, ex aedibus S. Congregationis pro Doctrina Fidei, die 29 mensis Decembris, a. 1975.

FRANCISCUS Card. **SEPER**
Praefectus

8B HIERONYMUS HAMER, O. P.
Archiepiscopus tit. Loriensis
Secretarius

An. et vol. LXVIII 29 Februarii 1976 N. 2

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA PAULI PP. VI

LITTERAE DECRETALES

I

Beato Ioanni Baptistae a Conceptione Sanctorum honores decernuntur

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Divini verba Salvatoris : « Si quis vult post me venire abneget semetipsum et tollat crucem suam cotidie et sequatur me)) *(Lc.* 9, 23), tametsi possunt in omnes Sanctos cadere, singulari tamen ratione beato Ioanni Baptistae a Conceptione aptantur, cuius vita in purpureae rosae similitudinem, spinis tota horruit acutis, atque, Christum imitata, crux fuit et martyrium (cf. *De imitatione Christi,* II, 12). Nam diabolus, adversitates, iniqui homines tanto maiorum agmine irruerunt in eum, ut illum brevi consumpserint. Simul tamen ex eius laboribus, vigiliis, sudoribus paene infinitis bona ingenua manarunt, quae adhuc in Ecclesia videre est. Scilicet stetit et illi praeclarum illud Pauli : « Si tamen compatimur, ut et conglorificemur » *(Rom. 8,* 17). Huius autem gloriae, sane quam amplae, argumento certissimo sunt sententia et oraculum, quibus hodie Beatum hunc virum in Sanctorum numerum rettulimus, sollemni quidem iuxta morem ritu. Ut autem eximia eius amplitudo et claritas, christifidelibus integra appareant, maxime vero iis qui ex Ordine SS. Trinitatis sunt; atque, dato antiquae virtutis documento, iniquis Ecclesiae temporibus stimulus omnibus acris admoveatur ad Deum diligendum et proximo inserviendum, eius casus -summa bre-

vitate transcurrere placet, ac virtutes considerare, quibus longe praestitit. Urbs, in qua beatus lucem adspexit, die nempe decimo mensis Iulii, anno MDLXI, ea est quam populus Almodovar del Campo cognominat, felicissima terra eademque Sanctorum parens, in finibus Hispaniae, in dioecesi Toletana. Quintus natus est in octo filiis, quos parentes eius Marcus García Jijón et Isabella López Rico genuerunt. Hos autem fide magis floruisse quam generis nobilitate, praeter quam historia, hoc etiam suadet, quod tum cum S. Ioanne de Avila sanguine coniuncti erant, tum S. Teresiam Abulensem interdum hospitio receperunt quae, ut memoria proditum est, fore pronuntiavit, ut et puer olim egregia virtute floreret, et multorum disciplinam emendaret. Puello autem, die septimo sacro Baptismate abluto ut usus obtinebat, nomen Ioannes impositum est. Qui, cum quattuor esset annorum, scholae ludos frequentare coepit ; cum nonum ageret, castitatem Deo dedicavit, ac virtutis vallo munivit ; undecim praeterea annos natus, Christum in Eucharistia latentem primum suscepit; atque mox, cum praestantissima indole esset ac ingenio, philosophiae vacare coepit apud Carmelitas Discalceatos in eadem urbe, magno sane scientiae ac pietatis suae incremento. Nec alia loca eo tempore celebrabat pius alumnus, quam scholam, templa, valetudinaria, Sodales Carmelitas ac Societatis Iesu; nec aliud magis in deliciis habebat, quam preces fundere, in studia incumbere, caritatem exercere, voluntariis se cruciatibus extenuare persaepe. Philosophiae vero cum operam dedisset, sive in patria urbe sive etiam Beatiae, eum sacra theologia occupatum habuit Toleti, feliciter. Contra ingruentia urbis pericula, aucta ab eo modestia et pietas et studium, quibus armis sunt etiam dura iuventutis sedata certamina. Quamquam, paulatim in eam opinionem discessit, bene sibi fore, si Sodalitatem aliquam religiosam ingrederetur ; atque non sine caelestis Matris instinctu est Ordinem SS. Trinitatis adeptus, in eodem coenobio, religione sanctissimo, quod Ioannes de Matha saeculo xin, Toleti incoluerat. Propriam illorum Religiosorum vestem die duo de tricesimo mensis Iunii induit, anno MDLXXX, sumpto cognomine Baptistae; ac peracto annui tirocinii curriculo, sacramenti sollemni sponsione, se familiae eidem adstrinxit, anno MDLXXXI, die festo SS. Apostolorum Petri et Pauli. Sacrae theologiae studia per quattuor annos deinde repetiit in Complutensi Studiorum Universitate, sacra Biblia, Patres Ecclesiae, scriptores ecclesiasticos acutissime indagans, vestigans, inquirens. Ac tam amplam humanarum divinarumque rerum cognitionem assecutus est, ut in aequalium aeque ac in posterorum admirationem venerit eum imitari cupientium. Suo tempore, de die vero et anno non constat, humilitatis conscientia sacerdotium detrectantem iusserunt Ordinis moderatores eum initiari

sacris. Deinde vero, cum molestiarum atque aegritudinum cohors in illum irrupisset, ac maligna febris atque subitus turnorum morbus eum corripuissent, missus est in urbem suam natalem primum, suo caelo fruiturus. Anno MDXCIV « praedicator » missus est Hispalim. In ea autem urbe, mirabilem ac paene divinam illam verbi Dei praedicationem instituit, quam Toleti exorsus erat, ob quamque et orator saeculi est appellatus, et Beatiae apostolus, et Bernardus, et Chrisostomus alter, et vel novus Paulus; siquidem eo dicente, animorum conversiones crebrae fiebant, odia deponebantur, dissidentes inter se conciliabantur, redibant in Dei consuetudinem qui ab eo discessissent. Pestilentia autem, ut ferunt, per Hispaniam grassante, nulli beatissimus vir pepercit aut labori, aut vigiliis, aut periculis, modo aegris assisteret in urbe Los Arcos et etiam Molares, ubi plures menses diu noctu animis corporibusque curandis operam omnem sane dedit. Et nihilo secius valetudo eius tam floruit ea tempestate, ut numquam magis. Interim a verbo Dei disseminando non abstinet, Rondae videlicet, Xaen, alibi. Idque tam graviter, ut communis populi vox diceret : « Praeco hic omnes nos sanctos efficiet)) ! Per illud autem tempus erant nonnullorum animi in tumore, qui disciplinam Ordinis SS. Trinitatis iam in pristinum restituere optabant, quemadmodum multae aliae religiosae Sodalitates in Italia, Gallia, aliisque nationibus fecerant. Atque eo res processit, ut in Capitulo generali anno MDXCIV habito, decretum fieret, quo decreto in unaquaque trium provinciarum Ordinis : Castellanae nempe, Baeticae, atque Celtiberae, coenobia bina vel trina constituerentur, in quibus qui vellet ad severiorem regulam viveret, ea tamen lege, ut cuiquam liberum esset ab ea disciplina discedere, si animus renueret. Sed scitum hoc in irritum cecidit multorum oppositione. Quia tamen fatum erat agi eam rem, accidit forte ut dives quidam vir idemque nobilis ac S. Crucis Marchio se aeque daturum promitteret recessus locum in Valle Rupium suae dicionis, modo Sodales Discalceati incolerent. Et Sodales quidem a SS. Trinitate occasionem non omiserunt; quin immo, praesente beato Ioanne Baptista negotium contraxerunt, die nono mensis Novembris, anno MDXCIV ; neque tamen est ibi maiorum disciplina plene instaurata, rebus ancipiti fortuna gestis. Cumque tamen religiosa illa domus de iure reformata haberetur, inclinabat quidem beatus Dei vir eam ingredi ; sed impediebat infirma valetudo et insita naturae reformidatio. Dubitationem autem omnem ademit cum magno fragore tonitribusque coorta procella ad Ecijam, quae non ante remisit, quam votum illud vitae institutum ineundi nuncupavit. Licentiam ergo a Commissario Ordinis nactus, ac beatissimae Virginis Mariae praesidio tectus, die vicesimo sexto mensis Februarii, anno MDXCVI, coenobium Vallis Rupium petiit, con-

silia sancta secum in animo agitans. Quae sane tum crevere, cum in Capitulo provinciali eodem anno MDXCVI, eiusdem domus religiosae Minister factus est. Et sicut eius disciplina tota fuit in pristina vitae severitate revocanda, ita eius caritas in proximorum bono procurando; atque in eam rem etiam valetudinarium condidit, prope coenobium. At, en diabolus zizaniis spargere solum; atque multos ab illa virtutis arce abducere, non sine magno beati Ioannis moerore. Iacentem verba illa recrearunt, solatii plena, quae Deus olim beato Francisco Asisinati fecerat : « Cur ploras? Num eorum in locum, qui terga verterunt, alios vocare non possum? ». Post haec consuluit et instititit, ut necessaria praesidia et adiumenta ab Ordinis Moderatoribus compararet ad severiorem vitae formam ; qui tamen cum asperrime improbissimeque eum habuissent, iam in eam sententiam discessit, ut Romam iret, ab ipso Summo Pontifice facultatem adepturus novi Ordinis SS. Trinitatis condendi antiqui rigoris. Qua re paulo post Romanum iter aggreditur, quo nullum fuit umquam aut asperius aut molestius : coierunt enim in illud tempestates, et pericula, et discrimina mille, praeterea hiems asperrima, et pestis ; cetera. Tandem confectum iter Sabbato Sancto, anno MDXCVIII, quo tempore sacra Urbis aera laetissima voce Christi resurrectionem, ut mos ferebat, annuntiabant. Neque vero Romae ei melius fuit : ubi amici ab incepto dissuadere, repugnare hostes contumeliis, iniuriis omne genus. Accesserunt animi timores, illum confidentes. Et profecto iam cumulo fiuctuum mergebatur beatissimus Dei vir, nisi eum consolati essent nonnulli patres e Societate Iesu docti atque pii, et S. Franciscus Salesius, qui Romam venerat ut Episcopus consecrantur. Paulo igitur erectus Caietam se recepit, in urbem Italiae maritimam, quietis gratia ; atque ab Episcopo hospitio receptus, per duos menses Hispanis praedicavit, qui frequentes in ea urbe commorabantur, ubere fructu. Inde refectis aliquantulum viribus, Urbem iterum profectus, tandem a Clemente VIII, Summo Pontifice, Breve apostolicum accepit motu proprio datum : *Ad militantis Ecclesiae regimen,* **die nempe vicesimo mensis Augusti, anno MDXCIX, quo novus Ordo Religiosorum constituebatur Discalceatorum a SS. Trinitate, alius a Calceatorum eorumque auctoritate exemptus, cui in integro esset proprios rectores eligere, atque sibi leges condere cum maiorum indole congruentes, cauto tamen ut, usque dum saltem octo coenobia reformata conderentur, novus Ordo Visitatoris auctoritati subiceretur, a Nuntio Apostolico in Hispania eligendi. Beatus autem, quasi thesaurum invenisset, maturato itinere in patriam rediit. Quo cum pervenisset, parum abfuit quin in vincula abriperétur tamquam Ordinis sui transfuga. Mox Nuntium Apostolicum adiit, ut simul decretum ostenderet, simul ad exitum deduci impetraret. Quod**

cum, repugnantibus acerrime suis, obtinuisset, Vallem Rupium tandem petiit, uno P. Clemente a S. Maria comite, Sodale Trinitario, atque duobus noviciis. Itaque novum vitae institutum coeptum, reformatum videlicet, non opibus, sed una paupertate, paenitentia, humilitate, pietate florens; tametsi incredibilibus difficultatibus implicatum, quas omnes virtus et gratia Dei vicit. Tandem, cum annus abiisset, sunt vota, die decimo Decembris, anno MDC, sollemni ritu nuncupata. Verum sata arbor non solum interiore virtute adolescebat, iuxta sancta Evangelii verba (cf. *Mt.* 13, 33), sed etiam amplitudine, ad sinapis similitudinem (cf. *ib.* 13, 31). Nam beatus Dei famulus, velut igne quodam exardescens, nihil sollemnius habuit quam conditam religionem propagare, cum aptissimam iudicaret ad gloriam Dei procurandam et ad exempla egregia virtutis christiano gregi praebenda. Natae sunt ergo magna fertilitate, quasi rore gratiae excitatae, sacrae domus Biemparadae, Socuelliami, Compiuti, in qua urbe tam floruit reformatorum institutum, ut biennio Sodales centum quadraginta numerarentur, atque interdum per divina miracula alerentur. Has domus aliae secutae sunt in urbibus Villanova ab Infantibus atque Solana. Visum est ergo tempus advenisse, etiam Matriti coenobium condere, in urbe Hispaniae florentissima; at heu! quam adversum repugnantibus hominibus ! Ibi enim Sodales de conductio domibus ab ipsa auctoritate pelli, et peti opprobriis, et vel caedi. Ac tamen, omnibus patientia superatis, Matritensis domus serius constituta est, anno MDCIV. Interim autem iam Vallisoletana Sedes condita est, mense Iunio, anno MDCV. Verum enimvero, cum reformata coenobia iam octo omnino essent, atque idcirco novus SS. Trinitatis Ordo sui iuris esse coepisset, Capitulum indictum est; in quo, die octavo Novembris, eodem anno, beatus Ordinis conditor primus moderator provincialis creatus est, non sine controversia. Atque ille eodem animi ardore per triennium septem alia monasteria constituit serie immensa laborum Salmanticae, Torrejón de Velasco, ut dicunt, Pampelone, Beatiae, Cordubae, Hispali, Bondae ; quae et visitavit in fide confirmaturus, ad Pauli Apostoli exemplum (cf. *Act.* 14, 20-21). Quo in itinere tamen contra spem fiebat, interdum, ut paucorum opera non solum sine honore exciperetur egregius ille vir, sed etiam hostiliter, ut Matriti, ubi res eo pervenit, ut Nuntius Apostolicus turbidae tempestatis coercendae causa, Visitatorem nominaverit, qui nec humaniter nec amice tractavit, quamvis paulo post errore deposito, beati Ioannis et prudentiam et virtutem magnopere laudaverit. Consumpto vero triennio, munere se abdicavit privatusque rediit, in omnibus moderatori provinciali subiectus. Ac tamen, iam huc illuc missus, idem semper consilium secum agitabat, qua ratione nova reformationis domicilia conderet, opus-

que Dei absolveret. Itaque et Toletanum et Granatense ceteris addidit; quin et Matriti, die nono Novembris, anno MDCXII, muliebrium monasteriorum condendorum initium fecit. Cum vero, iam virium imbecillitate laborans, sui immemor, in urbe Sanlucar et aliud iamiam esset coenobium constituturus, redire Cordubam iussus est; quod et ilico fecit, saeviente circum hieme. Eo cum pervenisset, medicus diem instare supremum praedixit; atque ille, quasi optatissimo nuntio accepto, *Laefatus sum,* **inquit,** *in his quae dicta sunt mihi; in domum Domini ibimus (Ps:* **121, 1). Ingravescente vero morbo, sacro Christi corpore muniri postulavit, atque post factam fidei professionem, Viaticum ad aeternam patriam summa pietate suscepit. Paulo post, est oleo infirmorum inunctus, atque in extasim raptus. Tandem Sodales qui aderant ad mutuam caritatem, statutorum observantiam, captivorum redemptionem hortatus, similia, ad ea formulae fidei verba :** *Et incarnatus est,* **sereno occasu de hac vitae statione decessit. Quod die quarto decimo mensis Februarii factum est, anno MDCXIII, cum quinquagesimum alterum ageret. Quod si nunc, post eius vitam paucis enarratam, ad eius virtutes cogitationem intendimus, praecipuam eius laudem in rerumque suique contemptu ponendam esse arbitramur, quatenus scilicet res suique dilectio summi Numinis gloriae officiebant. Atque primum vitae commoda quae tum familiaris condicio tum hominum societas praebebant, iam a puero neglexit, totus in adversione et castigatione sui. Ad quas virtutes tanta animi propensione inclinabat, ut ad eas natus esse videretur, sicut ceteri ad delicias. Nec mirum si aequales, maturitatis ingenii ratione habita,** *iuvenem senem* **interdum eum dicerent, vel** *hominem ferreum* **seu etiam** *saxeum* **définirent, vel** *angelum humana'carne consistentem.* **Incredibilis autem haec rerum abstinentia fere in immensum crevit, cum religiosae vitae emendationem aggressus est, ut testantur summa indumenti vilitas usu consumpti e rigidis pilis intexti; et tenuissimus victus cultusque vitae : nam saepe solo pane et aqua vescebatur, interdum vel his carebat; et fraudatus saepe somnus, quem semper aut super nudum pavimentum capiebat aut cubans in tabulis; et abdicatae in perpetuum dignitates; et instaurata maiorum virtus et fides; et acerba ieiunia; et cruenta flagella. Legum autem fuit custos diligentissimus, qui adfirmare solitus erat :** *Mori malo, quam regulas non summa fide servare;* **et etiam :** *Fac, Domine, tam pauper sim, ut praeter Breviarium nihil habeam.* **Quoniamque amor paupertatis in habitum et naturam transierat, etiam coenobia nuda atque inania esse voluit structura, supellectile, facultatibus. Reditus autem nullos admisit, quamvis viri principes ac nobiles saepe libéralissime obtulissent. Qui vero rebus abstinentissimus fuit, haud minus a se alienus fuit, utpote qui sui loco Deum collocavisset. Qua re nihil**

se esse reputans, et indignissimum peccatorem, ac vel reprobum, erat in omnibus et mitis, et lenis, et mansuetus, atque" a quaerenda laude remotus. Quod si aliquando iniuria laederetur, aut percuteretur, aut in ius raperetur, exsultabat. Vilissima quaeque, praeterea, atque sordida ac molestiora eo animo obibat, quasi aptissima sibi ; eo usque, ut ulcera lamberet aegrorum, Sanctorum in morem, et pedes subditorum oscularetur, et publice coram suis peccata confiteretur. Neque id aegre, sed facile et cum gaudio. Amor Dei, ut de illo aliquid praedicemus, tum pietate ostendebatur tum eximia caritate erga proximos. Aeque enim Deum amabat, quem nemo umquam vidit (cf. *Io.* 1, 18), aeque fratres, quibuscum vivebat (cf. *1 Io.* 4, 20) ; nam pauperes domum ducere, alere, mundare, curare, adhuc puer in deliciis habuit, et ligna colligere humerisque imposita ad pauperes ferre vel ad valetudinaria, tum etiam cum Trinitariam religionem professus erat grandis natu. Curam autem vel maiorem, assiduam atque perpetuam, maxime post adeptum sacerdotium, in animis redimendis ponebat, idque per praedicationem, per traditionem doctrinae, per colloquia, per subsidia omnis generis, ostiatim in proximi commodum comparata; per assiduitatem praeterea et frequentiam maxime tempore pestis. Hoc etiam est in eius laude ponendum, quod et mulieres multas a recto declinantes prudentissime ad bonam frugem reduxit; et discordias sustulit persaepe, et pacem conciliavit sive in familiis, sive in coenobiis, sive in custodiis ; et omnibus demum affuit, quos dura egestas aut aegritudo premeret. Accidit etiam ut, Religiosorum suorum impetrata a Deo valetudine, mala eorum peteret in se transferri. Neque praetereundum est eum ea indole fuisse, ut semper Severus erga se, esset contra in alios lenissimo animo, in Sodales potissimum, quorum pro unoquoque mortem libenter oppetiisset, si utile. Et nihilominus fatendum est eum cum sueta humanitate etiam severitatem nonnumquam coniunxisse, Dei gloriae causa. Pietas autem, ut ad illam redeamus, totam industriam eius permeabat. Atque in primis Eucharistia in considerationem venit, cuius in gaudiis quiescebat, cuiusque religione pectora imbuit tum populi tum Religiosorum. Nam Confraternitatem, ut appellabant, Servorum SS. Sacramenti constituit; censuit ut sui bis in hebdomade Christi corpus susciperent, praemissis precibus atque verberibus; impetravit ut Sodales reformati in unaquaque feria quinta officium festivitatis Corporis Christi recitarent; iussitque eos genuflectere sive tempore elevationis in Sacro, sive quovis sacerdote aut praetereunte aut accedente. Erga Christi Matrem castissimum pectoris pietas tanta, ut cognomen ab Immaculata sumeret ; atque nihil sollemnius umquam habuit, quam ut in eius vigiliis solo pane vesceretur et aqua; nihil sanctius, quam ut eius laudi serviret, diffusa


S. Rosarii, Litaniarum, Salve Regina, recitatione, atque Missae propriae celebratione, cum cantu die Sabbati, cetera. Quid vero de meditatione caelestium veritatum? cui sane non solum magnam diei partem vacabat, sed etiam noctis. Atque nocturna illa rerum contemplatio per quietem et silentium animum redintegrabat rebus adversis adflictum. Tam flagrans ignis in pectore, ut numquam onicium divinum omiserit, et melior semper precando evaderet; saepe rapiebatur in exstasim, splendore circumfusus, manans odore. Cui praeterea tam ingenti dolori erat audita blasphemia, ut quoties audivisset, humi prosterneretur, malum facinus publice purgaturus. Has autem virtutes ceterae comitabantur, ceu regalis ornatus, castitas, prudentia, oboedientia, abstinentia, integritas, reliquae. Ad fidem vero quod attinet, ad spem, ad caritatem, id est ad théologales virtutes, quam fuerint in eo egregiae enarrata satis produnt. Etenim talis vita qualem adumbravimus, ne fingi quidem potest, nisi constantissima fide, divite spe, ignea caritate nitatur. Sin minus, qui poterat beatus reformandi Ordinis consilium capere, et ad illud tam severum institutum vitam informare, et adversitates tantas pati, et praeterea ea constantia, gravitate, firmitate, quam multi amentiam et insaniam iudicabant ! Ac, quod maius est, difficultatibus semper affectus, vexatus, exagitatus, dura et aspera semper paupertate adflictus, tam imbecilla valetudine, ut, nisi Deus subvenisset, brevi, tremulae instar flammae, ignis ille exstingueretur. Superabat vero fiducia in uno Deo collocata, cuius fructus tam laeti atque multi, ut nullimodis cum opibus quae suppeterent comparari possint. Qua re factum est, ut Deus in vicem omnia sua ei tradiderit, prodigiis, miraculis, visionibus, revelationibus non exceptis. Adeo ut beati Ioannis Baptistae vita, si attente consideres, consuetudinem cum Summo Numine praeferat propriam Sanctorum. Ceterum, etiam humanae eius dotes rarae, amplae : ingenium acutissimum, ut scripta eius ostendunt egregia, gravia, ac S. Thomae Aquinatis mentem redolentia; animus miseriis omnibus patens; perspicacitas mentis alta, qua re et quae aetas posceret mature providebat, et praeterea se accommodabat ad tempus apte. Ac tametsi ad antiquissimos fontes remeavit pietatis ac disciplinae, non tamen ad eos rediit totus ; ut reformatio ab eo instaurata novitatem quandam sapiat. Nam et coenobiis prope Studiorum Universitates conditis, Sodales doctos voluit ; et sacras missiones primus in Ordine instruxit ; et loco redemptionis captivorum quam tempora illa non patiebantur, animorum redemptionem suffecit, qua scilicet, animis in libertatem vindicatis, ab fris terrestribus ad Deum vertit. Id autem potissimum vir egregius ac sanctus percepit et intellexit, non honesta mediocritate Summi Numinis gloriam a Religiosis comparari et multiplicari, ac fidelium animos a

malo abstrahi, sed una fide, id est promissorum constantia et veritate. Ceterum, ex his quae de eo rettulimus intellegere etiam possumus quae fuerit eius reformationis indoles atque natura; nam et ipse, secundum Christi exemplum, coepit in omnibus facere et docere *(Act.* 1, 1). O utinam ad tantam prudentiam animum attendamus, atque tam opulentum patrimonium obtineamus ! Statim autem post eius mortem Ioannes magna veneratione coli coeptus est. Quapropter, magis in dies crescente eiusdem sanctitatis fama, sueti instructi sunt processus. Quibus peractis, Praedecessor Noster Pius Papa VII sanxit tuto procedi posse ad eius beatificationem. Quod sollemni ritu factum est, die vicesimo sexto Septembris, anno MDCCCXIX^ in Petriana Basilica. Cumque cultus erga beatum illum virum in vulgus cresceret, novaque eo impetrante dicerentur a Deo effecta miracula, Causa iterum sumpta est de eodem sanctitatis infula decorando, die vicesimo septimo Aprilis, anno millesimo octingentesimo sexagesimo quinto. Ad miracula vero quod attinet, primum ab actoribus propositum Leo XIII P. M. adprobavit die primo Ianuarii, anno MDCCCLXXXI. De quo sane legitur in Decreto : « Paschalis Gasbarri, e Castro S. Petri in Praenestina dioecesi, mense Iunio anno MDCCCLXIV ... phthisi pulmonali iamdiu tabescens, a medicis iam deploratus, cum animam ageret, invocata Ioannis Baptistae ope, e mortis faucibus quodammodo eripitur, ac illico sanatus ita perfecte est, ut postero die ad campestrium laborum exercitium alacriter rediret. Cum vero aliarum sanationum nulla veram miraculi speciem et indolem haberet, atque interim totus Ordo SS. Trinitatis exoptant ut beatus ille pater in Sanctorum numerum redigeretur, maxime propinquante anno Sancto MDCCCCLXXV, poposcit dilectus Filius Theodorus Zamalloa, Postulator Generalis eiusdem Ordinis, ut dispensationem ab altero miraculo concederemus. Quod concessimus die quinto Decembris superiore anno MDCCCCLXXIV, diemque statuimus ad sollemnem sanctificationem vicesimam quintam mensis Maii anni MDCCCCLXXV. In quo profecto die undique gentium, maximeque ex Hispania, Sodalium Ordinis SS. Trinitatis coetibus confluentibus, plurimisque astantibus S. R. E. Cardinalibus sacrisque Romanae Curiae et catholicae Ecclesiae Antistitibus, precibus concessimus Venerabilis Fratris Nostri S. R. E. Cardinalis Aloisii Raimondi, Praefecti S. Congregationis pro Causis Sanctorum, petentis ut beatum Ioannem Baptistam a Conceptione Sanctum renuntiaremus. Antea igitur sanctis caelitibus in vota vocatis, divinoque implorato Paraclito, ut supremus universae Ecclesiae magister haec pronuntiavimus verba : « Ad honorem sanctae et individuae Trinitatis, ad exaltationem fidei catholicae et vitae christianae incrementum, auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, beatorum Apo-

stolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de plurimorum Fratrum Nostrorum consilio, beatum Ioannem Baptistam a Conceptione Sanctum esse decernimus ac definimus, ac Sanctorum catalogo adscribimus, statuentes eum in universa Ecclesia inter Sanctos pia devotione recoli debere. In Nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ». Quibus verbis prolatis, has Litteras Decretales confici et expediri iussimus. Post grates denique omnipotenti Deo una cum astantibus aetas, de novensili Sancto eiusque miris virtutibus sermonem habuimus, eiusque patrocinium primi invocavimus, augustiore ritu divinum sacrificium ad aram templi maximam facientes. Omnibus itaque quae inspicienda erant bene perpensis, quae supra acta memoravimus universae Ecclesiae renuntiamus, mandantes ut harum Litterarum exemplis et locis, etiam typis editis, manu tamen alicuius tabellionis subscriptis sigilloque impressis, eadem prorsus habenda sit fides, quae his tribueretur, si ostenderentur.

Datum Bomae, apud S. Petrum, die vicesimo quinto mensis Maii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo quinto, Pontificatus Nostri duodecimo.

Ego PAULUS
Catholicae Ecclesiae Episcopus



In Secret. Status tab., n. 281858.

II

Beatae Vincentiae Mariae López Vicuña Sanctorum honores statuuntur

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Hispaniarum tellus, tam propter incolarum suorum res gestas per saeculorum decursum celebrata, celebrior sane usque fieri visa est ob religiosa Sanctorum suorum opera et virtutes. Quorum corona fulgentissima nova quadam gemma hodie merito ditatur per Vincentiam Mariam López Vicuña, quae fuit conditrix Instituti Religiosarum a Maria Immaculata pro puellis domestico famulatui addictis. Praecelsam enim hanc Dei famulam Nos, sacro hoc vertente anno, qui est annus gratiae, Sanctam esse declaravimus, eo quidem ducti consilio ac spe roborati, ut non solum Instituti illius sacratae sorores, tantam matrem veneratae, eandem, ac ipsa generose aggressa est, religiosarum virtutum semitam pergerent, sed ut etiam christianarum praesertim mulierum coetibus verissimum castissimae vitae atque excelsae in Deum inque proximos praeberetur exemplum pietatis. Vincentia Maria, qua Christi urgebatur caritate (cfr. *2 Cor.* **5, 14), tota vita iis praecipue prospexit puellis, quae, ob malam rerum egestatem suam relinquere familiam coactae, in aliorum domibus famularentur, religiosa etiam mulierum sodalitate ad egregium huiusmodi propositum aptius absolvendum constituta ; quasi eius in animo gentium Apostoli resonarent, eamque prorsus allicerent, amoris pienissima verba : « Non est Iudaeus neque Graecus, non est servus neque liber, non est masculus neque femina : omnes enim vos unum estis in Christo Iesu »** *(Gal.* **3, 28). Vincentia Maria ex illustri familia in Hispanico oppido vulgo Cascante nuncupato orta est, die altero et vicesimo mensis Martii, anno millesimo octingentesimo quadragesimo septimo. Parentes habuit Iosephum Mariam López et Nicolinam Vicuña, statimque, postero nempe die, sacris Baptismatis aquis est abluta. In natali domo honestissime et religiosissime educata, a tenella iam aetate naturali quadam inclinatione sacras aedes adire cupiebat, sacrosanctum Christi corpus adoratura. Ex quo autem tempore datum ei fuit, decimum tantummodo agenti annum, ut ad divinam mensam primum accedere utque saepius deinde caelesti hoc pabulo sese pasceret et communiret, mirum est qua voluntate egerit, ne a Deo, quem vehemen-**

tius quam pro aetatula diligebat, deficeret. Aere eius erat ingenium mitisque animus, ita ut non solum litterarias disciplinas facile acciperet, sed etiam ad aliorum respiciendas necessitates prompta alacritate propenderei. Expedit hac de re in lucem omnino proferre, quam studiose et amanter suam in domum puellas invitaret easque religiosa eadem praecepta edoceret, quae in schola ac domi ipsa discebat. Providentissimo ideo Dei consilio factum est, ut eam adhuc puellam parentes Matritum ad materteram secum ducerent, Eulaliam nomine, quae erat caritatis officiis deditissima. Pia haec mulier, ut egenos inviseret eisque optatam opem ferret, urbis nosocomium adire solebat. Adulescentibus tamen illis singularem diligentiam adhibebat, quae, post ancillariam in divitum familiis praestitam operam, aegrotae inibi degebant, ab heris demissae et derelictaè; quarum quae futura sors esset, facile intellegere est. Huiusmodi a matertera inchoatam operam Vincentia Maria primum puella intuita est, deinde adulta continuavit et Dei auxilio auxit. Decem annos nata, statuerunt parentes ut in urbe Mafrito filia longius degeret, quo humanis religiosisque disciplinis melius excoleretur. Cuiusmodi votis Vincentia Maria plane obsecundavit. Rebus enim divinis se renovata incensaque mente applicare coepit, diutius quam antea preces Deo adhibendo atque corpus per paenitentiae opera etiam exercendo. Iuvenis undeviginti annorum, nuptiis spretis atque castitatis voto sponte nuncupato, se Deo consecravit, de una deinceps Dei voluntate exquirenda atque peragenda magis in dies sollicita. Ad materterae insuper suasum et exemplum, puellas ancillas adire consueverat, quibus spiritualia praecipue subsidia praebens, earum alias ad bonam frugem revocare, alias ab mundi illecebris insidiisque tutari studebat. Huic tamen vivendi atque operandi rationi pater vehementer obstitit, qui, ut filiam a proposito removeret, a Matritensi in natalem domum redire eam iussit. Mirum sane est quo animi obsequio Vincentia Maria suam cum patris voluntate tunc composuerit, plane tamen confisa, ut Deus, qui humanis rebus consuleret universis, eius quoque ipsius provisurus esset, fortiter suaviterque disponens omnia (cfr. *Sap.* **8, 1). In paternam enim domum reversa, gravi statim morbo correpta est, a quo ut convalesceret urbem Matritum denuo petere, medicorum consilio, ei licuit inceptumque pro ancillis opus perficere. Ad hoc quod attinet, provide factum est,/ut Isidorum Hidalgo, e Societate Iesu sodalem, prudentissimum consiliarium inveniret, cuius rerum religiosarum experientia sive sibimet abunde usa est, sive condendo ac stabiliendo Instituto pro puellis, dome-**

Exc.mus autem P. D. Abrahamus Freschi, Episcopus titularis Nasbincensis atque Administrator apostolicus « sede plena » Concordiensis-Portus Naonis, ad aptius tutiusque animarum bono consulendum ab Apostolica Sede postulavit ut episcopalem sedem eiusdem dioecesis ab urbe vulgo « Portogruaro » ad Portum Naonem transferatur et paroeciale templum Deo in honorem Sancti Marci Evangelistae in eadem urbe dicatum, titulo ac dignitate Ecclesiae concathedralis decoretur.

Sacra igitur Congregatio pro Episcopis, rata id in bonum animarum vere cessurum, vigore facultatum a Summo Pontifice Paulo Divina Providentia Pp. VI sibi tributarum, porrectis precibus annuendum censuit.

Quapropter suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, praesenti decreto, perinde valituro ac si apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, quae sequuntur decernit.

Episcopalis sedes dioecesis Concordiensis- Portus Naonis ab urbe vulgo « Portogruaro)) transferatur et in Portu Naone constituatur.

Insuper memoratum templum in Portu Naone exstans, Deo in honorem Sancti Marci Evangelistae dicatum, ad dignitatem ecclesiae concathedralis extollit, ita ut in eadem ecclesia cathedra episcopalis erigi possit cum omnibus iuribus, honoribus ac oneribus quae huiusmodi Ecclesiis sunt propria, salvis manentibus iuribus, privilegiis et obligationibus quae ad perantiquam cathedralem ecclesiam Concordiensem pertinent.

Ad haec omnia perficienda Sacra Congregatio pro Episcopis deputat Exc.mum P. D. Abrahamum Freschi, opportunas et necessarias eidem tribuens facultates, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere pariter imposito authenticum exemplar actus peractae executionis ad eandem sacram Congregationem mittendi.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis, die 26 mensis octobris anno 1974.

SEBASTIANUS Card. PAGGIO, *Praefectus*

L. © S.

98 Ernestus Civardi, Archiep. tit. Serdicen., *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIIS ORIENTALIBUS

TELLICHERRIENSIS ET MANANTODDIENSIS

DECRETUM

De mutatione finium dioecesium

De bono animarum solliciti Exc.mus P. D. Sebastianus Valloppilly, Episcopus Tellicherriensis, et Exc.mus P. D. Jacob Toomkuzhy, Episcopus Manantoddiensi», concordi voto postulaverunt, ut territorium complectens paroecias Adakathode, Ambaithode, Chunkakunnu, Kolithattu, Kottiyur et Elappeedika necnon paroecias Edivanna, Monimooly, Nilambur, Palamkara et Thalanji earumque substationes, quod quidem eparchiae Tellicherriensi pertinet, assignetur eparchiae Manantoddiensi.

Attento favorabili voto Conferentiae Episcopalis Malabarensis necnon Exc.mi P. D. Ioannis Gordon, Archiepiscopi tit. Mcopolitani ad Nestum, Apostolici in India Pro-Nuntii, haec Sacra Congregatio pro Ecclesiis Orientalibus, vigore facultatum sibi a Summo Pontifice Paulo Papa VI tributarum, praesenti Decreto — perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae fuissent —, paroecias et substationes supra recensitas, ab eparchia Tellicherriensi separat et eparchiae Manantoddiensi adscribit.

Ad haec perficienda Sacra Congregatio memoratum P. D., Ioannem Gordon deputat, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, cum onere, quamprimum, authenticum exemplar actus peractae executionis remittendi ad hanc Sacram Congregationem.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Ecclesiis Orientalibus, die 4 mensis Decembris anno 1975.

PAULUS Card. PHILIPPE, *Praefectus*

L. © S.

© Marius Brini, Archiep. tit. Algizen., *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE SEU DE PROPAGANDA FIDE

I

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI, successivis decretis Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 20 Novembris 1975. — **Cathedrali Ecclesiae Daloaënsi praefecit R. P. D. Petrum Mariam Coty, e clero Abidianensis archidioecesis eiusdemque Vicarium Generalem.**

— Cathedrali Ecclesiae Mananiarensi R. P. Franciscum Xaverium Tabao, e clero locali, Societatis Iesu sodalem, districtus vulgo « Ifanadiana)) curionem.

— Cathedrali Ecclesiae Reunionis R. D. Gilbertum Aubry, e clero eiusdem dioecesis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Foritraianensi R. P. Edmundum Iosephum Fitzgibbon, Societatis Sancti Patritii pro Missionibus ad Exteros, dioecesis Portus Harcurtensis Apostolicum Administratorem.

die 19 Decembris. — **Metropolitanae Ecclesiae Portus Moresbiensis Exc. P. D. Hermannum To Paivu, hactenus Episcopum titularem Temunianensem.**

— Cathedrali Ecclesiae Tuumbanae Exc. P. D. Eduardum Franciscum Kelly, hactenus Episcopum titularem Ficensem.

— Cathedrali Ecclesiae Kilvaënsi R. D. Andream Kaseba, e clero dioecesano, Conferentiae Episcopalis Zairensis secretarium.

— Titulari episcopali Ecclesiae Ficensi R. D. Iacobum Petrum Gonçalves, e clero saeculari nativo, quem Coadiutorem cum iure successionis Exc.mi P. D. Ernesti Gonçalves da Costa, Episcopi Beirensis constituit.

— Titulari episcopali Ecclesiae Caprensi R. P. Hieronymum Herculanum Bumbun, Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum sodalem, quem Auxiliarem Exc.mi P. D. Herculani J. M. van der Bürgt, Archiepiscopi Pontianakensis deputavit.

— Titulari episcopali Ecclesiae Bacanariensi R. D. Philippum Rossi Kpodzro, e clero saeculari nativo, quem constituit Administratorem Apostolicum « sede plena » dioecesis Atakpamensis.

NOMINATIONES

Decretis ut infra datis Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide ad suum beneplacitum renuntiavit :

die 20 Novembris 1975. — **R. P. Ioannem Iocelyn Madden, e Societate S. Francisci Salesii, in Birmania Sancti Ioannis Bosco sodalium Superiorem, Praefectum Apostolicum Lashioënsis Apostolicae noviter erectae Praefecturae.**

die 19 Decembris. — **Exc. P. D. Henricum Lemaître, Archiepiscopum titularem Tungrensem, Apostolicum in Republica Ugandensi Pro Nuntium.**

die 20 Decembris. — **B. P. Henricum Thomam Alexandrum Wijetunga Goonawardena, Congregationis Missionariorum Oblatorum B. M. V. Immaculatae sodalem, Praefectum Apostolicum Anuradhapurensis Apostolicae, nuper erectae in Taprobane, Praefecturae.**

III

KISUMUENSIS - ELDORETENSIS

DECRETUM

De finium mutatione

Quo facilius et efficacius aeternae dominici gregis saluti eiusque regimini consuli possit, opportunum visum est novos eosque aptiores inter dioeceses Kisumuensem et Eldoretensem fines constituere.

Quapropter Sacrum Consilium Christiano Nomini Propagando, votis eorum, quorum interest, prae oculis habitis, re mature perpensa, vigore facultatum sibi a Sanctissimo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Papa VI concessarum, inter memoratas circumscriptiones ecclesiasticas Kisumuensem et Eldoretensem, hos, qui sequuntur, fines constituendos esse decernit :

"The présent civil District of Nandi—comprising the Parishes of Kaiboi, Chepterit (Kapsabet), Nandi Hills, Kobujoi and Tindinyo—until now part of Kisumu Diocèse, should henceforth become part of Eldoret Diocèse, except for the présent Tindinyo Compound of approximately 70 acres, with ali the buildings and institutions thereon, which is to remain part of the Diocèse of Kisumu

Sacrum hoc Consilium Christiano Nomini Propagando in perpetuam rei memoriam praesens Decretum confici et expediri iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die 20 mensis Ianuarii /a. D. 1976.

AGNELLUS Card. Rossi, *Praefectus*

© **D. S. Lourdusamy,** *a Secretis*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Giovedì, **11** Dicembre **1975,** il Santo Padre Paolo **VI** ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Sig. **BOUREM KOSSOMI**, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario del Niger.

Giovedì, **18** Dicembre **1975,** il Santo Padre Paolo **VI** ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Sig. **JUAN I. LIVIERES ÁRGANA,** Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario del Paraguay.

Sabato, **20** Dicembre **1975,** il Santo Padre Paolo **VI** ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Sig. **VITUS MOOKI MOLAPO**, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario del Lesotho.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Paolo VI ha nominato:

19 dicembre 1975. S. E. Mons. Lemaître Henri, Arcivescovo tit. di Tongeren, ***Pro-Nunzio Apostolico in Uganda.***

5 gennaio 1976. S. E. Mons. Bugnini Annibale, C. M., Arcivescovo tit. di Diocleziana, ***Pro-Nunzio Apostolico in Iran.***

19 » » Il Rev.do Mons. Cacciavillan Agostino, ***Pro-Nunzio Apostolico nel Kenya.***

14 febbraio » S. E. Mons. Curis Carlo, Arcivescovo tit. di Medeli, ***Pro-Nunzio Apostolico nella Repubblica dello Sri Lanka.***

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

12 dicembre 1975. Il Rev. Dott. Panizo Orallo Santiago, ***uditore del Tribunale della Bota presso la Nunziatura Apostolica in Spagna.***

20 dicembre 1975. S. E. Mons. Torrella Cascante Ramón, Vescovo tit. di Minervino Murge, *Vice presidente del Segretariato per l'Unione dei Cristiani.*

» » » S. E. Mons. Gantin Bernardin, già Arcivescovo di Cotonou, *Vice Presidente della Pontificia Commissione a Iustitia et Pax».*

» » » S. E. Mons. Casoria Giuseppe; S. E. Mons. Sabattani Aurelio; Mons. Eid Emilio; P. Crescenzio da Jesi, O.F.M. Capp.; P. Dezza Paolo, S.I.; P. Ligier Louis, S.I.; P. O'Connell William, O.F.M. ; P. Bakos Raimondo, O.F.M. Conv.; P. Said Mark, O.P.; P. Sirna Giuseppe, O.F.M. Conv.; P. Trapé Agostino, O.S.A.; P. Zalba Marcellino, S.I., *Consultori della Sacra Congregazione per i Sacramenti ed il Culto Divino, Sezione per i Sacramenti.*

» » » Mons. Coughlan Peter; Mons. Jounel Pierre; Mons. Lengeling Emil; Mons. Martimort Aimé Georges; Sac. Crivelli Valerio; Sac. Fischer Balthasar; Sac. Swaine Sean; P. Calabuig Ignacio, O.S.M. ; P. Fontaine Gaston, C.R.I.C.; P. Gy Pierre Marie, O.P.; P. Krosnicki, S.V.D.; P. Macca Valentino, O.C.D. ; P. Mazzarello Secondo, S.P. ; P. Neunheuser Burkard, O.S.B.; P. Bär Philippe, O.S.B., *Consultori della Sacra Congregazione per i Sacramenti ed il Culto Divino, Sezione per il Culto Divino.*

23 » » S. E. Mons. Cunial Ettore, Arcivescovo tit. di Soteropoli, *Vice Camerlengo di Santa Romana Chiesa.*

5 gennaio 1976. S. E. Mons. Gantin Bernardin, già Arcivescovo di Cotonou, *Vice Presidente del Pontificio Consiglio « Cor Unum ».*

» » » S. E. Mons. Torrella Cascante Ramón, Vescovo tit. di Minervino Murge, *Consigliere del Pontificio Consiglio «Cor Unum».*

8 » » S. E. il Sig. Cardinale Stéphanos I Sidarouss, Patriarca di Alessandria, e gli Ecc.mi Monsignori: Khoury Joseph, Arcivescovo di Tiro dei Maroniti; Etchegaray Roger, Arcivescovo di Marseille ; Schaftran Gerhard, Vescovo di Meissen ; Law Bernard Francis, Vescovo di Springfield-Cape Girardeau, *Membri del Segretariato per l'Unione dei Cristiani.*

20 » » S. E. Mons. Abijaoudé, Vescovo tit. di Arca di Fenicia dei Maroniti, *Membro della Pontificia Commissione per le Comunicazioni Sociali.*

26 » » Il Rev.do Mons. Giglio Paolo, *Assistente di Nunziatura presso la Rappresentanza Pontificia in Francia.*

30 gennaio 1976. Il Rev.do Mons. Reghezza Giovanni Battista, *Delegato per V Amministrazione della Sacra Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli.*

» » » Il Rev.do Mons. Catenelli Luigi, *Delegato Aggiunto per l'Amministrazione della Sacra Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli.*

31 » » Il Rev.do Mons. Scalzotto Tiziano, *Sotto-Segretario della Sacra Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli.*

» » » S. E. Mons. Law Bernard Francis, Vescovo di Springfield-Cape Girardeau; Mons. Rossano Pietro; P. Martini Carlo Maria, S.I. ; P. le Deaut Roger, C.S.Sp.; P. Thoma Clemens, S.V.D. ; P. Dubois Marcel, O.P.; D. Porto Umberto; sig. Federici Tommaso, *Consultori della Commissione per i rapporti religiosi con l'Ebraismo, costituita presso il Segretariato per l'Unione dei Cristiani.*

» » » S. E. Mons. Delly Emmanuel-Karim, Arcivescovo tit. di Kaskar; S. E. Mons. Sanusi Anthony Saliu, Vescovo di Jjebu-Ode; P. Anawati Georges, O.P. ; P. Caloyeras Dominique O.P. ; P. D'Souza Andreas O.F.M. Cap.; P. Lanfry Jacques P.A.; D. De Souza Achilles; D. Oseiran Afif, *Consultori della Commissione per i rapporti religiosi con l'Islamismo, costituita presso il Segretariato per i Non-Cristiani.*

» » » Il Rev.do Mons. Belej Giovanni, *Capo Ufficio nella Sacra Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli.*

4 febbraio » I sigg. Fracchia Emilio e Quérin Emilio Enrico, *Consultori del Pontificio Consiglio «Cor Unum».*

14 » » S. E. Mons. Lékai Laszlo, Arcivescovo di Esztergom, *Membro della Sacra Congregazione per l'Educazione Cattolica.*

26 » » S. E. il Sig. Cardinale Palazzini Pietro, *Membro della Sacra Congregazione per le Cause dei Santi.*

Con Breve Apostolico il Santo Padre Paolo VI ha nominato:

Assistente al Soglio Pontificio:

15 dicembre 1975. S. E. Mons. Nunes Gabriel Manuel (già Arcivescovo di Luanda).

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

Protonotari Apostolici soprannumerari:

24 settembre	1975.	Mons.	Escutin Ciriaco *(Filippine).*
15 ottobre	»	Mons.	Nolasco Rodolfo (Buenos Aires).
» »	»	Mons.	Speroni Eusebio (Buenos Aires).
3 novembre	»	Mons.	Mariucci Tommaso (Fermo).
22 »	»	Mons.	Frati Antonio (Prato).
24 »	»	Mons.	Papi Flavio (Sabina e Poggio Mirteto).
27 »	»	Mons.	Franca Elio (Pesaro).
5 gennaio	1976.	Mons.	Astorri Angelo (Piacenza).
29 »	»	Mons.	Ceirano Giovanni (Saluzzo).
» »	»	Mons.	Calamoneri Antonio (Caltanissetta).
» »	»	Mons.	Faccani Clemente (Imola).
4 febbraio	»	Mons.	Mannelli Nello (Chiusi).

NECROLOGIO

12 dicembre	1975.	Mons. Mathew David, Vescovo tit. di Apamea di Bitinia.
19 »	»	Mons. Salaé Josip, Vescovo tit. di Baliana, Ausiliare dell'Arcivescovo di Zagreb.
20 »	»	Mons. Jacquemin André, già Vescovo di Bayeux.
29 »	»	Mons. Gallagher Norman Joseph, Vescovo di Thunder Bay.
2 gennaio	1976.	Mons. Simeoni Agapito, Vescovo di Ariano Irpino e Lacedonia.
5 »	»	Mons. Belleau Henri, O.M.I., già Vicario Apostolico di Baie de James.
6 »	»	Mons. Anaya y Diez de Bonilla José Gabriel, Vescovo tit. di Rusgunie.
14 »	»	Mons. Barbetta Giulio, Vescovo tit. di Faran.
18 »	»	Mons. Cekada Smilian Franjo, Arcivescovo di Vrhborsna-Sarajevo.
21 »	»	E.mo Sig. Cardinale Martin Joseph Marie, del Titolo di S. Teresa al Corso d'Italia, già Arcivescovo di Rouen.
23 »		Mons. Bertrand Gerard, P.A., già Vescovo di Navrongo.
» »		Mons. Poirier François, Arcivescovo tit. di Lemno.
12 febbraio		Mons. Caza Perei val, già Vescovo di Valleyfield.
19 »		Mons. De Wilde François Odon, vescovo di Isiro-Niangara.
20 »	»	Mons. Lacchio Secondino Petronio. Arcivescovo di Changsha.

An. et vol. LXV11I 31 Martii 1976 N. 3

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA PAULI PP. VI

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

LASHÏOËNSIS

In Birmania nova Praefectura Apostolica constituitur nomine « Lashioënsis ».

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Catholicae fidei in Birmaniae partibus aptius proferendae causa, censuerunt Venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales praepositi Sacrae Congregationi pro Gentium Evangelizatione bene fieri, si quibusdam territoriis a dioecesi Kentunghensi detractis alia conderetur circumscriptio ecclesiastica. Nos autem ea perlibenter concedentes de quibus Venerabilis Frater Agnellus S. R. E. Cardinalis Rossi, Praefectus eiusdem Sacrae Congregationis hodie Nobis hoc super negotio rettulit, haec quae sequuntur decernimus. A dioecesi Kentunghensi territoria separamus quae regiones vulgo appellatas « North-Eastern Shan States » et <(Northern Shan States » complectuntur, iisque Praefecturam Apostolicam condimus *Lashioënsem* appellandam. Eam pastorali ratione exercendam sodalibus concredimus S. Francisci Salesii, plane sane confisi, ut ex apostolica ipsorum opera fructus uberes optimique colligi possint. Constitutae Praefecturae territorium ad septemtrionem ita a ((Shweli)) flumine definitur ut non includat septemtrionalem-occiden-

talem partem supra dictae regionis ((Northern Shan States », ultra idem flumen sitam, quae pars in dicione adhuc dioecesis Myitkyinaènsis manet. Ad occidentem autem eadem nova Praefectura Apostolica eam partem paroeciae vulgo « Pang Pao)) recipit, quae civiliter ad eandem regionem « Northern Shan States » pertinet, ecclesiastice vero usque adhuc in dicione dioecesis Myitkyinaènsis consistens. Ad meridiem supra dicta Praefectura Apostolica limites habebit cum dioecesibus Taunggyiensi et Kentunghensi, ad orientem demum idem cum dioecesi Kentunghensi necnon Sinensi Natione.

Haec quae statuimus sive nunc sive in posterum rata esse volumus, contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die vicesimo mensis Novembris, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo quinto, Pontificatus Nostri tertio decimo.

IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

AGNELLUS Card. Rossi
S. Congr. pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide Praefectus

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Angelus Lanzoni, *Proton. Apost. s.n.*

In Secret. Status tab., n. 293829.

II
MOGADISCENSIS

In Republica vulgo « Somalia » nuncupata, Vicariatus Apostolicus « Mogadiscensis » in dioecesis formam redigitur eodem nomine.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ex quo Dei consilio beatissimo Petro, Apostolorum principi, in regimen totius Ecclesiae successimus, gregem christianorum moderaturi, in eo sane studia Nostra omnia collocavimus curasque posuimus adsiduas, qua nempe ratione filiis Nostris eorumque rebus aptius consuleremus : sunt enim et Nobis, aeque ac sanctissimo illi Apostolo, a Christo ea facta verba: «Pasce agnos meos ... pasce oves meas» (Io.

21, 15-17). Qua re, cum Venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales Sacrae Congregationi pro Gentium Evangelizatione praepositi, iam bene fieri censuerint si Vicariatus Apostolicus Mogadiscensis, in regione vulgo Somalia, ad dignitatem dioecesis evehimus : per id enim tum christianam fidem ibi loci confirmari, tum sacerdotibus qui in ea regione adlaborarent, meritae laudis dari testimonium, Nos re bene reputata, in hanc Purpuratorum Patrum sententiam discedendum esse arbitramur. Quae cum ita sint, apostolica Nostra potestate Vicariatum Mogadiscensem ad gradum atque dignitatem dioecesis evehimus, *Mogadiscensis* **appellandae, atque recto huic Apostolicae Sedi, ad tempus, subiciendae; cuius praeterea Sedem episcopalem in urbe Mogadiscio collocari placet, in templo videlicet Beatae Mariae Virginis a Consolatione, quod cathedrale erit, cum iuribus iustis. Indulgemus insuper, ut loco Canonicorum, si Collegium hoc in praesentia constitui nequeat, Consultores dioecesani eligantur, Episcopum consilio auxilio iuvaturi. Cetera ad normam Iuris temperentur, contrariis nihil obstantibus. Quae vero per has Litteras Nostras iussimus, Venerabilis Frater ad exitum deduci curabit, qui Delegationi Apostolicae praeest regionis Maris Rubri, vel quem ipse delegaverit, factis nempe necessariis facultatibus. Re vero acta, documenta exarentur, quorum sincera exempla ad Sacram Congregationem pro Gentium Evangelizatione cito mittantur.**

Datum Romae, apud S. Petrum, die vicesimo mensis Novembris, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo quinto, Pontificatus Nostri tertio decimo.

IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

AGNELLUS Card. Rossi
S. Congr. pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide Praefectus

Godefridus Mariani, *Proton. Apost.*

Iosephus Del Ton, *Proton: Apost.*

In Secret. Status tab., n. 297888.

III

ANURADHAPURENSIS

In Republica Taprobanensi, seu vulgo Sri Lanka, nova Praefectura Apostolica conditur, « Anuradhapurensis » cognominanda.

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Iussum Christi : « Euntes ergo in mundum universum, praedicate Evangelium omni creaturae», cetera *(Marc.* 16, 15), sane Nos, qui beatissimo Petro in regimen totius Ecclesiae successimus, vehementer impellunt, ut non solum sanctissimam Christi religionem in omnes gentes propagandam curemus, verum etiam ut ea omnia, magna parva, apte disponamus, quae maiorem facultatem faciant eiusdem sacrosanctae fidei nostrae populis inferendae. Quam ob rem, cum Venerabiles Fratres Nostri S. R. E». Cardinales Sacrae Congregationi pro Gentium Evangelizatione praepositi in eam sententiam venerint, ut in re publica Taprobanensi, seu Sri Lanka, nova Praefectura Apostolica conderetur, Nos iis auditis quorum res interesset, post negotium bene reputatum, haec decernimus. Territorium dioecesis Jaffnensis, quod vergit ad meridiem, quodque populari lingua <(Anuradhapura District » cognominant; item territorium dioecesis Trincomaliensis-Batticaloaënsis quod ad occidentem solem se protendit ac populus ((Polonnaruwa District » appellat, ab his dioecesibus separamus, atque in formam Praefecturae Apostolicae redigimus, *Anuradhapurensis* nomine, quam curis Patrum Congregationis Missionariorum Oblatorum B. M. V. credimus certa spe fore, ut nihil neque laborum neque curarum omittant regno Dei propagando. Novae ergo circumscriptionis ecclesiasticae fines hi erunt : ad septemtrionem, dioecesis Jaffnensis, ad orientem solem, dioecesis Trincomaliensis-Batticaloaënsis, ad meridiem, haec eadem dioecesis atque Sedes Kandiensis, ad occasum tandem, dioecesis Chilavensis. Ceterum, haec quae praescripsimus Venerabilis Frater Carolus Curis, Apostolicus Delegatus in Taprobane ad exitum adducet, vel quem ipse delegaverit, factis ad id necessariis facultatibus. Re vero acta documenta scribantur

atque sinceris exemplis ad Sacram Congregationem pro Gentium Evangelizatione cito mittantur.

Contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die undevicesimo mensis Decembris, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo quinto, Pontificatus Nostri tertio decimo.

IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

AGNELLUS Card. Rossi
S. Congr. pro Gentium Evangelizatione seu, de Propaganda Fide Praefectus

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

In Secret. Status tab., n. 295988.

IV

CAPICENSIS

In Insulis Philippinis Provincia Ecclesiastica « Capicensis » constituitur.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Nimium patens provinciae ecclesiasticae Iarensis territorium censuit Conferentia Episcoporum Insularum Philippinarum commode dividi posse, ut alia ibi locorum provincia constitueretur. Quod cum, ut fieret, omnimode favente venerabili Fratre Artemio Casas, Archiepiscopo Iarensi atque eiusdem nominis provinciae Metropolita, eadem Conferentia ab Apostolica Sede petiisset, Nos, audita sententia Venerabilis Fratris Brunonis Torpigliani, Archiepiscopi titulo Mallianensis et in Insulis Philippinis Nuntii Apostolici, atque Venerabilis Fratris Nostri S. R. E. Cardinalis Praefecti Sacrae Congregationis pro Episcopis, sequentia decernimus. Episcopalem Sedem Capicensem a provincia ecclesiastica Iarensi separamus et a metropolitano iure eiusdem Ecclesiae Archiepiscopi absolvimus, eamque ad dignitatem metropolitanae Sedis evehimus, congruis factis iuribus et privilegiis. Eiusdem praeterea Sedis Archiepiscopum et Metropolitam nominamus Venerabilem Fratrem Antonium Frondosa, ad praesens Episcopum Capicensem, cui scilicet debita iura

damus obligationesque imponimus, Archiepiscoporum ac Metropolitarum propria. Modo conditam provinciam archidioecesis ipsa Capicensis tamquam Sedes Metropolitana constituet atque dioecesis Rombloniensis, a provincia Iarensi separata, et Kalibensis, hoc ipso die condita, tamquam suffraganeae. Haec quae statuimus ad effectum adducat Venerabilis Frater Bruno Torpigliani, quem diximus, vel ab eo delegatus sacerdos. Qui autem negotium perfecerit, congrua documenta de more exaret ad Sacramque Congregationem pro Episcopis mittat, de more signata sigilloque impressa. Has vero Litteras Apostolicas sive nunc sive in posterum ratas esse volumus, contrariis quibusvis non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die decimo septimo mensis Ianuarii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo sexto, Pontificatus Nostri tertio decimo.

IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

SEBASTIANUS Card. BAGGIO
S. Congr. pro Episcopis Praefectus

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Godefridus Mariani, *Proton. Apost.*

In Secret. Status tab., n. 296966.

V

KALIBENSIS

In Insulis Philippinis nova dioecesis conditur, nomine « Kalibensis ».

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Animarum utilitas, ad quam praecipue studium Nostrum et operam pro munere conferimus, id a Nobis hodie poscit, ut Episcoporum Conferentiae Insularum Philippinarum votis benigne accedamus, petentium ut, diviso territorio dioecesis Capicensis, nova ibi condatur ecclesiastica circumscriptio. Qua super re audita sententia sive Venerabilis Fratris Antonii Frondosa, Episcopi Capicensis, sive Venerabilis Fratris Brtfnonis Torpigliani, Archiepiscopi titulo Mallianensis et in Insulis Philippinis Nuntii Apostolici, sive denique Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi pro Episcopis

praepositorum, sequentia decernimus et iubemus. A dioecesi Oampicensi territorium separamus civilis provinciae vulgo Aklan appellatae eoque dioecesim condimus, *Kalibensem* **ex urbe Kalibo appellandam, iisdemque circumscribendam finibus quibus praedicta provincia Aklan limitatur. Constitutae dioecesis sedes in urbe Kalibo erit, magisterii vero Episcopi cathedra in sacra aede Sancti Ioannis Baptistae, eadem in urbe exstante, quae dehinc cathedrale templum habebitur, cum privilegiis congruis. Episcopum autem praeterquam quod iustis iuribus ditamus, obligationibus etiam adstringimus, cum ipsius munere conexis. Mensam episcopalem constituent Curiae emolumenta, fidelium sponte oblatae pecuniae atque bonorum pars, quae dioecesi obvenient ex praescripto canonis 1500 G. I. C. Dioecesis Kalibensis suffraganea erit Metropolitanae Sedi Capicensi; eius autem Episcopus, archidioecesis eiusdem Metropolitae. Ad Canonicorum collegium quod attinet statuimus ut, quoadusque constituatur, Consultores dioecesani, Canonicorum loco, ad normam iuris deligantur. De condendo Seminario alumnorumque institutione iubemus ut praescripta serventur iuris communis, prae oculis habitis normis decreti Concilii Vaticani II « Optatam totius » et peculiaribus normis Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica. Kalibensi praeterea dioecesi sacerdotes illi destinentur, qui in ea officium vel beneficium habeant; ceteri sacerdotes, clerici Seminariique tirones ei, in qua legitime degant. Omnia documenta ad constitutam dioecesim spectantia, ad eiusdem Curiam a Curia Capicensi transferantur et in tabulario serventur. Haec denique, quae praescripsimus, ad effectum adducat Venerabilis Frater Bruno Torpigliani, quem diximus, vel ab eo delegatus sacerdos, confectique negotii documenta Sacrae Congregationi pro Episcopis mittat, de more signata sigilloque impressa. Has vero Litteras Apostolicas sive nunc sive in posterum ratas esse volumus, contrariis quibusvis non obstantibus.**

Datum Romae, apud S. Petrum, die decimo septimo mensis Ianuarii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo sexto, Pontificatus Nostri tertio decimo.

IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

SEBASTIANUS Card. BAGGIO
S. Congr. pro Episcopis Praefectus

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Godefridus Mariani, *Proton. Apost.*

In Secret. Status tab., n. 296967.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Venerabili Dei famulo Vincentio Grossi honores Beatorum Caelitum decernuntur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Quantum studii venerabilis Dei famulus Vincentius Grossi, Cremonensis dioecesis presbyter, ad suam tuendam sacerdotalem dignitatem contulerit, quantum ad pastoralia obeunda munera operae dederit constanter et fideliter, e vita eius tota, seu e virtutibus sanctae exercitis ex absolutisque operibus luculenter infertur. Plane enim sibi persuasum habens alterum Christum hic in terris esse sacerdotem, summa ut Iesus in paupertate vixit, humilitatem coluit, terrenis rebus non adhaesit, ad caelestes omnino intentus. Officiis praeterea paroecialibus diligenter functus, creditum sibi populum maxima diligentia et sapientia gubernavit; Christum item secutus est, qui pastorum est Pastor (S. Aug. *ßerm.* 138, 6), sanctorumque presbyterorum exempla. Putantes propterea Nos haud parvos sanctae Ecclesiae evenire posse fructus, si tantum Dei virum imitandum praesertim proponeremus aetatis huius nostrae presbyteris, fidelium curae addictis, eum hodie in Beatorum Caelitum albo inscripsimus. Vincentius natus est in pago Italico vulgo appellato « Pizzighettone », d. ix m. Martii a. MDCCCXLV, eodemque die baptismatis aquis ablutus. Optimis moribus educatus, ad sacerdotium capessendum a prima aetate inclinavit ; ob peculiares tamen difficultates nonnisi viginti circiter annos natus Cremonense seminarium adiit, atque post emensum quattuor annorum spatium sacerdos ordinatus est, d. x x n m. Maii a. MDCCCLXIX, coepitque statim se totum pro christiani populi utilitate impendere. Etsi erat iuvenis, paroeciae vulgo « Regona » nuncupatae primum curam habuit ; deinde in pagum « Vicobellignano » missus est, in quo ad exitum usque vitae degit, de hoc unice sollicitus, ut sibi créditos fideles ad optima quaeque induceret optanda et persequenda. Praecipuam scilicet curam habuit, ut a peccatorum illecebris populum omnimode arceret eumque per adsiduam Sacramentorum participationem aa **rectam vitam adhortaretur ; ut pueros et iuvenes religiose informaret, quippe quos et familiae et civilis societatis et sanctae Ecclesiae spem merito putaret; ut Dei verbum impiger annuntiaret; ut aegrotis assi-**

steret, egenis subveniret. Methodistarum autem, ut appellantur, praesentiam et operam, qui pastorali eius navitati impedimento erant, mira prudentia et caritate superavit. Quo praeterea aptius tum pueris religiose edocendis provideretur tum maxime puellis iuvenibusque mulieribus, Institutum condidit Filiarum ab Oratorio, hac nempe de causa, ut per sacratas Deo virgines non solum pastorales sacerdotum labores levarentur, verum etiam efficaciores evaderent. Magnum sane et generosum propositum, superna Dei gratia potius quam hominum voluntate comprobatum. Religiosam huiusmodi Congregationem, in urbem Laudem Pompeiam prope Mediolanum stabiliter translatam, Sedes Apostolica « decreto laudis » honestavit, d. xx m. Maii a. MCMXV. Ardens autem Vincentii animarum quaerendarum studium eo usque processit, ut etiam extra paroeciae suae fines operari contenderet, frequenter a sodalibus presbyteris invitatus, libenter et perattente a christianis fidelibus auditus. Qui erga alios magna fuit pastorali sollicitudine, idem maiore etiam studio laboravit, ut ipsemet religiosarum virtutum exemplo esset. Quo impulsus proposito die noctuque orabat, ex augustissimo praecipue Eucharistiae sacramento robur abunde hauriens et lumen; debitam Episcopo reverentiam et oboedientiam praestabat, tamquam Abraham contra spem in spem credens (cfr. *Rom.* **4, 18) ; evangelico caritatis praecepto obsecutus, paterna dilectione et inimicos amplectebatur ; vultus hilaritate omnes excipiebat verborumque gratia; vir summa integritate morumque innocentia, non cessabat tamen corpus cohibere vigiliis, ieiuniis, macerationibus ; humanas dignitates naturali quadam inclinatione contemnens, plane eas semper recusavit; superna denique in Deum fide et spe fretus, adversa quaeque silentio semper tulit, animi afflictiones hisce solitus revelare verbis : ((crux in terris, in caelis gaudium, semper et ubique amor ! ». Senex iam cum esset duorum et septuaginta annorum, e terrena ad caelestem vitam migravit, d. VII m. Novembris a. MCMXVII. Quem vero patrem habuerunt amantissimum, eum mortuum omnes complorarunt, quasi eorum in mentibus Pauli resonarent verba illa : « Volebamus tradere vobis non solum Evangelium Dei, sed etiam animas nostras, quoniam carissimi nobis facti estis »** *(1 Thess.* **2, 8). Eius sanctitudinis fama ita post obitum crevit, ut de eodem ad Beatorum honores evehendo causa agitari coepta sit. Servatis igitur de iure servandis, ab anno MCMLV ad MCMLVIII processus apostolici instructi sunt et perfecti, in dioecesanis Curiis Laudensi et Cremonensi, de virtutibus a famulo Dei exercitis; quorum probata validitate, eadem perpensa est quaestio primum apud S. Congregatio-**

nem, quae tunc a Ritibus appellabatur, deinde, d. xxvn m. Martii a. MCMLXXIII, in plenario coetu feliciter absoluta apud interim constitutam S. Congregationem pro Causis Sanctorum. Nos autem Ipsi peculiari decreto ediximus plane constare de virtutibus theologalibus et cardinalibus a famulo Dei Vincentio Grossi heroum in modum exercitis ; quod factum est d. x m. Maii, eodem anno. In peculiaribus praeterea Congregationis conventibus perdiligenter disceptatum est de duobus miraculis, quae famulo Dei intercedente a Deo ferebantur patrata. De quibus disceptationibus edocti, eas probavimus deque miris sanationibus decretum edi iussimus. Id hoc ipso anno evenit, d. in m. Octobris. Die denique statuto ut, cum aliis quattuor Dei famulis in Beatorum album Vincentius Grossi referretur, Nos in Petriano ante Vaticanam Basilicam patente foro sollemni ritu litavimus haecque verba divini Sacrificii initio protulimus : « Nos, vota multorum Fratrum Nostrorum Episcoporum, sodalium Ordinis Augustinianorum Recollectorum, Congregationis a Sanctis Stigmatibus Domini nostri Iesu Christi, Sororum Filiarum Oratorii, Parvarum Sororum Filiarum a Sacro Corde Iesu, Sororum a Caritate Boni Pastoris, pluriumque christifidelium explentes; Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum praehabito consulto; matura interposita deliberatione et superna luce pie implorata; vi et auctoritate Nostra apostolica venerabiles Dei servos Ezechielem Moreno Díaz, episcopum; Gasparem Bertoni, Vincentium Grossi, presbyteros; Ioannam Franciscam Michelotti a Visitatione S. Mariae, Mariam Droste zu Vischering a Divino Corde Iesu, religiosas, in album Beatorum adscribimus, facultatem facientes ut eorundem festum die ipsorum natali, in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit : Ezechielis Moreno Díaz, die undevicesimo mensis Augusti; Gasparis Bertoni, die decimo secundo mensis Iunii; Vincentii Grossi, die septimo mensis Novembris ; Ioannae Franciscae Michelotti a Visitatione S. Mariae, die primo mensis Februarii; Mariae Droste zu Vischering a Divino Corde Iesu, die octavo mensis Iunii. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ». Quae his Litteris scripsimus firma esse et fore volumus, contrariis non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, d. i mensis Novembris, anno universalis Iubilaei MCMLXXV, Pontificatus Nostri tertio decimo.

IOANNES Card. VILLOT, *Secretarius Status*

In Secret. Status tab., n. 290899.

II

In Papua Nova Guinea et Insulis Salomonicis Delegatio Apostolica conditur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Cum in Oceania Delegatio Apostolica Sydneyensis, per Litteras Apostolicas « In sublimi Principis » die XV mensis Aprilis anno Domini MCMXIIII a Sancto Pio X Summo Pontifice datas, erecta sit, quae nunc, mutatis rerum adiunctis, nihil aliud comprehendit quam circumscriptiones missionales sacris commissas Praesulibus Conferentiae Episcopalis Papuae Novae Guineae et Insularum Salomonlcarum, necesse idcirco est, ut ibidem nova constituatur Delegatio Apostolica. Quae cum ita sint, Nos, omnibus mature perpensis atque consilio considerato Venerabilis Fratris Nostri S. R. E. Cardinalis Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide Praefecti, Apostolica Nostra potestate hasce per Litteras perpetuumque in modum Delegationem Apostolicam in Papua Nova Guinea et Insulis Salomonicis erigimus a Legatione Apostolica in Australia separatam, quae Sedem in urbe metropolitana Portu Moresbiensi habeat atque eidem Sacro Consilio Christiano Nomini propagando obnoxia sit. Huic igitur in praesens a Nobis institutae Delegationi Apostolicae ea omnia et singula deferimus officia, necnon privilegia atque indulta, quae ad huiusmodi Delegationes pertinent. Contrariis quibusvis non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub Anulo Piscatoris, die i mensis Decembris, anno MCMLXXV, Pontificatus Nostri tertio decimo.

IOANNES Card. VILLOT, *Secretarius Status*

In Secret. Status tab., n. 295951.

III

S. Ambrosius, Episcopus et Ecclesiae Doctor, Patronus principalis Regionis Longobardiae confirmatur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Consueverunt Christi fideles ab usque primis Ecclesiae temporibus Sanctis Caelitibus tum officium et cultum tribuere sanctissime, tum etiam eos invocare in necessitatibus atque in vitae discriminibus. Neque profecto Ecclesia id reprobavi!; quin et ipsa publice coluit, maxime martyres. Sic enim sentit Ecclesia non modo congruenter eos honorari, qui lingua, vita, virtute ac vel sanguine Deum confessi sunt quosque Deus in vicem amicos habuit, sed etiam iure invocari atque in vota vocari, qui cum ad tronum Dei adstent, et praesentissimo auxilio esse possunt, et praesidio. Qua de re, cum Venerabilis Frater Noster Ioannes S. R. E. Cardinalis Colombo, Archiepiscopus Mediolanensis idemque Conferentiae Regionalis Longobardiae Praeses, cleri atque populi votis concedens, electionem S. Ambrosii, Episcopi et Ecclesiae Doctoris, tamquam patroni principalis Regionis Longobardiae a se rite probatam, ab hac Apostolica Sede confirmari petierit, ad normam scilicet Instructionis de Calendariis particularibus atque Officiorum et Missarum Propriis recognoscendis, n. 30, Nos, ratione habita tum eius qui rem poposcit cari Nobis, tum populi quem summe diligimus, tum ipsius Sancti, quem impensa colimus pietate, postulata fieri facile patimur. Iis ergo probatis, quae S. Congregatio pro Sacramentis et Cultu Divino, factis olim a Nobis facultatibus, hac in re egerit, placet S. Ambrosium, Episcopum et Ecclesiae Doctorem patronum principalem Regionis Longobardiae esse et haberi, cum iuribus et privilegiis liturgicis iuxta rubricas. Quod sane sive pietatem erga Deum, sive regionem erga tantum virum augere posse confidimus.

Contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub Anulo Piscatoris, die xi mensis Decembris, anno MCMLXXV, Pontificatus Nostri tertio decimo.

IOANNES Card. VILLOT, *Secretarius Status*

In Secret. Status tab., n. 298467.

IV

Beata Maria Teresia Ledochowska declaratur Patrona caelestis missionalium operum Polonorum.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — A Polonia maioribus paterni generis orta Maria Teresia Ledochowska, quam haud ita pridem sollemni ritu Nos Beatarum Caelitum fastis adscripsimus, novum quoddam missionalis studii ac fervoris exemplar hac nostra aetate luculenter prae se tulit quod, cum universae Ecclesiae valido quidem invitamento est praestantiorum usque operum Christianae caritatis erga fratres egenos homines, tum ipsi Polonorum nationi non minori sane decori atque honori qui ad congruentem imitationem aemulationemque vehementer impellit. Peropportune idcirco contigit ut, paulo postquam eidem praeclarae mulieri et legiferae matri Sororum Sancti Petri Claver titulus Beatae Caelitis est decretus, Coetus Episcoporum Poloniae una cum Praeside suo, Venerabili Fratre Nostro Stephano Cardinali Wyszynski, Archiepiscopo Varsaviensi et Gnesnensi, unanima consensione ipsam Beatam Mariam Teresiam Ledo**chowska appellaret atque crearet Patronam caelestem omnium operibus missionalibus Ecclesiae in Polonia addictorum, et illud consilium ad Apostolicam Sedem deferret quod rite sanciretur ratumque haberetur. Eorum itaque precibus libenti animo obsecundantes Nos, e Sacrae Congregationis pro Sacramentis et Cultu Divino sententia, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Beatam Mariam Teresiam Ledochowska praecipuam apud Deum patronam omnium operibus missionalibus Ecclesiae in Polonia addictorum confirmamus, seu iterum constituimus ac renuntiamus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis quae praecipuis istius modi Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus.**

Datum Romae apud Sanctum Petrum die xx mensis Ianuarii, anno MCMLXXVI, **Pontificatus Nostri tertio decimo.**

IOANNES Card. VILLOT, *Secretarius Status*

In Secret. Status tab., n. 296978.

EPISTULA

Ad Exc.mum P. D. Bernardum Yago, Abidianensem Archiepiscopum, ob inaugurandum Institutum religiosis disciplinis fovendis.

Nous voyons arriver avec joie le jour où l'inauguration officielle de l'Institut de Sciences Religieuses d'Abidjan vient couronner les efforts de la Conférence episcopale régionale de l'Afrique occidentale francophone en faveur d'une œuvre qui constitue une nouvelle promesse pour l'avenir de PEglise en Afrique.

Soucieux de permettre toujours mieux l'expression de l'inaltérable dépôt de la foi [1] dans la spécificité et l'originalité de la culture africaine, et fidèle aux orientations mûrement réfléchies par le récent Concile Vatican II,[2] vous avez estimé, en union avec vos Frères dans l'épiscopat, que le moment était venu d'entreprendre cet effort à un haut niveau universitaire, sous votre propre responsabilité de Pasteurs, et dans une collaboration suivie avec nos Congrégations pour l'Evangélisation des Peuples et pour l'Education Catholique. Nous-même, nous vous félicitons et nous exprimons notre espoir que, surmontant dans la foi les difficultés qui ne manqueront pas comme à toute grande entreprise, vous saurez mener celle-ci à bonne fin. Le passé de l'Institut supérieur de Culture religieuse, qui constitue depuis 1969 les prémices de la nouvelle fondation, nous donne toute confiance à cet égard.

Notre pensée reconnaissante va aussi vers tous ceux qui, conscients de l'importance de votre initiative, ont voulu contribuer généreusement à en permettre la réalisation. Leurs représentants expriment aujourd'hui auprès de vous cette communion ecclésiale dans la charité que recommandait l'Apôtre des Nations.

Nous souhaitons donc que l'Institut de Sciences Religieuses d'Abidjan, aujourd'hui dans la modestie des commencements, soit le grain de sénevé appelé à devenir un grand arbre qui portera du fruit en abondance. Nous le confions dans la prière à Celui qui, seul, donne la croissance,[3] et nous envoyons de grand cœur à vous-même, aux Evêques qui ont voulu et soutenu cette fondation, aux professeurs qui en prennent la responsabilité et aux étudiants dont dépend pour une grande part son avenir, une particulière Bénédiction Apostolique, en gage des lumières et de la force de l'Esprit Saint que nous invoquons sur eux.

Du Vatican, le 11 Février 1976.

PAULUS PP. VI

[1] Cf. *1 Tm* 6, 20.
[2] Cf. Décret sur l'activité missionnaire de l'Eglise *Ad gentes/,* n. 22.
[3] Cf. *1 Co* 3, 6.

NUNTII GRATULATOMI

I

E.mo P. D. Sergio S.R.E. Cardinali Pignedoli, Secretariatus pro non Christianis Praesidi, quinque condenti lustra ex quo plenitudinem accepit sacerdotii.

Quia nullum referenda gratia maius est officium,[1] hoc piae et religiosae mentis obsequium putamus ad te, Venerabilis Frater Noster, in praesens quam maxime pertinere. Nam insignem ad memoriam mox recoles eventum, propterea quod medio fere mense februario quinque condentur lustra, ex quo tu, ad maiora in Ecclesia Dei munera explenda electus, plenitudinem sacerdotii accepisti. Bona tunc in te spes posita non fefellit ; felici exitu impletae sunt in te sitae et collocatae rationes. Quapropter Nobis iusta causa suppeditatur, cur per has Litteras tibi aperto sermone gratulemur. Breviter recensetur vitae tuae curriculum.

Sub exitum Anni Sacri MCML, quo vertente Secretarium Generalem Consilii universali illi Iubilaeo praepositi egeras, Nuntius Apostolicus in Bolivia nominatus es ; unde, eodem munere functurus, in Venetiolam transiisti. Nos vero, cum Mediolanensi Ecclesiae archiepiscopali dignitate praefuimus, te Auxiliarem Antistitem, scilicet operis socium egregium, habuimus. Postmodum, iterum in Apostolicae Sedis ministerio constitutus, ut Delegatus Apostolicus in Nigeria et in Canadia, ad attrahenda studia, ad conciliandas voluntates Romanae Ecclesiae, immo Christo, vitae tuae, sollicitudines contulisti assiduas. Nec praetermittendum est te etiam grave officium ^Secretarii Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide alacriter frugifereque obiisse.

Tuum experti usum hominum et rerum merito quidem in Purpuratorum Patrum collegium te ascivimus, atque mandata gravis momenti tibi contulimus, in quibus praecipuum est Secretariatus pro non Christianis. Haud parvus in expletione huius officii labor, at non parvae molis opus, ad quod saecula lento cursu transeuntia suspirant. Apparuit enim gratia Salvatoris nostri omnibus hominibus, ut ad veritatem amplexandam perveniant, ut, in immensum expansa salutifera luce Verbi,

[1] S. Ambr., *De exc. fr. Satyri* I, 4.

humanum genus, ((quod unus continet orbis, una fides illuminet, caritas una coniungat ».[2]

Quapropter tibi et hisce in inceptis adiutoribus tuis Spiritum Sanctum invocamus, ut vos omnes sapientia sua dirigat, iustitia collustret, clementia soletur, auspice Beatissima Virgine Maria, universorum hominum matre, semper opifera.

Haec flagrantissima vota Apostolica Benedictio confirmet, quam tibi, Venerabilis Frater Noster, peramanter impertimus.

Ex Aedibus Vaticanis, die xxvi mensis Ianuarii, anno MCMLXXVI, Pontificatus Nostri tertio decimo.

PAULUS PP. VI

II

Ad E.mum P. D. Carolum S.R.E. Cardinalem Confalonier!, sexagesimo exacto anno ex quo sacerdotio est auctus.

Singulari prorsus Dei consilio et munere felix memoria celebranda recurret illius diei, quo tu, Venerabilis Frater Noster, florens iuventa et desideriis sanctis, sacri presbyteratus gradu auctus fuisti, et paulo post primo altare Domini scandisti. Quemadmodum fas est, memor factus donorum, quae sine numero caelestis gratia tibi attulit ab illis longinquis primordiis per varias vicissitudines vitae, devoti scilicet famulatus Apostolicae Sedis, episcopalis ministerii in archidioecesi Aquilana usque ad praesentem tuum statum purpuratorum Patrum obtentae dignitatis, sueto maiore religionis obsequio Christo Iesu Pontifici aeterno hymnum laudis exsolves. Nam Servator noster, gloria sacerdotum, fuit fortitudo tua et in te lucem suam et virtutem suam emisit abunde.[1]

Nos, qui tibi propensae voluntatis, quin etiam firmae amicitiae vinculis iuncti sumus, piae celebritatis tuae participes, hanc bene precantibus votis et precibus iucundare cupimus.

Repletus spiritu precum, illibatae catholicae fidei assertor, concordiae et pacis amator, mitis sapientiae praebens omnibus exemplum, fac ut digne ad te possit referri praeconium in sacris litteris Simoni, Oniae filio, pontifici tributum : Fuit « quasi ignis effulgens, et thus ardens in igne ... quasi oliva pullulans et cupressus in altitudinem se extollens ... in vita sua suffulsit domum ».[2]

[2] Praef, de SS. Euch. II.

[1] Cfr. *Ps.* 42, 1-2.
[2] *Eccl.* 50, 9-11. 1.

Beatissima Virgo Maria, quam in insigni Liberiana Basilica et in pectore tuo diligis et colis, tibi et inceptis tuis opifera semper arrideat.

Apostolica Benedictio peramanter tibi, Venerabilis Frater Noster, impertita, haec vota confirmat.

Ex Aedibus Vaticanis, die xv mensis Martii, anno MCMLXXVI, Pontificatus Nostri tertio decimo.

PAULUS PP. VI

III

E.mo P. D. Alfredo S.R.E. Cardinali Ottaviani, sexagesimo expleto anno ex quo sacerdotium iniit.

Caritas silere nescia Nos impellit, ut sexagesimum expletum annum, ex quo, gratia Dei praeventus, sacerdotium iniisti, tibi gratulemur.

Tam diuturnum tempus, quod tibi datum est in Dei famulatu, in Apostolicae Sedis ministerio, in procuratione salutis animarum transigere, respiciens, sine dubio sancta laetitia cumulaberis et simul omnium bonorum Largitori gratiarum actionis canticum piae mentis obsequio exsolves : « Benedicam Dominum in omni tempore semper laus eius in ore meo ».[1]

Pro certo habemus te, in recessu, procul a negotiis, degentem, Ecclesiam, quam ut matrem semper amasti, precationibus tuis atque te devovendi studio, scilicet spiritualibus subsidiis, admodum iuvare.

Nos ergo Deum in hoc sacerdotii tui natali enixe rogamus, ut tibi continenter propitius adsit, potioribus usque donis te locuplétet atque illa tibi abunde solacia tribuat, quibus releveris. Maternis etiam curis te foveat Deipara Virgo Maria, quae est singulare praesidium et spes certa illorum praesertim, qui in sortem Domini sunt vocati.

Haec vota, quae ex animo prompsimus, confirmet sitque caritatis Nostrae erga te testificatio et signum Apostolica Benedictio, quam tibi, Venerabilis Frater Noster, libentissime impertimus.

Ex Aedibus Vaticanis, die xv mensis Martii, anno MCMLXXVI, Pontificatus Nostri tertio decimo.

PAULUS PP. VI

[1] *Ps.* 33, 2.

IV

Ad E.mum P. D. Petrum S.R.E. Cardinalem Parente, sexagesimam anniversariam memoriam celebrantem diei quo auctus est sacerdotio.

Laetanti animo sexagesimam anniversariam memoriam es celebraturus illius diei, quo, Divini Salvatoris nomini confisus, sacerdotio es auctus, atque facere non possumus quin, hac oblata occasione, tibi tam longum tempus in sacro munere exercendo insumptum ex animo gratulemur. Omnibus sane patet praecipua inter dona, quae hominibus obveniunt divinitus, censendum esse sacrum presbyteratus ordinem.

Novimus, quanta cum sedulitate sacerdotium, quod ad plenitudinem est evectum et Patris Cardinalis dignitate decoratum, in vitae itinere obieris; novimus nominatim fidei studium et sollertiam, quibus Apostolicae huic Sedi deservieris.

De miraculis autem, quae eo intercedente, divinitus ferebantur patrata, disputatum est magna diligentia in curiis Vicariatus Apostolici Grouard et archidioecesis Ottaviensis ; dein Romae in consuetis Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum comitiis. His recte perfectis, constare Ipsimet statuimus de duobus miraculis patratis deprecante Venerabili Servo Dei Eugenio de Mazenod. Quod postridie Festum Immaculatae B.V.M. Conceptionis anno MCMKXXIV fecimus quo clarius nempe singularis eius pietas in beatissimam Dei Matrem pateret qua vivus arserat.

Die ad eiusdem viri Beatificationem constituto, scilicet ipso hodierno, sollemnibus in area Sancti Petri ante Basilicam Vaticanam Nos praefuimus, atque ineunte Eucharistico Sacrificio concelebrato una cum Massiliensis Ecclesiae Archiepiscopo et Moderatore supremo Congregationis ab Eugenio de Mazenod conditae in hanc elocuti sumus sententiam :

((Nos, vota multorum Fratrum Nostrorum Episcoporum, sodalium Congregationis Missionariorum Oblatorum Beatae Mariae Virginis Immaculatae, Societatis Verbi Divini, Sororum Sancti Petri Claver, pluriumque christifidelium explentes; Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum praehabito consulto ; matura interposita deliberatione et superna luce pie implorata; vi et auctoritate Nostra Apostolica Venerabiles Servos Dei Carolum Iosephum Eugenium de Mazenod, episcopum, Arnoldum Janssen, Iosephum Freinademetz, presbyteros, Mariam Teresiam Ledochowska, religiosam, in album Beatorum ascribimus, facultatem facientes ut eorum festum die illorum natali, in locis et modis iure statutis, quotannis celebrari possit : Caroli Iosephi Eugenii de Mazenod die vigesimo primo mensis Maii, Arnoldi Janssen die decimo quinto mensis Ianuarii, Iosephi Freinademetz die vigesimo octavo mensis Ianuarii, Mariae Teresiae Ledochowska die sexto mensis Iulii. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ».

Quae denique per hasce Litteras pronuntiavimus firma esse et posthac fore semper iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xix mensis Octobris anno MCMLXXV, Pontificatus Nostri tertio decimo.

IOANNES Card. VILLOT, *Secretarius Status*

In Secret. Status tab., n. 800807.

II

Arnoldo Janssen, conditori Societatis Verbi Divini, Beatorum honores decernuntur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — In magno sacramento seu mysterio, id est ((Gentes esse coheredes et concorporales et comparticipes promissionis eius in Christo per Evangelium » *(Eph.* **3, 6), positum est non modo centrum, sed etiam fere summa navitatis pietatisque Servi Dei Arnoldi Janssen.**

Ipsi enim persuasum erat, ut Evangelium ad omnes homines perveniret, tum opus evangelizationis seu ministerium verbi tum opus gratiae seu efficacitatem orationis requiri. Quae potissima missionalis religiositatis lineamenta propria fideliter expressit, vita, verbo recteque exemplo sive Sodalitatibus, quas constituit, sive earundem sodali-

bus vehementer impressit. Servus Dei in oppido Goch, intra fines Monasteriensis dioecesis Germaniae sito, natus est die v mensis Novembris anno MDCCCXXXVII et sacerdos die xv mensis Augusti anno MDCCCLXI ordinatus. Deinde duodecim per annos in oppido Bocholt, hinc operam pastorali ministerio dedit, hinc in ludo ingenuarum litterarum scientias naturales et mathematicas docuit atque, cum in dioecesi Monasteriensi ipsi Apostolatui Orationis praeesset, vires suas magis in dies in hoc quoque campo impendit. Anno MDCCCLXXIII, benigno consilio divinae Providentiae, factum est ut scholae valediceret atque tempus viresque impenderet in commentarios populo consentaneos et ad exteras missiones pertinentes statis temporibus edendos, quibus preces pro missionibus praeprimis deposceret. Matura cum deliberatione, assiduis precibus atque diligentia perscrutatus Dei voluntatem in signis temporum, die VIII mensis Septembris anno MDCCCLXXV Seminarium missionale in vico Steyl, intra fines dioecesis Ruremundensis (Neerlandia), exstruxit prope fines Germaniae situm, quo fundamenta propriae Societatis Verbi Divini iecit, duabus adiunctis Congregationibus missionalibus, altera anno MDCCCLXXXIX altera anno MDCCCLXXXXVI, utraque eodem spiritu missionali imbuta: Servarum Spiritus Sancti et Servarum Spiritus Sancti ab Adoratione Perpetua; quarum postrema, umbratili vitae dedita, caelestes gratias impetraret reliquis duabus. Arnoldi vita nullis miraculis aut operibus nitet primo intuitu stupendis, sed ea christianae vitae plenitudine et alacritate quibus haud difficulter verus christianus in Dei voluntatem semper intentus, vir vere religiosus et apostolicus, sacerdos sanctitate vitae interius exteriusque egregius, conditor atque dux charismaticus dignoscitur. Ipse natura sua fuit vir prudens, in hominibus et negotiis tractandis semper rectus, in principiis firmus, in primis quotiescumque agebatur de integris moribus servandis, de disciplina tum in vita religiosa tum in selectione et formatione alumnorum tuenda, de spiritali bono communitatis et Ecclesiae procurando. Non tantum sacerdos erat magna repletus fide ardentique desiderio eam inter longinquos populos propagandi, sed etiam praeditus erat immensa pietate erga SS. Trinitatem, Verbum Incarnatum, Spiritum Sanctum, Sacratissimum Cor Iesu, quorum specialem devotionem inde ab initio suis infundere conatus est. Muniebatur quidem semper ea mirabili fortitudine eaque firmitate, ob quas et difficultates superavit suis obstantes religiosis inceptis, quemadmodum victor discessit ex afflictionibus, humiliationibus, internis pugnis externisque vicissitudinibus, quibus non raro anima eius afflicta fuit. Denique fundator fuit

atque per omnem vitam antistes trium Congregationum missionalium celeriter et numero sodalium et provinciis laboris increbrescentem, totum tempus omnesque vires impendens, ut solida fundamenta eis daret spiritalia, ad disciplinam pertinentia, ad rerum administrationem. Quae virium concentio vel coarctatio in persequendo opere quod ipse, posthabitis suis desideriis et propensionibus, habuit sibi a Deo creditum, eius fortitudo erat eidemque operi divinam procuravit benedictionem. Septuagesimum aetatis annum paulum egressus, servus fidelis, qui se regno Dei propagando totum impenderat, obdormivit in Domino die xv mensis Ianuarii anno MCMVIII in missionali domo Steylensi, praecipua eius navitatis et vitae sanctae teste. Ob sanctitatis famam qua Servus Dei ante et post mortem fruebatur, processu ordinaria auctoritate Ruremundensi in Curia aliisque in locis instituto, eius scriptis recognitis servatisque demum iure servandis, Causa Beatificationis auctoritate Pii Papae XII introducta est die x mensis Iulii anno MCMXXXXII. Deinde, apostolicis absolutis inquisitionibus super virtutibus, quaestio in Coetu « antepraeparatorio » apud Sacram tunc Rituum Congregationem excussa est die vi mensis Iunii anno MCMLXVII. Labore inquisitionis historicae mense Iulio anno MCMLXXI absoluto, disceptatio super virtutes resumpta est in Congressu Peculiari die x mensis Octobris anno MCMLXXii habito. Faustus exitus Congressus Peculiaris atque concordia sententiarum Patrum Cardinalium in subsequenti Congregatione Plenaria congregatorum sic iter paraverunt, ut Summus Pontifex Paulus PP. VI die x mensis Maii anno MCMLXXIII iuberet Decretum de heroicitate virtutum apparari riteque promulgari. Diligenter examinata in suetis sessionibus quaestione de miraculis, quae, intercedente Dei Famulo, ferebantur a Deo patrata, Nos die xxin mensis Maii ipso Sacri Iubilaei anno MCMLXXV pronuntiavimus de duobus miraculis constare. Denique diem statuimus, quo ad beatificationem, una cum aliis tribus Servis Dei procederetur, scilicet Diem Missionalem seu xix mensis Octobris Anno Sacro MCMLXXV. QUO die feliciter orto, Nos in area ante Basilicam Petrianam patente, coram amplissimo numero sacrorum ministrorum ac fidelium, qui Romam confluxerunt Diei Missionalis celebrandi causa, precibus accedendum esse censuimus Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum hisce verbis :

« Nos, vota multorum Fratrum Nostrorum Episcoporum, sodalium Congregationis Missionariorum Oblatorum Beatae Mariae Virginis Immaculatae, Societatis Verbi Divini, Sororum Sancti Petri Claver, pluriumque christifidelium explentes ; Sacrae Congregationis pro

Causis Sanctorum praehabito consulto; matura interposita deliberatione et superna luce pie implorata; vi et auctoritate Nostra Apostolica Venerabiles Servos Dei Carolum Iosephum Eugenium de Mazenod, episcopum, Arnoldum Janssen, Iosephum Freinademetz, presbyteros, Mariam Teresiam Ledochowska, religiosam, in album Beatorum ascribimus, facultatem facientes ut eorum festum die illorum natali, in locis et modis iure statutis, quotannis celebrari possit: Caroli Iosephi Eugenii de Mazenod die vigesimo primo mensis Maii, Arnoldi Janssen die decimoquinto mensis Ianuarii, Iosephi Freinademetz die vigesimo octavo mensis Ianuarii, Mariae Teresiae Ledochowska die sexto mensis Iulii. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ».

Quae per has Litteras ediximus firma esse et fore volumus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris die XIX mensis Octobris anno MCMLXXV, Pontificatus Nostri tertio decimo.

IOANNES Card. VILLOT, *Secretarius Status*

In Secret. Status tab., n. 800808.

III

Iosepho Freinademetz, missionario Societatis Verbi Divini in Sinis, Beatorum Caelitum honores decernuntur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Inter salubria hortamenta a Concilio Vaticano Secundo eo consilio edita, ut Evangelii quivis praeco de die in diem renovato spiritu munus apostolicum frugifere obiret, hoc etiam est memorandum: « Vita revera evangelica, in multa patientia, in longanimitate, in suavitate, in caritate non ficta, testimonium reddat Domino, si necesse est, usque ad sanguinis effusionem » (Decr. *Ad gentes divinitus,* **24). Quibus verbis germana Servi Dei Iosephi Freinademetz imago exprimitur: sacerdotis, missionarii,** *confundatoris* **primae Societatis Verbi Divini missionis in parte meridiana provinciae « Shantung » in Sinis.**

Iosephus Freinademetz natus est die XV mensis Aprilis anno MDCCCLII in pago Abbatia, qui, vulgaribus sermonibus « Badia » vel ((Abtei » appellatus, Dolominianis montibus continetur et intra fines

dioecesis olim Brixinensis, nunc Bauzanensis-Brixinensis est positus. Medii et altioris ordinis studiis Brixinae absolutis, die xxv mensis Iulii anno MDCCCLXXV sacerdotio est auctus. Sed iam post duos annos, in opere pastorali insumptos, cum ad labores missionales inter ethnicos suscipiendos a puero se vocari sentiret, Episcopo probante, in seminarium pro Missionibus exteris, quod in loco « Steyl » vulgo nuncupato B. Arnoldus Janssen paulo ante condiderat, se recepit. Cum non vulgari virtutum exercitatione niteret, ab eodem auctore et legifero patre iam anno MDCCCLXXIX in Vicariatum Apostolicum de « Hsiangkiang » seu « Hongkong », qui nunc dioecesis Sciiamchiamensis dicitur, missus est, ut ad opus missionale in Sinis erudiretur. Biennio post in provinciam « Shantung)) se contulit, cuius in parte australi per xxvi annos — in patriam numquam revertens — apostolicum munus sibi commissum, saepissime inter res asperas et adversas, fideliter implevit : diligens scilicet in verbo Dei inter paganos disseminando, in novis erigendis et stabiliendis christianorum communitatibus, in variis missionalibus, praesertim catecheticis, operibus excitandis. Fuit autem ferventissima eius tum in Deum tum in proximum caritas praecipua causa, cur, talem vitam apostolicam agens, invicta animi fortitudine ardua aggrederetur et asperitates perferret. Hoc munus praecipuum suum habuit, ut studio Sinensium sermonis et consuetudinum totis viribus incumberet ; quod eo exitu absolvit, ut non solum lingua eorum, cuius usum expeditum et excultum callebat, vestitu, ceterisque externis formis, verum etiam ipsa vitae ratione, moribus, mentis habitu Sinensis fieret inter Sinenses. Comitas, affabilitas, amor, quibus sine ullo discrimine condicionis socialis illius nationis cives prosequebatur, in consuetudinem proverbii venerunt. Ita se gerendo, ipse in populum S mensem prorsus insitus fuit, cui Salvatoris nostri benignitatem et humanitatem erga omnes palam monstravit, ut omnes attraheret ad Deum. Quapropter saepe dicebat ethnicorum conversionem fieri gratia divina et nostra caritate et amabili tate, quippe quae lingua essent, quam omnes intellegerent.

Tam eximio vero Evangelii praeconi graves etiam afflictiones, id est crux quasi comes laboris apostolici, erant sustinendae. Ob crebras ac diuturnas persecutiones periculum erat, ne communitates christianae, quas ipse in omnibus fere partibus territorii missionalis condiderat, exstinguerentur. Verum cruciatum paene cotidie ei afferebant iudicia, quae, ut christianos defenderet, cogebatur habere coram civili auctoritate, quae homines loco humili natos et in egestate vitam degentes opprimere soleret. Valde diuturna atque acerbitatis plena experimenta

patientiae, caritatis heroicae erga proximum, necnon oboedientiae dedit, cum munus obiret Provicarii, Administratoris, Provincialis.

Haud semel propter missionale opus, in quo desudabat, adductus est in vitae discrimen, paratus pro Christo et carissimis sibi Sinensibus mortem oppetere. Id ipsum ei datum est praestare, cum, annos natus LVi, servus fidelis, ingenio quidem mitis et benevolus, sed in mandatis Dei et Ecclesiae implendis fortis et alacer, pro munere boni pastoris aegroto cuidam, morbo typhi affecto, assidens, hunc ipsum contraxit; ex quo, die xxvin mensis Ianuarii anno MCMVIII, Deo animam reddidit.

Sanctitatis fama, qua Famulus Dei vivens tum in Sinis tum in patria fruebatur, post mortem non deferbuit. Quam ob rem factum est, ut Causa de Beatorum Caelitum honoribus eidem decernendis ageretur. Ordinariis Processibus in Vicariatu Apostolico de ((Yenchowfu » in Sinis et in Curia Brixinensi annis MCMXXXVI-MCMXXXVIII instructis Commissio introductionis Causae penes Sacram Congregationem Rituum, ut tunc appellabatur, die xxn mensis Iulii anno MCML a Pio Pp. XII obsignata est. Postero tempore, omnibus iure servandis rite absolutis, de virtutibus theologalibus et cardinalibus Servi Dei disceptatum est in suetis coetibus. Cum deinde anno MCMLXIX nova Congregatio pro Causis Sanctorum esset instituta simulque innovatio quaedam in processus agendos inducta, Nos, praetermissa Congregatione generali, Decretum super virtutibus heroum in modum a Servo Dei exercitis apparari ac die XVI mensis Martii anno MCMLXX promulgari iussimus. Post haec quaestio de miraculis est proposita, quae, invocato Servi Dei patrocinio, a Deo ferebantur patrata. Post diligens examen peractum atque post unanimam faventem sententiam, quod ad unum miraculum attinet, declaratam, Nos, facta benigne dispensatione super praescripto canonis 2117, Decretum die iv mensis Octobris anno MCMLXXIV edi iussimus, quo edictum est constare de facto praeter naturae vires.

Diem denique statuimus sollemnem beatificationis, scilicet Diem Missionalem, XIX mensis Octobris Anni Sacri MCMLXXV. QUO die, Nos in area ante Basilicam Sancti Petri Apostoli patente, coram perfrequenti S.R.E. Cardinalium, Episcoporum, Romanae Curiae Officialium coetu, necnon coram multitudine christifidelium, qui propter Annum Sacrum, Diem Missionalem, nominatim propter beatificationem huius Servi Dei necnon aliorum trium Famulorum Dei, missionali opere insignium, Romam convenerant, intra Missarum sollemnia precibus Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum hisce verbis consensimus : « Nos, vota multorum Fratrum Nostrorum Episcoporum, sodalium Congregationis Mis-

sionariorum Oblatorum Beatae Mariae Virginis Immaculatae, Societatis Verbi Divini, Sororum Sancti Petri Claver, pluriumque christifidelium explentes; Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum praehabito consulto; matura interposita deliberatione et superna luce pie implorata; vi et auctoritate Nostra Apostolica Venerabiles Servos Dei Carolum Iosephum Eugenium de Mazenod, episcopum, Arnòldum Janssen, Iosephum Freinademetz, presbyteros, Mariam Teresiam Ledochowska, **religiosam, in album Beatorum ascribimus, facultatem facientes ut eorum festum die illorum natali, in locis et modis iure statutis, quotannis celebrari possit : Caroli Iosephi Eugenii de Mazenod die vigesimo primo mensis Maii, Arnoldi Janssen die xv mensis Ianuarii, Iosephi Freinademetz die xxviu mensis Ianuarii, Mariae Teresiae** Ledochowska **die vi mensis Iulii. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti».**

Quae per has Litteras ediximus firma esse et fore volumus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xix mensis Octobris anno MCMLXXV, Pontificatus Nostri tertio decimo.

IOANNES Card. VILLOT, *Secretarius Status*

In Secret. Status tab., n. S00809.

IV

Venerabili Dei Famulae Mariae Teresiae Ledochowska, virgini, Fundatrici Sodalicii Sancti Petri Claver, honores Beatorum decernuntur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Quo missionalis Ecclesiae opera est pertractata Decreto, Concilium Vaticanum Secundum rursus inculcavit : « Ecclesia peregrinans natura sua missionaria est » *(Ad Gentes divinitus,* **2) ; ac deinde copiosam mirabilemque tradidit theologiae summam quae eandem illam missionem praeclare collocat in universo salutis afferendae consilio Patris quod ((ex * fontali amore ' seu caritate Dei Patris profluit»** *(ib.),* **quod impletur in ipsius Filii Unigeniti missione per quem videlicet Deus <(in historiam hominum novo et definitivo modo intrare decrevit »** *(ib.,* **3) et quod denique producitur pentecostali Spiritus Sancti effusione qui per omnia tempora ((eundem missionis animum, quo ipse Christus actus fuerat, in cordibus fidelium » instillât** *(ib.,* **4). Ecclesia autem, utpote quae a Christo missa sit, prosequitur in**

tempore et in loco officium hoc principale suum quod minuere non potest nec mutare quin simul a naturali sua constitutione proprioque munere primigenio desciscat.

Idem vero apostolicum Ecclesiae munus excitavit Venerabilis Mariae Teresiae Ledochowska animum ac per totam vitam ita permovit ut splendidum ipsa evaserit exemplum adiutricis operae feminarum ad missionale Ecclesiae munus collatae.

Maria Teresia Ledochowska, quae die XXIX mensis Aprilis anno MDCCCLXIII nata erat in oppido Loosdorf dicto, intra dioecesis Sancti Hippolyti fines, originem per patrem Antonium ducebat a vetusta nobilique stirpe Polona, sicut ipsum eius indicat nomen; matrem autem habebat Helvetiam Comitem Iosepham de Salis-Zizers ; verum tamen erat ea Austriaca civis. Cum essent illi praestantius ingenium et fervida fortis benevola indoles nec non acerrimus artium ingenuarum sensus, videbatur plane prosperrimam vitam ductura esse inter excultam sui temporis societatem. At, cum in Aula deversaretur Magni Ducis Tusciae, intellegebat Deum a se alia poscere. Incitabatur enim ad Christum indiviso corde sequendum, qui redemit sanctosque reddidit homines per suam oboedientiam usque ad mortem crucis propulsam ; vocabatur ad Dominum diligendum et ipsi serviendum in fratribus suis maxime miseris ac derelictis, scilicet in Afris qui servitutem patiebantur. Impulsionem divinam, quae clarius usque percipiebatur, audivit Maria Teresia seseque Deo dedidit omni cum illa perspicua constantia summaque famulandi voluntate quae propriae cuiusque hominis sunt qui Dei amore raptus est et ei se magno animo tradit.

Illa quidem aetate, qua apostolicae feminarum facultates arcte circumscribebantur, Maria Teresia antevertebat temporibus futuris : superatis enim dissensionibus et multiplicibus impedimentis, ipsa indefatigabili studio incumbebat in litterarium opus et apostolatum Catholicorum, commentationes scribebat, libellos periodicos edebat variasque in linguas conversos diffundebat, officinas librarías erigebat. Praeterea totam peragrabat Europam ut inter laicos fideles diligentiam excitaret et curam missionum ; orationibus publicis atque frequentissimo epistularum commercio usa, instituebat verum apostolatum novissimi agminis, dum auxilia et subsidia omne genus colligebat dividebatque missionariis in prima veluti acie dimicantibus.

Eximia quadam perseverantia, quae periculum tamen declinabat unius solius industriae, Maria Teresia prosequebantur optimam illam vitae operisque speciem pro qua omnia profundebat et sub quo ipsa evane-

scebat. Nec cessabat Deus annuere benignus inceptis illius, quae immo permittebat ut augerentur et propagarentur : etenim plus plusque statuebatur et diffundebatur Sodalicium Sancti Petri Claver, quod Institutum religiosum Maria Teresia condiderat et regebat non tantum magna cum prudentia sed praesertim magno amoris affectu qui faciebat ut Dei praesentia aperiretur ac sentiretur.

Cum igitur, interveniente praematura eius morte Romae die vi Iulii mensis anno MCMXXII, mysterium completum esset eius amoris, Catholici Afri defleverunt amissam suam « materculam » — sic profecto ab eis appellata erat quandoquidem talem eam cognoverant ; attamen etiam nunc non desinunt vim et magnitudinem eius experiri amoris per demissum ministerium caritatemque sollicitam ipsius Instituti ab illa excitati, quod vivere pergit ex spiritu eius tamquam hereditate accepto.

Sed non in una continenti terra Africana homines recordantur et admirantur Mariam Teresiam; omnis namque Ecclesia idem facit quia momentum ecclesiale tam conspicuae vitae, quam ipsa duxit, prorsus excedit unius terrae fines. Per eam videlicet Deus Ecclesiae suae, quin immo universis bonae voluntatis hominibus, praebuit luculentum exemplum ac documentum simul, quantum his etiam temporibus consequi valeat et perficere amor, nulli condicioni obnoxius, unius hominis qui sese Deo recludit ac dedit et per Eum cunctae patienti humanitati.

Admirationem itaque nullam movet quod sanctitatis fama, qua vivens Maria Teresia fruebatur, post obitum sine intermissione crevit et quod inde causa beatificationis atque canonizationis adeo mature est incohata.

Processibus ergo canonicis rite institutis feliciterque perfectis, beatificationis et canonizationis causa introducta est die xxvi mensis Ianuarii anno MCMXLV. NOS autem plane constare ediximus de virtutibus theologalibus et cardinalibus ab ea heroum in modum cultis ; quod die xvi mensis Martii anno MCMLXX fecimus. Exercita deinde quaestio est de miraculis, quae, eadem intercedente, a Deo ferebantur patrata. De quibus cum perdiligenter disputatum esset in peculiaribus Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum congressionibus, post acceptam a Nobis disceptationum summam postque earum probatum exitum, de duobus miraculis decretum edi iussimus, a Deo certe patratis per intercessionem venerabilis Famulae Dei Mariae Teresiae Ledochowska; idque die ix mensis Decembris anno MCMLXXIV factum est.

Cum autem ipsi Nos statuissemus ut Venerabilis Maria Teresia Ledochowska in beatorum caelitum album referretur una cum aliis celebri-

bus Servis Dei qui vitam pariter totam devoverant ad fidem christianam in terris missionum propagandam — nempe Venerabilis Carolus Iosephus Eugenius de Mazenod episcopus, et Arnoldus Janssen ac Iosephus Freinademetz sacerdotes —; et cum censuissemus eundem ritum peragi in « Die Mundiali Missionum » hoc Iubilaeo Anno, Eucharisticum Sacrificium Nos celebravimus in Area Petriana, quo quidem ineunte haec protulimus verba :

<(Nos, vota multorum Fratrum Nostrorum Episcoporum, sodalium Congregationis Missionariorum Oblatorum Beatae Mariae Virginis Immaculatae, Societatis Verbi Divini, Sororum Sancti Petri Claver, pluriumque christifidelium explentes; Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum praehabito consulto; matura interposita deliberatione et superna luce pie implorata ; vi et auctoritate Nostra Apostolica Venerabiles Servos Dei Carolum Iosephum Eugenium de Mazenod, episcopum, Arnoldum Janssen, Iosephum Freinademetz, presbyteros, Mariam Teresiam Ledochowska, religiosam, in album Beatorum ascribimus, facultatem facientes ut eorum festum die illorum natali, in locis et modis iure statutis, quotannis celebrari possit : Caroli Iosephi Eugenii de Mazenod die vigesimo primo mensis Maii, Arnoldi Janssen die decimo quinto mensis Ianuarii, Iosephi Freinademetz die vigesimo octavo mensis Ianuarii, Mariae Teresiae Ledochowska die sexto mensis Iulii ».

Quae per has Litteras ediximus, firma esse et fore volumus contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xix mensis Octobris, anno MCMLXXV, Pontificatus Nostri tertio decimo.

IOANNES Card. VILLOT, *Secretarius Status*

In Secret. Status tab., n. 290899.

V

Venerabili Dei Famulae Ioannae Franciscae a Visitatione S. Mariae, conditrici Congregationis Parvarum Servarum a S. Corde Iesu, Beatorum honores decernuntur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Summae ac paene divinae laudes, quas sacrarum Litterarum paginae mulieri forti attribuunt (cfr. *Prov.* **31, 17-20), omnes in hanc mulierem, Ioannam Franciscam a Visitatione Sanctae Mariae, quadrare apte videntur, Fundatricem Congregationis Par-**

var um Servarum a Sacro Corde Iesu pro infirmis pauperibus. Quae nimirum, aliena in urbe, rerum omnium inops et pauper, infirma valetudine, multis difficultatibus affecta et afflicta, eo virtutis pervenit, ut et « Christum omnimoda libertate sequeretur, propiusque imitaretur » (cfr. P. C. 1), et Familiam Religiosarum conderet, quae centum iam annos, quasi capta hereditate, de ipsius charismate caritatis vivant.

Qua re, eius virtutem vehementer admirati, bene fieri censuimus, si hoc anno Sancto sollemni declaratione eam in exemplum omnibus proponeremus, maxime iis, qui aegrotis curandis, ubique terrarum sunt, egregiam operam navant. Dei famula Annecii, in Galliae finibus, nata est, die xxix mensis Augusti, anno MDCCCXLIII, ex Michaele Telesphoro Michelotti, e Pedemontana regione, atque ex Petra Mugnier Serand, tertia e quattuor filiis; ac sequenti die sacri Baptismi aquis abluta est, indito nomine Annae. Amisso mature patre, sub piissimae matris disciplina educata est atque in virtute multum profecit.

Duodennis sacro Christi corpore fuit primum refecta; et illo ipso die, praeeunte atque comitante matre, coepit infirmos pauperes visitare iisque curas diligentissime impendere. Cum autem ad statum religiosum se vocari animadvertisset, Anna, annos nata septemdecim, Institutum Sororum a S. Carolo, puellarum institutioni conditum, Lugduni ingressa est; sed brevi inde discessit.

Interea matre atque fratre orbata, totis incubuit viribus ut aegrotos pauperes domi visitaret, eisque auxilio esset. Cum vero perturbationes civiles atque bellicae calamitates proximo anno Galliam vastarent, Annecium, in Sabaudiam, rediit; atque supremo lumine collustrata, anno MDCCCLXxr, aetatis suae duodetricesimo, Augustam Taurinorum animose petiit, eaque in urbe suum vitae genus forti animo inchoavit. Post autem nonnullos annos, Taurinensi Archiepiscopo probante, religiosam vestem induit, ac nomen Ioannae Franciscae a Visitatione Sanctae Mariae sibi imposuit. Anno vero MDCCCLXXV, die sanctis Angelis Custodibus sacro, una cum aliquot sociis, vota sollemni ritu nuncupavit, consuetis votis quartum addens, infirmis scilicet pauperibus gratuito serviendi. Ac licet novi Instituti exordia difficillima fuerint, cito tamen ex regionibus tum Pedemontana tum Langobardica plures puellae in illud confluxerunt.

Famula Dei vero, id iugiter studuit et in id intendit, ut suum ac filiarum animum ad sacratissimi Cordis Iesu placita conformaret, praesertim per humilitatis, mansuetudinis ac sui ipsius abnegationis virtutes. Ceterum, Ioanna Francisca multis tentata fuit malis et incommodis, quae viriliter Deo confisa superavit. Cum autem nova Congregatio

iam Taurinos et Mediolanum fines protulisset uberrimos ferens fructus in animorum corporumque pauperum profectum, exeunte anno MDCCCLXXXVII, Instituti gubernacula reliquit, utpote corporis viribus destituta. Atque laboribus fracta, Ecclesiae sacramentis refecta mentisque abundans, in amplexu sanctae Crucis, cui ab infantia semper adhaeserat, die primo mensis Februarii, anno MDCCCLXXXVIII, pie sancteque ad sempiternam lucem excessit. De sanctitatis autem fama tantae mulieris, de eius scriptis, deque cultu eidem numquam praestito ordinaria auctoritate in archidioecesi Taurinensi canonice inquisitum est, ut de more Causa instrueretur ad caelitum honores servae Dei attribuendos. Quibus peractis, petentibus plurimis, praesertim Episcopis et Ecclesiae viris, Commissio, quae dicitur, introductionis Causae, apud Sacram Rituum Congregationem instituendae, a Pio XII P.M., die vi mensis Decembris, anno MCMXLII, designata est. Apostolicis deinde inquisitionibus absolutis, de virtutibus theologalibus, cardinalibus servae Dei iisque adnexis pertractatum est ; Nosque Ipsi, postquam perspeximus et expendimus omnia, Dei Famulam has virtutes heroice coluisse sollemniter ediximus atque declaravimus die xv mensis Decembris, anno MCMLXVi, simul mandantes, ut publicum fieret decretum ad perpetuam rei memoriam. Habita deinde quaestione de miraculis, quae intercessioni venerabilis servae Dei tribuebantur, benigne concessimus, ut, seposita iusta de causa priore sanatione, solum de altera inquireretur ; cumque una eademque fuisset Patrum Cardinalium sententia, de miraculo certo constare, die vicesimo tertio mensis Maii, hoc anno, pronuntiavimus. Tandem ad sollemnem beatificationem hanc diem statuimus primam mensis Novembris, festum Omnium Sanctorum. Qua re hodie in Petrianae Basilicae Area, admotis Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum precibus his verbis concessimus : « Nos, vota multorum Fratrum Nostrorum Episcoporum, sodalium Ordinis Augustinianorum Recollectorum, Congregationis a Sanctis Stigmatibus D.N.I.C, Sororum Filiarum Oratorii, Parvarum Sororum a Sacro Corde Iesu, Sororum a Caritate Boni Pastoris, multorumque christifidelium explentes, de Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum consulto, auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus, ut venerabiles Servi Dei Ezechiel Moreno Diaz, episcopus ; Gaspar Bertoni, Vincentius Grossi, presbyteri ; Ioanna Francisca Michelotti a Visitatione S. Mariae, Maria Droste zu Vischering a Divino Corde Iesu, religiosae, Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum die ipsorum natali, in locis et modis iure statutis, quotannis celebrari possit : Ezechielis Moreno Diaz, die unde-

vigesimo mensis Augusti ; Gasparis Bertoni, die xn mensis Iunii ; Vincentii Grossi, die VII mensis Novembris ; Ioannae Franciscae Michelotti a Visitatione S. Mariae, die i mensis Februarii; Mariae Droste zu Vischering a Divino Corde Iesu, die VIII mensis Iunii. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen ».

Quae per has Litteras ediximus firma esse et fore volumus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die i mensis Novembris, anno MDCCCCLXXV, Pontificatus Nostri tertio decimo.

IOANNES Card. VILLOT, *Secretarius Status*

In Secret. Status tab., n. 802201.

VI

Venerabilis Dei Famulus Gaspar Bertoni, sacerdos et legifer pater Congregationis a Sacris Stigmatibus D.N.I.Ch., Beatorum Caelitum honoribus decoratur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Verba Domini in Evangelio locuti : ((Si quis vult post me venire, abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me» *(Mt.* **16, 24) aptissime profecto congruere videntur cum vita Venerabilis Servi Dei Gasparis Bertoni, qui Congregationem a Sacris Stigmatibus Domini Nostri Iesu Christi excitavit. Is enim Deo ad sanctimoniam se vocanti iam a puero oboedivit non tantum per talem mundi exterioris abdicationem demissamque sui ipsius negationem, sed etiam per Christi cruci adfixi imitationem illumque caritatis fervorem qui impulit eum ut, cum exemplar divinum sectaretur, totum sese dederet fratrum simul ministerio. Studium indefatigabile quoddam consumpsit in animarum curatione velut orator sacer et paenitentiae sacramenti dispensator, ubi pariter se quasi boni consilii angelum praestitit pluribus hominum ordinibus qui frequentes ad illum decurrerunt. Praeterea Congregatio eorum qui nominati sunt « Missionarii Apostolici in obsequium Episcoporum »** *(Const.* **1), quam multum ipse prospiciens in posterum condidit difficiliore quadam Ecclesiae sanctae aetate, luculenter interpretata est temporum signa et antecepit Concilii Vaticani Secundi doctrinam, ex qua cuiusvis instituti religiosi sodales «reverentiam et oboedientiam secundum canonicas leges praestare debent Episcopis, ob eorum in Ecclesiis particularibus auctoritatem**

pastoralem et ob necessariam in labore apostolico unitatem et concordiam » (Const. *Lumen Gentium,* 45). Veronae ortus est Gaspar Bertoni die ix mensis Octobris anno MDCCLXXVII nobiliore quidem genere. Duodeviginti natus annos, cum sacerdotium sibi elegisset, studia sacra ut alumnus externus obire coepit in seminario dioecesano. Simul autem ac Servus Dei Petrus Leonardi anno MDCCXCVI condidit Evangelicam Fraternitatem Valetudinariorum, Gaspar una cum Beato Carolo Steeb nomen eidem dedit ; et ita se ad sacerdotium praeparavit christiana caritate quasi heroum more exercenda inter aegrotos ac vulneratos in bellis Gallorum et Austriacorum. Die tandem xx mensis Septembris anno MDCCC presbyteratu initiatus est ab Episcopo Veronensi Ioanne Andrea Avogadro et sacerdotali ministerio destinatus in paroecia natali Sancti Pauli de Campo Martio. Statim illic admirabili quadam vi et arte pelliciebat adulescentes ad perfectionis evangelicae culmen. Non nulla eius incepta — verbi causa « Mariana Cohors » quae ex propria constitutione et indole antecedebat motum iuvenilem Actionis Catholicae — adeo copiosam bonorum abundantiam attulerunt ut difficilibus maestisque temporibus commutaverint totam speciem religiosam et urbis et dioecesis.

Aliis praeterea illustribus apostolis et opificibus in vinea Ecclesiae adstabat atque auxiliabatur Gaspar Bertoni laudabilia evangelizationis consilia exsequentibus. Spiritalia praesidia subministrabat instituto Beatae Magdalenae de Canossa ex quo tempore exortum erat anno MDCCCVIII. Cum Serva Dei Leopolda Naudet velut alter conditor fuit Sororum a Sacra Familia. Validissime confirmabat filium suum spiritalem, Servum Dei Nicolaum Mazza, cum is erigerei Institutum domesticae educationis puellarum pauperum et periclitantium, cum Domum institutionis discipulorum egenorum ingenioque praestantiorum instrueret et cum denique Institutum excitaret Missionum Africanarum. Haud secus prudenti consilio stabiliebat et dirigebat Servam Dei Theodoram Campostrini, legiferam matrem Sororum Minimarum Caritatis a Maria Virgine Perdolente, nec non Servum Dei Antonium Provolo, auctorem Sodalitatis Mariae educandis surdis et mutis. Semel atque iterum ipse philosophus perceleber, sacerdos Antonius Rosmini sese contulit ad Gasparem a quo optabilia monita et solacia reciperet cum Institutum Caritatis conderet. Anno MDCCCX, perdurante adhuc ministerio apud paroeciam Sancti Firmi Maioris, designatus est ab Episcopo Innocentio Liruti ad moderationem spiritalem seminarii dioecesani. Dignus insuper existimatus est qui munia sustineret theologi definitoris et exa-

minatoris prosynodalis, existimatoris vocationum ecclesiasticarum et librorum censoris. Anno demum MDCCCXVI die iv mensis Novembris Gaspar Bertoni, circumdatus non nullis sociis magnanimis ex Oratoriis Marianis, concessit in aedem sacram Stigmatum Sancti Francisci ut gratis ibidem scholas administraret pro liberis sui populi ; verum tamen inscientibus adversis auctoritatibus politicis, iamiam incohabat religiosum opus quod spiritu Sancti Ignatii duceretur. Die xx Decembris anno MDCCCXVii a Congregatione Sacra de Propaganda Fide titulo honestatus est Missionarii Apostolici. Ex illo autem decreto peculiare munus derivavit quo definirentur eius sodales ((Missionarii Apostolici in obsequium Episcoporum ». Istud quidem Institutum esse volebat sicuti mobilem cohortem, celerem et expeditum manipulum — paratissimum hoc est ad operandum ubicumque necessitas pastoralis dioecesis cuiusvis id poposcisset.

At fuit Gaspar Bertoni etiam patientiae christianae mirandum exemplar. Plures annos, maxima cum animi tranquillitate quin immo laetitia qua se Patris caelestis voluntati permittebat, cruciabatur acerbis doloribus aegrotationum quae innumerabiles flagitabant sectiones chirurgicas. Vita tandem excessit Veronae die dominico xn mensis Iunii anno MDCCCLIII, cum annos LXXVI propemodum complevisset sibique meritorum cúmulos comparavisset. Virtus autem, quae singulariter describit et definit eius vitam, sine dubio humilitas christiana dicenda est, qua ipse vivens intellexit se necessario funditusque e Deo pendere. Hic principalis eius affectus iam denotat inclinationem mysticam illius sanctitatis, quae continebatur scilicet sancta deditione ad divinum placitum et quae eminebat plane recusatione omnis propriae voluntatis. Principium igitur istud patientis potius animi quam agentis, quod in solidissima doctrina nitebatur, factum est in Gasparis vita causa et fons vitae eius vere contemplativae.

Fama vero hac sanctimoniae Servi Dei magis augescente in dies, causa Beatificationis ipsius instituta est a Summo Pontifice Sancto Pio X die II mensis Martii anno MCMVI. NOS ipsi deinde declaravimus die xv Decembris MCMLXVI Servum Dei Gasparem Bertoni vivendo exercuisse heroum in modum virtutes théologales ac morales. Postremo agnovimus die III mensis Octobris hoc ipso anno MCMLXXV qualitatem et integritatem veri miraculi quod Deus intercedente Servo suo Gaspare Bertoni in aliquo aegro perfecit ; alterius miraculi necessitate praetermissa. Constituimus ideo sollemnem ritum die i mensis Novembris agere, cum ediximus : ((Nos, vota multorum Fratrum Nostrorum Episcoporum,

sodalium Ordinis Augustinianorum Recollectorum, Congregationis a Sanctis Stigmatibus Domini nostri Iesu Christi, Sororum Filiarum Oratorii, Parvarum Sororum a Sacro Corde Iesu, Sororum a Caritate Boni Pastoris, multorumque christifidelium explentes, de Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum consulto, auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus, ut venerabiles Servi Dei Ezechiel Moreno Diaz, episcopus; Gaspar Bertoni, Vincentius Grossi, presbyteri; Ioanna Francisca Michelotti a Visitatione S. Mariae, Maria Droste zu Vischering a Divino Corde Iesu, religiosae, Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum die ipsorum natali, in locis et modis iure statutis, quotannis celebrari possit: Ezechielis Moreno Diaz, die undevigesimo mensis Augusti; Gasparis Bertoni, die decimo secundo mensis Iunii; Vincentii Grossi, die septimo mensis Novembris; Ioannae Fránciscae Michelotti a Visitatione S. Mariae, die primo mensis Februarii; Mariae Droste zu Vischering a Divino Corde Iesu, die octavo mensis Iunii. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen ».

Quae per has Litteras ediximus firma esse et fore volumus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die i mensis Novembris, anno MCMLXXV, Pontificatus Nostri tertio decimo.

IOANNES Card. VILLOT, *Secretarius Status*

In Secret. Status tab., n. 801516.

VII

Venerabili Dei Famulo Iosepho Moscati, laico, honores Beatorum decernuntur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Perdocuit Concilium Vaticanum Secundum omnes homines ad sanctitatem vocari, ad quam praeterea singulis aequabiliter aditum patere. Haec quidem invitatio ex intima proficiscitur Dei Patris mente qui nos sanctos divinosque reddit per gratiam illam, quam Christus meruit et Spiritus suis sustinet donis, quam sacramenta deinde aiunt et Ecclesia dispensat. Homines igitur in hoc quasi quoddam flumen divinum inserti sine exceptione destinantur ad vitae sanctimoniam; oportet ei sancti fiant. « Haec est enim voluntas Dei, sanctificatio vestra », ait Apostolus Paulus *(1 Th.* **4, 3).**

Et Deus universos advocat eandem ad sublimitatem ubi simpliciter et excellenter tota figura definitur cuiusque Christiani ac membrorum omnium Populi Dei : ((Estote sancti quia ego sanctus sum » *(Lev.* 11, 44) ; ((Estote ergo vos perfecti, sicut et Pater vester caelestis perfectus est)) *(Mt* 5, 48). Nec umquam cessavit Ecclesia temporum processu illam iterare hortationem quam igitur recentius etiam hominibus inculcavit istius vicesimi saeculi : « Cunctis proinde perspicuum est », praeclare inquit Concilium, « omnes christifideles cuiuscumque status vel ordinis ad vitae christianae plenitudinem et caritatis perfectionem vocari » (Const. *Lumen Gentium,* 40). Quod quidem principium cum adhibet vicissim idem Concilium ad locum et officium laicorum in Ecclesia, loquitur de eis sicut de quibusdam qui « a Deo vocantur, ut suum proprium munus exercendo, spiritu evangelico ducti, fermenti instar ad mundi sanctificationem velut ab intra conferant, sicque praeprimis testimonio vitae suae, fide, spe et caritate fulgentes, Christum aliis manifestent » *(Ibid.* 31). Ipse vero Doctor Iosephus Moscati, propter singularem auctoritatem quam ei tribuunt tum morum illius integritas tum vivum vitae exemplum tum Ecclesiae veneratio, liquido commonstrat istud et verissimum perque necessarium esse et plane efíici posse. Hic scilicet vir, qui die xxv Iulii mensis anno MDCCCLXXX Beneventi natus erat magistratu patre Francisco et matre Rosa De Luca marchionum de Roseto, paene omnem suam Neapoli vitam traduxit. Medicinae lauream summa cum laude die iv Aprilis MCMIII meritus coepit novus medicus Iosephus Moscati officium suum ac ministerium explere in Neapolitano valetudinario insanabilium atque inter alia opera impetravit et instituit ut homines rabie correpti ad nosocomia deferrentur. Cum autem conflagratio accideret Vesuvii montis anno MCMVI, ipse pro sua virtute ac fortudine eripuit et servavit aegros in valetudinario iacentes apud Turrim Graeci. Praeter illam vero industriam valetudinariam, quae debitam ei attulit publicamque approbationem et laudem cum anno MCMXIX creatus est Medicus Primarius Valetudinariorum Coniunctorum Neapoli, Iosephus Moscati plures percucurrit gradus magisterii apud studiorum universitatem ac novas accuratasque perfecit investigationes in medicinali officina quarum fructus et conclusiones — triginta circiter libris ab eo divulgatae — ipsum illustraverunt inter disciplinarum peritos ac doctos totius orbis. Tametsi in vitae perpetuitate istius modi sese dedebat inquisitionibus, non tamen illa opera satisfaciebat intimis eius optatis et desideriis; nam suapte natura ac proclivitate erat Iosephus Moscati medicus in primis qui sanare cupiebat

quemque prorsus oportebat cotidie invisere et convenire aegrotos. Et cum ob eximiam suam morborum iudicandorum facultatem undique ab universis — tam divitibus quam pauperibus — invocaretur et arcesseretur, numquam denegabat cuiquam sed peculiari caritatis studio curam gratuitam gerebat egentium qui eum vere obsidebant et quos ipse ultro conquirebat in squalidis maxime urbis suae regionibus. Verum tamen haud dicere sufficit Iosephum Moscati ut medicum eminuisse atque ut hominem ad aliorum dolores omnino patuisse. Etenim fuit ante omnia vir fidei et vir Dei. Ille qui altius quam plurimi medici et docti penetraverat in vitae humanae arcana minime existimabat fidem ac scientiam inter se pugnare aut componi non posse. Quin immo ipsum hominis corpus, quod secundum severas necessitates ac normas suae disciplinae perscrutabatur, semper habebat tamquam animae immortalis instrumentum et opus palmare Sapientiae Divinae, Dei scilicet qui Amor est. Cum Eo loquebatur Iosephus Moscati omni illo candore et simplicitate quam infans prae se ferre solet; Eum etiam dispiciebat in terrarum pulchritudine; at praecipue Eum in hominibus reperiebat et quidem potissimum in infirmis, qui quasi quaedam figura erant Christi patientis.

Medicus ipse professionem suam convertit in apostolatus regionem, in caritatis exercendae munus, in rationem sui ipsius ad Deum attollendi aliosque homines Christo Domino lucrandi. Praeceptor ipse in studiorum universitate reliquit inter discipulos proprios semina et fundamenta maximae admirationis non tantum propter doctrinam praestantissimam sed etiam ac praesertim propter exemplar puritatis morum, interioris claritatis atque animi officiis deditissimi. Doctus ipse pertinuit ad primum eruditorum ordinem ac famam sibi comparavit ex operibus per orbem dilaudatis, ex itineribus confectis, ex lucidis certisque aegrotationum iudiciis et tandem ex audacibus ac venturorum progressuum vere praenuntiis experimentis. Vixit igitur bene omnibus faciens ad Medici animarum Divini exemplum *(Act.* **10, 38). Nihil proinde admirandum est quod sanctimoniae laus Iosephi Moscati, qua vivus etiam ornabatur, continenter post mortem die xn Aprilis MCMXXVII percrebuit, et quod beatificationis nec non canonizationis causa adeo cito suscepta est. Processibus ergo canonicis rite institutis feliciterque perfectis, beatificationis et canonizationis causa introducta est die vi mensis Martii anno MCMXLIX. NOS autem plane constare ediximus de virtutibus theologalibus et cardinalibus ab eo heroum in modum cultis ; quod die x mensis Maii anno MCMLXXIII fecimus.**

Exercita deinde quaestio est de miraculis quae, eodem intercedente, a Deo ferebantur patrata. De quibus cum perdiligenter disputatum esset in peculiaribus Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum congressionibus, post acceptam a Nobis disceptationum summam postque earum probatum exitum, de duobus miraculis decretum edi iussimus, a Deo certe patratis per intercessionem venerabilis Famuli Dei, die III mensis Octobris, hoc ipso anno.

Die demum Beatificationis, xvi mensis Novembris eodem anno, Eucharisticum Sacrum in Area Petriana fecimus quo ineunte in hanc locuti sumus sententiam : « Nos, vota fratris nostri Conradi Cardinalis Ursi, archiepiscopi Neapolitani, necnon plurium aliorum Fratrum in Episcopatu, multorumque christifidelium explentes, de Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum consulto, auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus, ut Venerabilis Servus Dei Iosephus Moscati Beati nomine in perpetuum appelletur, eiusque festum die ipsius natali duodecimo mensis Aprilis, in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit ».

Quae per has Litteras ediximus firma esse et fore volumus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub anulo Piscatoris, die xvi mensis Novembris, anno MCMLXXV, Pontificatus Nostri tertio decimo.

IOANNES Card. VILLOT, *Secretarius Status*

In Secret. Status tab., n. 293704.

NUNTII GRATULATOMI

I

Ad E.mum P. D. Alfredum Vincentium S. R. E. Cardinalem S eher er, Archiepiscopum Metropolitam Portalegrensem in Brasilia, decem a suscepto sacerdotio condentem lustra.

Brevi, id est III Non. Apriles, ut Nobis allatum est, annum quinquagesimum ages, Venerabilis Frater Noster, a suscepto sacerdotio ; quo sane die circum te saepient, quasi per valium amoris, quotquot te amant : clerus, religiosi, populus, pauperes, communi ac festiva laetitia perfusi. Ad Nos quidem quod attinet, scilicet animo praesentes, has Litteras tibi dari iussimus, ut, loco Nostri, paterni pectoris sensus et affectus quodammodo patefacerent.

Ac primum, de donis tibi gratulamur, quibus egregiis Pater caelestis te cumulavit, maxime de sacerdotio, quo nihil praestantius datum ho-

minibus ; atque de episcopatu, quae est sacerdotii plenitudo et consummatio. Quod si per illud est tua potestas, divina et inaudita, sacra corporis et sanguinis Christi celebrare mysteria, per episcopatum tantum auctoritatis attributum est tibi, ut christianum populum, quem « Christus acquisivit sanguine suo »,* numine et nomine Dei regeres, nempe ad vitam beatam. Qua re in te cadunt illa beati Gregorii Nysseni verba praeclara : « Qui igitur unus e multitudine ac plebe eras, repente reddens praeceptor, praeses, doctor pietatis, mysteriorumque latentium praesul ».[2]

Sed et alia est gratulandi causa : hi sunt fructus quos arbor tua attulit. Non enim tu, Venerabilis Frater Noster, defossa terra, talenta abscondisti quae Deus dedisset, sed industria, labore, sudore, constantia tua auxisti, ut plane documento sunt tum coetus fidelium a te constitutus, quem vestra lingua dicitis « Assembleia Constituyente do Sinodo do Povo de Deus », quique multum continet utilitatis ; tum Seminarium maius, quod solliciti pastoris more condidisti ac patris amore curasti; tum collegium christianae institutioni provehendae; tum denique cleri iusta copia, quem semper habuisti socium laborum tuorum. Ceterum, acroases a te ad televisionem habitae, et providentia tua de re oeconomica in cleri subsidium, et societatis ad missiones catholicas fovendas, pro temporum discrimine satis florentes, aliaque coepta ultro ostendunt quantopere dioecesi exercendae allaboraveris. Non quod difficultatibus carueris, sed Dei munere semper eas evicisti; quod in spem inducit bonam atque divitem.

Placet etiam egregias ingenii et animi tui virtutes in lumine collocare : pietatem, dicimus, et prudentiam, et scientiam, et studium aere quaerendae Dei gloriae, cum bono animorum coniunctae. Item laudi tibi cedit amor erga Christi Vicarium et hanc Apostolicam Sedem, « e qua venerandae communionis iura in omnes dimanant ».[3]

His de rebus et gaudemus, et gratulamur; et bona, felicia, fausta omnia ominamur; id simul hortantes, ut pergas quo coeperis. Roboret autem te Christi gratia, pastorum pastoris, et Benedictio Nostra Apostolica, quam tibi, Auxiliaribus tuis, clero, potestatibus civilibus, populoque cuncto impertimus archidioecesis tuae Portalegrensis in Brasilia, carissimae Nobis.

Ex Aedibus Vaticanis, die xv mensis Martii, anno MCMLXXVI, Pontificatus Nostri tertio decimo.

PAULUS PP. VI

[1] *Act.* 20, 28.
[2] Orat. in diem lum.
[3] S. Ambr. *Ep.* 11, 4.

II

Ad E.mum P. D. Franciscum S. R. E. Cardinalem Carpino, quinque implentem lustra ex quo ad episcopalis ordinationis fastigium evectus est.

Facta postmodum, die 12 mensis Iulii a. 1975, Summo Pontifici Paulo VI de omnibus praemissis relatione per me subscriptum a Secretis Congregationis, Sanctitas Sua vota Patrum Cardinalium excipiens rataque habens, mandavit ut decretum appararetur super praedicta mira sanatione; fecitque insimul, ad supplices enixasque Causae actorum preces, benignam dispensationem ab altero iure requisito miraculo, ita ut ad sollemnem ipsius Venerabilis Servae Dei beatificationem uno tantum miraculo deveniri posset.

Hoc demum die, accitis ad Se infrascripto Pro-Praefecto, et Rev.mo Cardinali Humberto Mozzoni, Causae Ponente seu Relatore, meque a Secretis Antistite ceterisque de more convocandis, iisdem adstantibus Sanctitas Sua sententiam pronuntiavit: *Constare de uno miraculo, Venerabili Serva Dei Maria a Divino Corde intercedente, a Deo patrato, nimirum: instantaneae, perfectae constantisque sanationis iuvenis Elisabeth dos Santos a gravissima peritonitide et meningite terminali.*

Hoc autem Decretum in vulgus edi et in S. Congregationis pro Causis Sanctorum acta referri iussit.

Datum Romae, die 3 Octobris, Anno Sacro 1975.

© **CONRADUS BAFILE, Archiep. tit. Antiochen. in Pisidia,** *Pro-Praefectus*

L. © S.

© **Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan.,** *a Secretis*

IV
ALBAE POMPEIEN.

Beatificationis et canonizationis Servi Dei Francisci Chiesa, Canonici ecclesiae cathedralis Albae Pompeiensis.

SUPER DUBIO

An eius Causa introducenda sit

« Presbyteri ... sive orationi et adorationi vacent, sive verbum, praedicent, sive Eucharisticum sacrificium offerant et cetera Sacramenta administrent, sive alia pro hominibus exerceant ministeria, conferunt cum ad gloriam Dei augendam tum ad homines in vita divina provehendos)) (Concil. Oec. Vaticanum II, Decr. *Presbyterorum Ordinis,* n. 2). Huiusce veritatis, ex venerabili Ecclesiae traditione habitae, plene fuit conscius Dei famulus Franciscus Chiesa, cathedralis Albae Pompeiae canonicus, cuius diutina terrestris peregrinatio mirus videbatur fidei et caritatis concentus ex homine Dei procedens, qui iugi oratione in Dei dilectione manet (cfr. *Io.* 15, 9) et inde studiosa pro Christo actuositate in salutem animarum fert fructum multum (cfr. *Io.* 15, 5).

Natus die 2 Aprilis anno 1874 in loco *Monta d'Alba,* dioecesis Albae Pompeiensis et civilis provinciae Cuneensis, parentibus Laurentio Chiesa et Teresia Aloi, biduo post regenerationis undas in novam creaturam factus est, nominibus Francisci et Paschalis receptis. Post infantiae annos domi exactos, novennis in Institutum vulgo «di Don Pavia», Augustae Taurinorum, receptus est, ubi per triennium feliciter puerili institutus est disciplina. In dioecesanum Albae Pompeiae Seminarium anno 1886 admissus, studiorum curriculum cum laude absolvit, veri Christi discipuli nomen sibi promeritus, qui « attendit sibi et doctrinae atque instat in illis, ita ut profectus eius manifestus sit omnibus » (cfr. *1 Tim.* 5, 16. 15).

Ad Presbyteratus Ordinem die 11 Octobris a. 1896 assumptus, Christi amicus fieri per omnia nisus est, eius in intima necessitudine amplius ac antea perseverans, eius verba fideliter considerans, sacrae doctrinae addiscendae se totum dando. Quo « efficacius veritatem promovere posset », ipso testante, studia perficere voluit, theologiae (Ianuae, a. 1897), utriusque iuris (Augustae Taurinorum, a. 1900) et philosophiae (Romae, a. 1901) laureas consecutus, peritiam etiam in linguis Anglica,

Hispanica, Gallica et Germanica sibi procurans. Interea Seminario, ut iuvenes in spem Domini vocatos institueret, addictus fuerat, quo in munere per dimidium fere saeculum perseveravit nova cum veteribus indefesso studio coniungens. Philosophiam inde ab anno 1899 docuit; theologiam autem, ius canonicum, Sanctorum Ecclesiae Patrum doctrinam, aliasque ecclesiasticas disciplinas ab anno 1909 tradidit. Quod non solum perdilectae sibi dioeceseos clericis praestitit, sed etiam iuvenibus Societatis Sancti Pauli Apostoli, quam inde ab origine protexit, sustinuit, fovit, opibus adiuvavit, conditorem Iacobum Alberione in viis Domini et in apostolicis inceptis dirigendo.

Anno 1913 Dei famulus paroeciae SS. Oosmae et Damiani curio atque ecclesiae cathedralis Albae Pompeiensis canonicus renuntiatus fuit, indeque nihil antiquius habuit quam Boni Pastoris imaginem referre qui ad pascua virentia gregem suum ducit et animam suam dat pro ovibus suis (cfr. *Io.* **10, 11). Sui etenim immemor, quae sua erant numquam quaesivit, sed omnium se servum fecit ut omnes lucri faceret (cfr.** *1 Cor.* **9,19). Fidelis Verbi Dei custos et praeco, Evangelium omnibus aucto novoque in dies fervore annuntiabat, catecheticam institutionem colens, directionem spiritualem fovens, omnes fideles ad altiorem Iesu Christi eiusque Ecclesiae cognitionem et dilectionem excitans. Solida doctrina, congrua experientia pastorali et peculiari institutione spirituali et paedagogica praeditus, opportune et importune instabat, increpabat, in omni patientia obsecrabat (cfr.** *2 Tim.* **4, 2), fratres cum fiducia edocendo ac verba vitae exemplis confirmando. Quod si innumera theologica, ascetica et pastoralia opera, tempus sancte impedens, conscripsit, praecipuus eius liber sui ipsius fuit vita, in qua omnes legere poterant quid sit homo Dei, qua ratione ei vivere Christus sit, quo modo ex amanti Deo contemplatione vim haurire possit ad castitatem fideliter diligendam, ad paupertatem opere sectandam, ad laetitiam cordis nullo non tempore cum fratribus, humilioribus praecipue et derelictis communicandam. In sacras Scripturas meditandas etenim assidue incumbebat; Liturgiam, praesertim Eucharisticum sacrificium, vitae fontem habebat; duas cotidie in adoratione horas ponebat, cum oratione vitae austeritatem et disciplinam coniungens, ut sibi mortuus, Deo cum ovibus sibi creditis viveret.**

Virtutis, sapientiae et prudentiae laude insignis, anno 1933, sede episcopali Albae Pompeiensi ex defuncto pastore vacante, administrator apostolicus dioeceseos renuntiatus fuit, munus ad exemplum per semestre suetis officiis addendo, nihil innovans in humili vitae ratione,

Deo glorificando et hominibus sanctificandis ex integro dicatae. Per suam ipsius exsistentiam cum Apostolo Gentium fateri videbatur : « Nihili facio animam meam pretiosam mihi, dummodo consummem cursum meum et ministerium quod accepi a Domino Iesu » *(Act.* **20, 24).**

Haec dum operatur, quae quidem retro erant obliviscens, ad ea autem quae ante erant extendens se, ad destinatum prosequebatur, ad bravium supernae vocationis Dei in Christo Iesu (cfr. *Ph.* **3, 13-14). Et in via Domini currens, corpus suum in servitutem redigebat (cfr.** *1 Cor.* **9, 27). Fidelis enim servi animam ut aurum in fornace probavit Deus, qui iuvenis adhuc fortes tentationes perpessus est et (ducta, oratione et lacrimis)) ad victoriam pervenit. Cum ad iracundiam natura traheretur, diutina ascetica exercitatione eam animi mansuetudinem Deo auxiliante assequi valuit ut dulcis Francisci Salesii imaginem referre videretur, quem sibi magistrum et exemplar elegerat.**

Itaque in Dei servitio viribus non deficiens, iuvenili spiritu ad longaevam usque aetatem in theologicis disciplinis tradendis, animabus in viis Domini moderandis, gregi sibi commisso verbo et exemplo in pascua virentia ducendo fortiter et suaviter institit, donec brevi infir mitate consumptus, animam Deo pro ovibus offerens, ad superos die 14 Iunii anno 1946 Albae Pompeiae vocatus est, fidelibus et ecclesiasticis viris sanctitatem eius uno ore exfolientibus.

Quae sanctitudinis opinio in dies increbruit atque longe est diffusa. Quapropter apud Curiam episcopalem Albae Pompeiensis instructi sunt annis 1959-1964 processus informativus super fama sanctitatis vitae, virtutum et miraculorum in genere, super scriptis et super cultu liturgico eidem Famulo Dei non praestito. Qui processus absoluti Romam apud Sacram tunc Rituum Congregationem sunt transmissi. Interim plures Postulatoriae litterae ad Summum Pontificem pervenerunt, quibus Causae introductio apud Apostolicam Sedem expostulabatur. Et Sacra eadem Congregatio, scriptis eidem Servo Dei tributis attente perpensis, die 1 mensis Iunii a. 1968 nihil obstare decrevit quominus ad ulteriora Causa progrederetur.

Instante itaque Rev.do Domino Stephano Lamerá, Piae Societatis a Sancto Paulo Apostolo sacerdote huiusque Causae sedulissimo postulatore, Congressus Peculiaris S. Congregationis pro Causis Sanctorum die 17 Februarii anni huius habitus est, quem secuta est Congregatio Peculiaris Patrum Cardinalium die 29 Aprilis eodem anno, in qua Em.mus ac Rev.mus Dominus Silvius Oddi, Causae Ponens seu Relator, dubium posuit disceptandum : *An introducenda sit Causa Servi*

Dei Francisci Chiesa, in casu et ad effectum de quo agitur. **Et Patres Cardinales, re diligenti studio perpensa, responderunt affirmando, si Summo Pontifici placuisset.**

Facta demum Paulo Papae VI de praedictis omnibus relatione per Cardinalem Aloisium Raimondi, tunc Praefectum, in Audientia eidem concessa die 23 mensis Maii a. 1975, Sanctitas Sua rescriptum Em.morum Patrum Cardinalium ratum habuit et confirmavit.

Datum Romae, die 28 Octobris, Anno Sacro 1975.

© CONRADUS BAFILE, Archiep. tit. Antiochen. in Pisidia,
Pro-Praefectus

L. © S.

® Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan,, *a Secretis*

V

MEDIOLANEN.

Beatificationis seu declarationis martyrii Servi Dei Ioannis Baptistae Mazzucconi, sacerdotis Pontificii Instituti pro Missionibus Exteris, in odium fidei, uti fertur, interempti.

SUPER DUBIO

An eius Causa introducenda sit

Natus est Famulus Dei in loco cui vulgo nomen *Rancio di Lecco,* **Mediolanensis intra fines archidioeceseos, die 1 mensis Martii anno 1826, nonus inter duodecim quos genuerunt liberos Iacobus Mazzucconi et Anna Maria Scuri, legitimi pietateque conspicui coniuges. Sacra baptismatis aqua ablutus, Christo renatus est postridie, nominibus impositis Ioanne Baptista Albino. Qui catholicae fidei a prima aetate imbutus documentis sancteque ad fortia pro Christo agenda et patienda institutus, adulescens Deo vocanti generose respondit et archiepiscopale Mediolanense S. Petri Martyris seminarium anno 1840 ingressus, pietate, comitate, caritate studioque doctrinarum enituit, dignus qui** *optime in moribus, optime in omnibus* **egisse iudicatus fuerit. Anno 1844 ad philosophicum in urbe Modoëtia situm seminarium transiit, et** *ibi* **quoque morum suavitate, pietate in Eucharistiam et in Deiparam Virginem, studiorum fervore sodales praecedens, qui non sine magna admiratione eum saepe dicentem audiebant :** *Facere non possum quin para-*

disi memoria perpetuo tenear. Post biennium studiis theologicis in Mediolanensi seminario operam coepit dare, ad christianam quoque perfectionem fideliter contendens zeloque animarum succensus, praesertim lectione rerum gestarum sacerdotum, qui in Sinarum ac Tunquini regionibus martyrium fecerunt.

Pietatis magistri consilio suffultus, in missionale sacerdotium definite animum induxit; quapropter, post susceptum Diaconatum, precatorias ad Angelum Ramazzotti, episcopum Papiensem, misit litteras ut in Seminarium pro exteris missionibus, quod Mediolani tunc instituendum audierat, reciperetur.

Die 25 Maii a. 1850 sacerdotii ordine auctus, haud multo post novo Instituto ab eodem Angelo Ramazzotti recens condito nomen dedit, et inter primos fuit qui anno 1852 patriam dereliquerunt et ad longinquam Melanesiae ac Micronesiae insularum missionem profecti sunt. Longo et operoso maris itinere peracto, die 26 Iulii eodem anno ad Sydneyensem in Australia urbem appulit, indeque, post trimestrem apud Patres Maristas exspectationem, insulam *Rook,* quae in sinu est posita inter Novam Guineam et Novam Britanniam, petiit, ubi cum Praefecto Apostolico, eiusdem Seminarii Mediolanensis alumno, centrum portionis missionalis erat constituendum.

Inde a primis diebus linguae addiscendae moribusque cognoscendis autochthonum se dedit, caritatis familiaritate ad omnes pro posse appropinquando, ut aliqualem viam Evangelio pararet, quae ardua nimis diros inter illos populos videbatur, sine ulla spiritualium fructuum spe. Quod quidem expertus, animo non defecit, quin potius ad Deum fidentius recurrebat et in oratione perseverabat, probe sciens sine Christo apostolum facere posse nihil (cf. *Io.* 15, 5). Vividius quoque in apostolicum incumbebat opus, infirmiore non obstante in dies valetudine, febribus oceanicis, quas vocant, et praecipue cordis duritie indigenarum dire vexata. Quae cum in peius in dies verteretur, in Australiam ut vires reficeret, exeunte mense Ianuario a. 1855, missus est et in urbe *Sydney* apud Maristas, per quadrimestre saluti curandae prospexit. Interea autem, dum valetudinem suam curat, studio se dedit impensumque inter immigratos in Australiam Italos exercuit apostolatum, de eorum sollicitus negotiis eosque cunctis in necessitatibus, praesertim spiritualibus, adiuvando.

Viribus aliquatenus refectis, Famulus Dei die 18 Augusti a. 1855 navim conscendit dilectam suam missionem versus, stationem ad Woodlark insulam facturus, ubi consodales e Seminario Mediolanensi con-

cessisse noverat. At primis, uti conicitur, diebus mensis Septembris cum navis ad insulam *WoodlarJc* pervenit, sinum maritimum attingens, in coralliorum scopulum offendit. Dei Servus consodales omnes Sydneyum profectus esse vix a quodam antiquo catechumeno, Puarer nomine, nosse potuit ; ac deinde a turba autochthonum obrutus, qui festine navim ascenderant, securi occisus est in odium, uti videtur, quod iidem iampridem in missionales et in catholicam religionem conceperant atque in dies foverant. Fortis Christi athleta sanguinis effusione testis reddebatur verae germanaeque fratrum dilectionis pro quibus animam ex Dei amore ponere diutino sui donationis studio didicerat. Quod, divina disponente Providentia, novem a dira nece exactis mensibus, a praefato Puarer cuidam sodali Servi Dei relatum est, scilicet Patri Timoleni Raimondi, qui, periculis spretis, forti animo ad sinum Woodlark usque concesserat lacrimabilis eventus veritatem perquisiturus.

Martyrii fama, quae post Servi Dei obitum magis in dies increbruit, ad nostra usque tempora perseveravit. Quapropter die tandem 10 Aprilis a. 1959 instrui coepti sunt apud Curiam archiepiscopalem Mediolanensem processus ordinaria auctoritate super fama martyrii Servi Dei, super eius scriptis et super cultu liturgico eidem non praestito; qui absoluti Romam transmissi sunt riteque aperti apud Sacram tunc Rituum Congregationem. Interim plurimae ad Summum Pontificem postulatoriae litterae pervenerunt, quibus petitum-est ut Causa beatificationis Servi Dei apud Sedem Apostolicam introduceretur.

Servatis itaque de iure servandis, scriptis Servo Dei tributis rite perpensis, Sacra eadem Rituum Congregatio die 10 Decembris a. 1964 ut ad ulteriora procedi posset, Paulo Papa VI probante, edixit. Cum vero in processu ordinario post saeculum celebrato, testes vocati non fuerint de visu seu oculati, Causa Servi Dei studio Sectionis Historicae eiusdem Sacrae Congregationis die 24 Maii a. 1965 commissa est. Quae documentis et testimoniis scriptis undique diligentissime collectis eorumque authenticitate et valore in tuto positis, amplam. Positionem, servatis normis de tractatione Causarum, quae vocantur, historicarum, digessit. Quae Positio super introductione causae et martyrio ex officio concinnata iudicio critico Consultorum Officii historici-hagiographici Sacrae interea institutae Congregationis pro Causis Sanctorum die 10 mensis Decembris anno 1969 subiecta fuit. /

Quapropter, instante Rev.do Patre Francisco Frumento, Pontificii Instituti pro missionibus exteris postulatore generali, habitus est, die 7 Februarii anni 1975, Congressus Ordinarius huius Sacrae Congrega-

tionis, quem secuta est, die 29 Aprilis eodem anno, Congregatio, quae dicitur, Peculiaris, in qua Em.mus ac Rev.mus Dominus Sergius Cardinalis Pignedoli, Causae Ponens seu Relator, dubium posuit disceptandum : *An introducenda sit Causa beatificationis seu declarationis martyrii, in casu et ad effectum de quo agitur.* **Et Patres Cardinales, re mature perpensa, sua quisque suffragia protulerunt, respondentes Causam esse introducendam, si Summo Pontifici placuisset.**

Facta postmodum hisce super rebus Summo Pontifici Paulo VI fideli relatione per Cardinalem Aloisium Raimondi tunc Praefectum, die 23 mensis Maii a. 1975, in Audientia eidem concessa, Sanctitas Sua responsum Patrum Cardinalium ratum habuit et confirmavit, edicens Causam Servi Dei Ioannis Baptistae Mazzucconi esse introducendam.

Datum Romae, die 28 Octobris, Anno Sacro 1975.

© CONRADUS BAPILB^ Archiep. tit. Antiochen. in Pisidia,
Pro-Praefectus

L. © S.

© Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., *a Secretis*

VI

PARMEN.

Beatificationis et canonizationis Servae Dei Mariae Lucretiae Zileri, confundatricis et priorissae generalis Congregationis Sororum Ursulinarum a S. Corde Parmensium.

SUPER DUBIO

An eius Causa introducenda sit

Parmae, die 1 mensis Augusti anno 1839, parentibus comitibus Iulio Zileri et Lucretia Dal Verme, nata est Serva Dei, nomine Drusillae in baptismate ab eis donata, quos primos christianae vitae magistros, una cum sororibus a S. Ursula, habuit. Nam decennis iisdem Ursulinis instituenda tradita, post quasdam primis temporibus difficultates, facile sese ad omnia accommodavit, mentem et cor sacris humanisque disciplinis aperiens, et simul de Dei circa se voluntate humiliter inquirens.

Anno 1858, post aliquot menses domi transactos, de Deo vocante nihil dubitans, in praefatarum Ursulinarum asceterium postulans re-

cipi petiit, dieque 7 Augusti, eodem anno, novitiatus tirocinium ingressa est; quo laudabiliter emenso, die 21 Novembris 1859 votum privatum castitatis et perseverantiae — ut tunc mos erat — nuncupavit, atque habitum una cum novo nomine *Maria Lucretia* accepit, nemine ex sanguine sibi coniunctis praesente, qui frustra durante novitiatu eam a proposito Deo se in eo Parmensi asceterio dicandi dimovere voluerant, cum, politicis eventibus cogentibus, urbem ipsi derelinquere debuerant. Cum sibi persuasum esset Deum ex ea velle ut humiliter eo in coenobio ad perfectionem caritatis intenderet, non contulit cum carne et sanguine (cfr. *Gal.* 1, 16), de Dei placitis faciendis dumtaxat sollicita.

Per plus decennium humilibus domus officiis addicta, spiritu laetabunda omnium serva in Christo exstitit, donec puellis instituendis praefecta fuit (a. 1871), novitiarum magistra renuntiata (a. 1878) ac denique, anno 1886, electa ad vices agendas Priorissae quae ad vitam munere fungebatur at senio confecta erat. Eadem vita iuncta, Priorissa anno 1891 constituta est, iterum ac tertio in idem officium annis 1900 et 1911 assumpta.

Dei voluntatem in sodalium et superiorum voce conspiciens, in Institutum recte gubernandum tota sollicite incubuit, nihil antiquius habens quam iuvenum Sororum institutioni omni cura prospicere, Christi amorem in eis confovere, doctrinali illarum formationi providere, communitati confirmandae et amplificandae totis viribus consulere. Parmensem enim S. Ursulae familiam, ex piis mulieribus in communi aliquatenus in unica domo inde ab anno 1575 viventibus, in religiosam Congregationem transformandam curavit, castitatis et perseverantiae voto, quo dumtaxat ab origine piae « dominae » se Deo dicabant, adiecta et paupertatis et obedientiae professione, novis ad hoc multo studio redactis Constitutionibus, anno 1899 a Sancta Sede approbatis. Religiosas Instituti sui domus alibi etiam erexit, prae primis Mediolani, Dei Famulo Andrea Cardinali Ferrari auxiliante, qui Parmensem Congregationem protegendam susceperat et Mariam Lucretiam magni semper fecit. Pro certo habens mulieres non modicam in nova christiana societate constituenda partem habituras, easque multo amplius ex sua ipsarum vocatione et altiore efformatione operari posse ac debere, puellis instituendis recentioribus etiam adhibitis formis ac mediis sedula attentione Sorores suas et in urbium collegiis et in parvorum oppidorum scholis addixit, maxime curans ut adulescentes christiana doctrina et simul litteris et femineis artibus perapte

imbuerentur. Congregationis anima et altera fundatrix, Sorores universas materne sustinebat et confortabatur, eas ad fidei et caritatis sensus excitans, quibus et ipsa in omnibus vivere supernaturaliter enitebatur, omnia pro posse — ad scholam Sancti Ignatii de Loyola, cuius spiritum normam perfectionis sequebatur — ad maiorem Dei gloriam ordinans.

Quo maior Instituti esset vigor et apostolica actio fecundior, omnia pro facultate egit ut religiosa sua familia cum Familia Piacentina item a S. Ursula ad unam Congregationem efformandam deveniret, quod anno 1920, Sancta Sede « ad experimentum » approbante, feliciter factum est. Maria Lucretia Zileri tunc priorissa donec viveret, ex voluntate Benedicti XV, renuntiata est; mater vero Maria Felix Radini-Tedeschi, Instituti Piacentini moderatrix, superiorissa generalis. Inde, iam senex, Maria Lucretia virtutibus excolendis impensius se addixit, haud remotum Caelestis Sponsi adventum persentiens, in cuius occursum cum lampade accensa virgo prudens tota inhiabat. Cum Deo iugis orationis studio coniuncta videbatur, ex Dei contemplatione patientiam in infirmitatibus hauriens, plenam in Dei voluntates resignationem ac consilii donum, quo mira vere prudentia filias adiuvabat, easdem ad fortia pro Christo eiusque Ecclesia agenda adhortando. Etsi duarum familiarum religiosarum unio fragili» omnino videbatur — anno etenim 1923 utraque suam independentiam iterum assecuta est —, tamen caritatis et oboedientiae forma omnibus erat, cum omnibus etiam consodalibus ignem apostolicum communicans, quem filiae, triennio a Matris morte exacto, ad Sinarum usque missiones ferre debebant.

Senio brevique morbo correpta, die 3 Augusti a. 1923 Serva Dei Parmae pie in Domino obiit, Sororibus notisque desideratissima, qui Deo speciali modo caram eam censebant, christianarum virtutum mirabile exemplar, mulierem fortem cuius opera Sororum Parmensium Sanctae Ursulae domus novam vitam spiritualem novamque faciem canonicam assecuta erat.

Sanctitatis fama qua Serva Dei vivens inclaruerat late post eius obitum diffusa est, supervenientibus quoque prodigiis, uti fertur, per eiusdem intercessionem a Deo patratis. Quapropter processus ordinaria potestate in Curia Parmensi, annis 1938-1945, super fama sanctitatis vitae, virtutum et miraculorum in genere, super scriptis necnon super cultu liturgico non exhibito Servae Dei instructi sunt, quibus additus est rogatorialis processus apud Urbis Vicariatum anno 1940 adornatus. Quae canonicae inquisitiones Romam transmissae sunt ad

Sacram tunc Rituum Congregationem. Plures interea Em.mi Patres Cardinales, Exc.mi Archiepiscopi et Episcopi, Supremi congregationum religiosarum Moderatores, parochi virique laici praestantissimi in auctoritate constituti, Summo Pontifici instantes adhibuerunt preces ut Causa beatificationis Servae Dei rite introduceretur.

Quare, scriptis Famulae Dei tributis perpensis, eadem Sacra Congregatio die 19 Decembris a. 1963 edixit nihil obstare quominus ad ulteriora procederetur.

Servatis itaque omnibus de iure servandis, ad instantiam Rev.di P. Nelli Dalle Vedove, Congregationis a Ss. Stigmatibus D.N.I.Ch. atque Causae huius postulatoris legitime constituti, habitus est, die 19 Decembris a. 1974, Congressus Peculiaris Praelatorum Officialium Patrumque Consultorum, quem, die 29 Aprilis insequentis anni 1975, secuta est Congregatio Peculiaris Patrum Cardinalium, in qua Em.mus ac Rev.mus Dominus Marius Nasalli Rocca di Corneliano, Causae Ponens seu Relator, dubium discutiendum posuit : *An introducenda sit causa beatificationis in casu et ad effectum de quo agitur,* **deque ea rettulit. Et Em.mi Patres Cardinales, re diligenti studio perpensa, respondere rati sunt :** *Affirmative,* **seu** *Causam introducendam esse, si Summo Pontifici placuerit.*

Quibus de rebus facta Summo Pontifici Paulo VI fideli relatione per Cardinalem Aloisium Raimondi, tunc Praefectum, in Audientia diei 23 Maii a. 1975 eidem concessa, Beatissimus Pater responsum Patrum Cardinalium ratum habuit et confirmavit.

Datum Romae, die 28 Octobris, Sacri Iubilaei Anno 1975.

® CONRADUS B AFILE, Archiep. tit. Antiochen. in Pisidia,
Pro-Praefectus

L. & S.

© Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., *a Secretis*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis

ROMANA

Nullitatis matrimonii (Morganti - Gattone)

Cum ignoretur locus actualis commorationis dominae Veneris Claridis Gattone, conventae in causa de qua supra, eandem citamus ad comparendum aut per se aut per Procuratorem legitime constitutum coram Tribunali S. Romanae Rotae (Piazza delia Cancellería, n. 1 - Roma), in diem 14 iunii 1976, hora decima, pro concordatione vel subsignatione sequentis dubii :

An sententia Rotalis diei 8 iulii 1975 confirmanda vel infirmanda sit, in casu.

Ordinarii locorum, Parochi, et fideles, qui notitiam habuerint actualis commorationis praedictae dominae Veneris Claridis Gattone, curare debent ut ipsa de hac edictali citatione rite moneatur.*

Marius F. Pompedda, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 1 mensis aprilis a. 1976.

Raphael Funghini, *Notarius*

*** Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M.me Vénus Claride Gattone, défenderesse en cette cause, nous la citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria), le 14 juin 1976, à 10 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté :**

La sentence du Tribunal de la Rote en date du 8 juillet 1975, doit-elle être confirmée ou infirmée, dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence de ladite M.me Vénus Claride Gattone, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Lunedì, **5** Aprile 1976, il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Signor **JORGE SILES SALINAS**, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario di Bolivia.

Giovedì, **8** Aprile **1976,** il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in Visita Ufficiale Sua Eccellenza **MOHAMED ANWAR EL SADAT,** Presidente della Repubblica Araba di Egitto.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

10 aprile 1976. S. E. Mons. Moreira Ne ves Lucas, Vescovo tit. di Feradi maggiore e Vice-presidente del « Consilium de Laicis», *Membro olei Consiglio della Segreteria Generale del Sinodo dei Vescovi.*

13 » » Il Rev. Dott. Cornejo Pérez Francisco, *uditore del Tribunale della Rota presso la Nunziatura Apostolica in Spagna.*

Con Breve Apostolico il Santo Padre Paolo VI ha nominato:

Assistente al Soglio Pontificio:

12 gennaio 1976. S. E. Mons. Ijjas Jozsef, Arcivescovo di Kalocsa.

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

Protonotari Apostolici soprannumerari:

14 novembre 197ñ. Mons. Hawkes Benjamin G. (Los Angeles).
22 » » Mons. Grillo Espedito (Alife). ;
7 gennaio 1976. Mons. Karlik Wladislaus (Czçstochowa).
9 febbraio » Mons. Giglio Paolo *(Malta).*
4 marzo » Mons. De Luca Bonaventura (Chieti).
5 » » Mons. Peressin Mario (Concordia-Pordenone).

Prelati d'onore di Sua Santità:

19	aprile	1975.	**Mons. Mouch Frank (Saint Petersburg).**
3	luglio	»	**Mons. Haltmayer Joseph.**
.14	novembre	»	**Mons. Barry William J. (Los Angeles).**
»	»	»	**Mons. Birch John J. (Los Angeles).**
		»	**Mons. Daly Dominio (Los Angeles).**
		»	**Mons. Fosselman John A. (Los Angeles).**
»	»	»	**Mons. Gerken Carl A. (Los Angeles).**
»	»	»	**Mons. Kiefer Arthur Thomas (Los Angeles).**
»	»		**Mons. Kielty Daniel F. (Los Angeles).**
			Mons. Burke William P. (New York).
»		»	**Mons. Cockerill James F. (New York).**
			Mons. Cronin Daniel J. (New York).
»	»		**Mons. Crotty John F. (New York).**
	»	»	**Mons. Foster Raymond J. (New York).**
»		»	**Mons. Gorman William A. (New York).**
»		»	**Mons. McEnaney Owen J. (New York).**
»		»	**Mons. Moore Joseph P. (New York).**
		»	**Mons. Schroeder Walter L. (New York).**
			Mons. Shannon Philip P. (New York).
»		»	**Mons. Wallace Anthony T. (New York).**
»			**Mons. Waszak Leo J. (New York).**
24		»	**Mons. Hackl Francesco (Linz).**
»	»	»	**Mons. Grgin Matteo (Split-Makarska).**
		»	**Mons. Melki Giuseppe (Split-Makarska).**
29		»	**Mons. Adams Joseph (Mobile).**
»	»	»	**Mons. Aucoin Oharies F. (Mobile).**
»	»	»	**Mons. Jennings Joseph (Mobile).**
		»	**Mons. O'Connor Francis 0. (Mobile).**
»	»	»	**Mons. O'Hara John (Mobile).**
»	»	»	**Mons. Toomey Joseph P. (Mobile).**
10	dicembre	»	**Mons. Bernacchia Giuseppe (Fermo).**
»	»	»	**Mons. Perfetti Orlando (Fermo).**
11	»	»	**Mons. Gruber Francesco (Sankt Pölten).**
6	gennaio	1976.	**Mons. Mullor García Justo (Almería).**
7	»	»	**Mons. Johannes (Bassein).**
»	»	»	**Mons. Trochim Joannes (Wilno).**
»	»	»	**Mons. Szlegier Henricus (Wilno).**
»	»	»	**Mons. Wojciechowski Miecislaus (Wloclawek)**
28	»		**Mons. White Thomas (Ossory).**
29	»	»	**Mons. Dyba Johannes (Köln).**
»	»	»	**Mons. Martino Renato Raffaele (Salerno).**
»	»	»	**Mons. Puente Pablo (Santander).**
8	febbraio	»	**Mons. Varone Michele (Mileto).**
»	»	»	**Mons. Iannelli Gioacchino (Tropea).**
	»		**Mons. Loiacono Michele (Tropea).**

Cappellani di Sua Santità:

11	ottobre	1974.	**Mons. Elliott John (Sonthwark).**
»	»	»	**Mons. McG-ettrick James (Sonthwark).**
21	giugno	1975.	**Mons. Valentiny Geza (Feldkirch).**
14	novembre	»	**Mons. Barry John (Los Angeles).**
»	»	»	**Mons. Naughton John T. (Los Angeles).**
24	»	»	**Mons. Kristof Michael (G-urk).**
»	»	»	**Mons. Gradauer Pietro (Linz).**
»	»	»	**Mons. Humer Giuseppe (Linz).**
25	»	»	**Mons. Bego Frane (Split-Makarska).**
»	»	»	**Mons. Kusié Ante (Split-Makarska).**
»	»	»	**Mons. Radica Rafael (Split-Makarska).**
»	»	»	**Mons. Skobalj Ante (Split-Makarska).**
»	»	»	**Mons. Vlasié Daniel (Split-Makarska).**
29	»	»	**Mons. Friend William B. (Mobile).**
»	»	»	**Mons. Klepac Kenneth J. (Mobile).**
»	»	»	**Mons. McGuinness Michael J. (Mobile).**
9	dicembre	»	**Mons. Meier Giovanni (Regensburg).**
»	»	»	**Mons. Stich Alois (Regensburg).**
10	»	»	**Mons. Fedeli Serafino (Fermo).**
»	»	»	**Mons. Hehenkamp Konrad (Osnabrück).**
»	»	»	**Mons. Rehme Joseph (Osnabrück).**
»	»	»	**Mons. Tebbel Karl Wilhelm (Osnabrück).**
7	gennaio	1976.	**Mons. Kawalec Blasius (Czçstochowa).**
»	»	»	**Mons. Kochanowski Vincentius (Czçstochowa).**
»	»	»	**Mons. Kowalski Joannes (Czçstochowa).**
»	»	»	**Mons. Dziubina Stephanus (Koszalin-Koiobrzeg).**
»	»	»	**Mons. Ziólek Wladislaus (Lodz).**
»	»	»	**Mons. Wojciechowski Thaddeus (Lwów).**
»	»	»	**Mons. Gogolewski Thaddeus (Warszawa).**
»	»	»	**Mons. Majewski Maximilianus (Warszawa).**
»	»	»	**Mons. Piotrowski Antonius (Warszawa).**
»	»	»	**Mons. Dudek Vincentius (Wloclawek).**
»	»	»	**Mons. Kania Thaddaeus (Wloclawek).**
23	»	»	**Mons. Castano Giuseppe (Nicosia).**
»	»	»	**Mons. Grippaldi Giuseppe (Nicosia).**
»	»	»	**Mons. Lo Cascio Giacomo (Nicosia).**
31	»	»	**Mons. Ender Erwin (Münster).**
8	febbraio	»	**Mons. Ammendolia Giovanni (Mileto).**
»	»	»	**Mons. Brindisi Onofrio (Mileto).**
»	»	»	**Mons. Lagana Francesco (Mileto).**
»	»	»	**Mons. Pugliese Giuseppe (Mileto).**
»	»	»	**Mons. Pullella Leopoldo (Mileto).**
»	»	»	**Mons. Tarzia Michele (Mileto).**
»	»	»	**Mons. Staropoli Domenico (Nicotera).**
»	»	»	**Mons. Ruffa Gerardo (Tropea).**
9	»	»	**Mons. Padilla Osvaldo (Cebú).**
»	»	»	**Mons. Roch-Gaudin Jean (Chicoutimi).**

9 febbraio 1976. Mons. Bertello Giuseppe (Ivrea).

» » Mons. Kabongo Enrico (Luluabourg).

» » Mons. Celli M. Claudio (Rimini).

» » Mons. Lucibello Antonio (Rossano).

10 » » Mons. Bernardini Adriano (Roma).

25 » » Mons. Colosimo Antonio (Rossano).

27 » » Mons. Bottari de Castello Alberto (Treviso).

22 marzo » Mons. Bauer Gerhard (Augsburg).

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Paolo VI ha conferito :

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

21 gennaio 1976. A S. E. Thorn Gaston (Luxembourg).

La Gran Croce dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

***23* settembre 1975. Al sig. Fugger Joseph Ernest (Augsburg).**

4 gennaio 1976. Al sig. Roppe Louis (Hasselt).

21 » » Al sig. Veronese Vittorino (Roma).

La Gran Croce dell'Ordine di san Silvestro Papa:

21 gennaio 1976. Al sig. Ambrosini Gaspare (Roma).

29 » » Al sig. Vranken André J. *(Belgio).*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha conferito :

Il Cavalierato dell'Ordine Piano:

15 dicembre 1975. Al sig. Albani di Castelbarco Marcabruno (Pesaro).

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

18 luglio 1975. Al sig.

» » » Al sig.

22 agosto Al sig.

» » » Al sig. io (Wien).

18 settembre » Al sig. Wien).

4 novembre » Al sig. *(Filippine).*

7 » » Al sig.

3 dicembre » Al sig.

4 » » Al sig.

8 » » Al sig.

» » » Al sig.

9 » » Al sig.

21 gennaio 1976. Al sig.

» » » Al sig.

3 marzo » Al sig.

La Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

27 novembre 1975. Al sig. Schambeck Herbert (Wien).
28 » » Al sig. Szmitkowski Thaddée (Lausanne, Genève et Fribourg).
18 dicembre » Al sig. Boganelli Eleuterio (Borna).
21 gennaio 1976. Al sig. de Habicht Mieczyslaw (Roma).

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

11	**giugno**	1975.	**Al**	**sig. Aycinena Salazar Pedro** *(Guatemala).*
19	»	»	**Al**	**sig. Müller Hermann (Köln).**
»	»		**Al**	**sig. Gélamur Jean (Versailles).**
20	»	»	**Al**	**sig. Mad Giovanni (Eisenstadt).**
13	**luglio**		**Al**	**sig. Schorn Franz Hubert (Köln).**
28	»		**Al**	**sig. Günther Bernhard (Köln).**
13	**agosto**	»	**Al**	**sig. Dillon James Matthew (Achonry).**
22	»	»	**Al**	**sig. Chorinsky Victor (Wien).**
»		»	**Al**	**sig. Esterhazy Paolo (Wien).**
»	»		**Al**	**sig. Proksch Adolfo (Wien).**
15	**settembre**	»	**Al**	**sig. Dawidowicz Antonio (Salzburg).**
29		»	**Al**	**sig. Donovan Walter (Springfield).**
»	»		**Al**	**sig. McDonnel Patrick (Springfield).**
»		»	**Al**	**sig. Tumpane Sohn (Springfield).**
9	**ottobre**	»	**Al**	**sig. Nattas Jamil** *(Libano).*
12	»	»	**Al**	**sig. Dwyer John (Sydney).**
24		»	**Al**	**sig. Coppola Edgardo (Isernia e Venafro).**
»			**Al**	**sig. Jannelli Armando (Kampala).**
30	»	»	**Al**	**sig. Bonato Vincenzo (Padova).**
»			**Al**	**sig. Carretta Michele (Padova).**
3	**novembre**		**Al**	**sig. Tagliaferri Edgardo (Milano).**
4	»	»	**Al**	**sig. Kläring Francesco (Salzburg).**
»			**Al**	**sig. Wagner Giovanni (Salzburg).**
21	»	»	**Al**	**sig. Van Den Eende Josef (Antwerpen).**
	»		**Al**	**sig. Meixner Rudolf (Bamberg).**
»	»	»	**Al**	**sig. Santucci Alfonso (Roma).**
24	»	»	**Al**	**sig. Falcetta Valentino (Sabina e Poggio Mirteto).**
27	»		**Al**	**sig- Balboni Egelindo (Ferrara).**
»	»		**Al**	**sig. Pietrogrande Giovanni (Ferrara).**
30	»		**Al**	**sig. Ponti Carlo (Roma).**
3	**dicembre**		**Al**	**sig. Weber Helmut (Augsburg).**
»	»	»	**Al**	**sig. Viani Elvio (Parma).**
»	»		**Al**	**sig. Erftemeyer Leonardo (Utrecht).**
8			**Al**	**sig. Senni Gian Carlo (Roma).**
9			**Al**	**sig. Müller Valentin (Augsburg).**
»	»	»	**Al**	**sig. Reggiani Roberto (Modena).**
16		»	**Al**	**sig. Albred Vincent (Washington).**
18		»	**Al**	**sig. Ermini Giuseppe (Roma).**

18	**dicembre**	**1975.**	**Al sig.**	**Brasiello Ugo (Roma).**
»	»	»	**Al sig.**	**Mariani Valerio (Roma).**
10	**gennaio**	**1976.**	**Al sig.**	**Plancherei Bernard (Lausanne, Genève et Fribourg).**

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

6	**dicembre**	**1974.**	**Al sig.**	**Mestreit Louis (Antwerpen).**
»	»	»	**Al sig.**	**Van De Pitte Henri (Antwerpen).**
10	**aprile**	**1975.**	**Al sig.**	**Robinson James (Southwark).**
12	»	»	**Al sig.**	**Casey Thomas (Liverpool).**
»	»	»	**Al sig.**	**Dunn James (Liverpool).**
	»	»	**Al sig.**	**Moore Michael (Liverpool).**
18	»	»	**Al sig.**	**Aldaba Alfredo (Malolos).**
»	»		**Al sig.**	**Sisón Sergio (Malolos).**
16	**maggio**	»	**Al sig.**	**Brehony Frank (Southwark).**
22	»	»	**Al sig.**	**Berger Enrico (Berlin).**
»	»	»	**Al sig.**	**Broermann Giovanni (Berlin).**
13	**luglio**	»	**Al sig.**	**Bacher Hermann (Köln).**
18	»	»	**Al sig.**	**Timmons William (Southwark).**
»			**Al sig.**	**Steurer Giuseppe (Wien).**
8	**agosto**		**Al sig.**	**Schoemeker Giovanni (Utrecht).**
22	»	»	**Al sig.**	**Reisenberger Francesco (Wien).**
27		»	**Al sig.**	**Schellens Teodoro (Breda).**
»	»	»	**Al sig.**	**Van Gurp Pietro (Breda).**
	»	»	**Al sig.**	**Van de Goor Francesco G. ('s-Hertogenbosch).**
»	»	»	**Al sig.**	**Frequin Adam (Utrecht).**
28		»	**Al sig.**	**Ausejo Carlos (Puerto Maldonado).**
29	»	»	**Al sig.**	**Tully Luke (Salford).**
27	**settembre**	»	**Al sig-**	**Garnier Henri (Poitiers).**
		»	**Al sig.**	**Horridis Leonardo (Roermond).**
»		»	**Al sig.**	**Keyzer Antonio Giovanni Maria ('s-Hertogen bosch).**
10	**ottobre**	»	**Al sig.**	**Soesdorp Arnold (Mechelen-Brussel).**
12		»	**Al sig.**	**Baker George (Cardiff).**
24	»	»	**Al sig.**	**Rwakihembo K. Udaliko (Fort Portal).**
»		»	**Al sig.**	**Burgbacher Fritz (Köln).**
»	»	»	**Al sig.**	**Zillien Alois (Köln).**
		»	**Al sig.**	**Cairns Martin (Northampton).**
30		»	**Al sig.**	**Mendel Ernest Frank (Galveston-Houston).**
3	**novembre**	» •	**Al sig.**	**Cattaneo Luigi (Milano).**
»		»	**Al sig.**	**Marelli Daniele (Milano).**
4		»	**Al sig.**	**de Bailliencourt Henry (Paris).**
21	»	»	**Al sig.**	**Godwaldt Giovanni P. (Breda).**
»	»	»	**Al sig.**	**Abrahams Giovanni f s-Hertogenbosch).**
22	»	»	**Al sig.**	**Bindeis Pietro G. M. (Utrecht).**
27			**Al sig.**	**Passilongo Giorgio (Ferrara).**
»	»	»	**Al sig.**	**Band Karl (Köln).**
[illegible]	**dicembre**		**Al sig.**	**Sendier Daniel (Moulins).**

9 dicembre 1975. Al sig. Ooyle Frederick (Arundel and Brighton).
» » » Al sig. Charbonnier Laurent (Belley).
» » Al sig. Rodríguez Armas J. Eduardo (Caracas).
11 » Al sig. Ourliac Paul (Toulouse).
» » » Al sig. Sermet Jean (Toulouse).
8 febbraio 1976. Al sig. Ghezzi Franco (Roma).

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

27 novembre 1975. Al sig. Gruber Rudolf (Wien).
29 gennaio 1976. Al sig. Letellier Leon-Jacques *(Belgio).*

La Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

3 dicembre 1975. Al sig. Mayerhofer Hans (Wien).
19 gennaio 1976. Al sig. Li Gotti Salvatore *(Italia).*

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

10 aprile 1975. Al sig. Hennessy Christopher (Southwark).
» » Al sig. Jenkins Douglas (Southwark).
19 giugno Al sig. Rock Edelhard (Hildesheim).
» » » Al sig. Preuss Helmut (Köln).
22 agosto » Al sig. Gamillscheg Felice (Wien).
» » » Al sig. Kamtner Francesco (Wien).
» » Al sig. Mucnjak Roberto (Wien).
» » » Al sig. Reitinger Giovanni (Wien).
» » » Al sig. Welz Ferdinando (Wien).
9 settembre » Al sig. Van Wijmeersch Henry (Mechelen-Brussel).
18 » » Al sig. Guldenfels Werner (Freiburg im Breisgau).
3 ottobre » Al sig. Quint Giovanni (Roermond).
8 » » Al sig. Gasteiner Helmut (Salzburg).
» » » Al sig. Prechtl Giuseppe (Salzburg).
» » » Al sig. Riccabona Julius (Salzburg).
21 » » Al sig. De Boeck Felix (Mechelen-Brussel).
» » Al sig. De Saegher Romain (Mechelen-Brussel).
24 Al sig. Cabrini Celso (Brescia).

NECROLOGIO

2 aprile 1976. L'E.mo Sig. Cardinale Grano Carlo, del Titolo di S. Marcello.
3 » » Mons. da Silva Sarai va Joâo Antonio, Vescovo di Coimbra.
7 » » Mons. Bessone Lawrence, Vescovo di Meru.
10 » » Mons. Alcini Ilario, Arcivescovo di Nicea.
19 » » Mons. Giuseppe Bartolomeo Evangelisti, già Arcivescoyo-Vescovo di Meerut.
20 » » Mons. Joseph Augustin Hagendorens, Vescovo tit. di Sicca Veneria.
» » » Mons. Van Hoeck Francis Clement, Vescovo tit. di Cissita.

An. et vol. LXVIII 31 Maii 1976 N. 5

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA PAULI PP. VI

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

CAMPI MAIORIS

Detractis ab Ecclesiis Teresiana atque Parnaibensi nonnullis territoriis, nova quaedam dioecesis conditur, « Campi Maioris » appellanda.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Tametsi munus Ecclesiae praecipuum in eo est collocatum, ut cunctis gentibus ac nationibus Christi nomen inferat, atque tinctos sacramento Baptismatis populos ad beatam immortalitatem salutari dirigat disciplina (cfr. *Marc.* **16, 15), nemo tamen non videt quantopere externa christianae rei publicae dispositio ac temperatio conferat ad id, in quod illa tendit, assequendum. Quae sane causa est, cur Nos, ad Ecclesiae gubernacula sedentes, sedulo semper animo ea fieri curemus, quae regimen illud quoquo modo perficiant. Qua de re, cum Venerabiles Fratres Nostri Iosephus Freiré Falcâo, Archiepiscopus Teresianus, et Paulus Hippolytus de Souza Liborio, Episcopus Parnaibensis, audita Conferentia Episcoporum Brasiliana, id proposuerint, ut divisis suarum Ecclesiarum territoriis nova quaedam dioecesis constitueretur, Nos rati posse id in animorum bonum cedere, post auditos Venerabiles Fratres Nostros S. R. E. Cardinales Negotiis sacrae Congregationis pro Episcopis praepositos, haec statuimus. Ab archidioecesi Teresiana municipia quae sequuntur separamus, ut sunt per legem civilem circum-**

scripta: Alto Longa, Beneditinos, Altos, Campo Maior, Capitâo de Campos, Castelo do Piauí, Säo Joäo da Serra, José de Freitas, Miguel Alves, Sao Miguel do Tapuio; a dioecesi vero Parnaibensi, municipia: Barras, Porto, Nossa Senhora dos Bemedios; atque his terris novam dioecesim condimus, *Campi Maioris* appellandam, cuius quidem Sedes episcopalis collocabitur in templo S. Antonii Patavini, quod est in urbe Campo Maiore, in qua Episcopus commorabitur, factis tum sacro Praesuli tum templo cathedrali iuribus propriis. Novam Ecclesiam Sedi metropolitanae Teresianae subicimus, tamquam suffraganeam, sic ut eius Episcopum Metropolitae. Cathedrale Canonicorum Collegium constituatur, ad normas per alias apostolicas Litteras edendas. Interim Canonicorum loco Consultores dioecesani eligantur, qui Episcopum consilio et opera iuvent. Mensam episcopalem efficient sive populi collationes sive Curiae proventus, sive pars bonorum quae novae circumscriptioni obvenient, ad praescriptum canonis 1500 Codicis Iuris Canonici. Ad Seminarii constitutionem atque puerorum educationem quod attinet, serventur leges iuris communis atque regulae S. Congregationis pro Institutione Catholica, ratione nempe habita decreti Concilii Oecumenici Vaticani II « Optatam totius ». Lecti vero iuvenes philosophicis atque theologicis disciplinis imbuendi, item sacerdotes qui velint studia complere, Romam mittantur, in Collegium Pontificium Pianum Brasilianum. Ad effectum his Litteris deductis, sacerdotes ei dioecesi assignentur, ubi beneficium aut officium habeant; ceteri vero clerici atque Seminarii tirones, ei in qua legitime degant. Acta insuper atque documenta novam Ecclesiam quoquo modo respicientia, ad eius Curiam mittantur, ibique in tabulario religiose serventur.

Ceterum, haec quae mandavimus, Venerabilis Frater Carmelus Rocco ad exitum adducet, vel quem ipse delegaverit, factis ad id facultatibus necessariis; actae vero rei documenta sinceris exemplis ad S. Congregationem pro Episcopis mittantur.

Contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die duodecimo mensis Iunii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo quinto, Pontificatus Nostri decimo secundo.

IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

SEBASTIANUS Card. BAGGIO
S. Congr. pro Episcopis Praefectus

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

hoco £8 Plumbi
In Secret. Status tab., n. *302952.*

II

GOANAE ET DAMANENSIS

Provincia Ecclesiastica Goana et Damanensis rescinditur.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad nominum respicientes supernam utilitatem et salutem, per effusum Iesu Christi sanguinem partam, nulli pro Nostro universalis patris et pastoris munere parcimus studio et operae, quo aptius et efficacius in omnem terram « sermo Dei currat et clarificetur » *(2 Thes.* **1, 12). Haud igitur dubitavimus quin, ob mutata in praesentiarum rerum adiuncta, provinciam ecclesiasticam Goanam et Damanensem rescinderemus diversaque ratione disponeremus. Quae cum ita sint, summa Nostra potestate sequentia decernimus. Soluta provincia ecclesiastica Goana et Damanensi, ita metropolitanam et suffraganeas Sedes disponimus, ut archidioecesis Goana et Damanensis, iuribus exuta metropolitanarum Ecclesiarum propriis unoque servato privilegio postulandi pro Archiepiscopo sacrum pallium, Sanctae Sedi directo subiciatur atque Sacrae Congregationi pro Gentium Evangelizatione obnoxia fiat; dioeceses vero Macaonensis et Diliensis, a metropolitano iure Goanae et Damanensis Sedis liberatae, item Sanctae Sedi directo subiciantur atque Consilio pro Publicis Ecclesiae Negotiis obnoxiae esse pergant. Apostolicas has Litteras sive nunc sive in posterum ratas esse volumus, contrariis quibuslibet non obstantibus.**

Datum Romae, apud S. Petrum, die primo mensis Ianuarii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo sexto, Pontificatus Nostri tertio decimo i

IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

AGNELLUS Card. Rossi
S. Congr. pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide Praefectus

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Godefridus Mariani, *Proton. Apost.*

Loco SB Plumbi
In Secret: Status tab., n. 297892.

III
MAIAGUEZENSIS

In Portoricensi Republica noya conditur dioecesis, « Maiaguezensis » nomine.

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Qui arcano Dei consilio beatissimo Petro, Apostolorum principi, in regimen totius Ecclesiae successimus, ut providentia ac prospicientia Nostra christifidelium bono atque commodis consuleremus, in susceptam causam ita incumbimus, ut quidquid magnum parvum aliquam Christi gregi utilitatem afferre posse viderimus, illud aut aggrediamur, aut, quantum maxime potest, faciendum curemus. Quam ob rem, quoniam Venerabiles Fratres Ioannes Fremiot Torres Oliver, Episcopus Poncensis, et Michael Rodríguez Rodríguez, Episcopus Arecibensis, audita Conferentia episcopali Portoricensi, unanimi consensu ab hac Apostolica Sede petierunt, ut dioecesium Poncensis et Arecibensis territoriis divisis, nova constitueretur dioecesis, Nos re bene reputata atque consilio petito tum a Venerabili Fratre Ioanne Graveiii, Archiepiscopo titulo Suensi atque in dicione Portoricensi Apostolico Delegato, tum a Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus Sacrae Congregationi pro Episcopis praepositis, haec auctoritate Nostra decernimus. Ab Ecclesiis Poncensi et Arecibensi territorium separamus municipiorum : Mayaguez, Aguadilla, Aguada, Moca, San Sebastián, Rincón, Añasco, Las Marías, Maricao, Hormiguero, San Germán, Cabo Rojo, Lajas et Sabana Grande, quibus sane novam dioecesim condimus, *Maiaguezensem* **cognominandam ; cuius cathedrale templum illud erit quod populus ((Nuestra Señora de la Candelaria » appellare consuevit, in urbe Mayaguez, in qua profecto Episcopus sedem ponet atque domicilium collocabit, factis nempe iuribus templorum cathedralium. Dioecesim Maiaguezensem suffraganeam facimus metropolitanae Sedi S. Ioannis Portoricensis, eiusque Episcopus Metropolitae illi obnoxius erit ad normam iuris. Item statuimus, ut cathedrale collegium condatur ; interim tamen, Episcopus Consultores dioecesanos eligat, qui eum consilio ;et opera iuvent. Mensam episcopalem constituent sive fidelium collationes, sive Curiae emolumenta, sive pars bonorum quae novae dioecesi obvenient, ad normam canonis 1500 C.I.C. Seminarium condatur ratione**

habita tum Iuris communis, tum Decreti Concilii Vaticani II « Optatam totius », tum regularum Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica; atque iuvenes qui ingenio ac pietate niteant, Romam mittantur, in Collegium Pianum Latinum Americanum, philosophia atque sacra theologia imbuendi. Itidem sacerdotes studiorum causa. Ad constitutae dioecesis regimen, administrationem, Vicarii Capitularis electionem, similia quod attinet, leges canonicae ad amussim serventur. Condita dioecesi, sacerdotes ei circumscriptioni addicantur, in qua beneficium aut officium habeant; ceteri sacerdotes, clerici atque Seminarii tirones, ei, in qua legitime degant. Acta et documenta Ecclesiam Maiaguezensem respicientia, ad eius curiam episcopalem mittantur, ibique religiose custodiantur. Ceterum haec, quae mandavimus, Venerabilis Frater Ioannes Graveiii ad exitum deducet, cuius mentionem fecimus, vel quem ipse delegaverit, factis necessariis facultatibus. Re vero acta, documenta exarentur atque sinceris exemplis ad Sacram Congregationem pro Episcopis cito mittantur. Contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die primo mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo sexto, Pontificatus Nostri tertio decimo.

IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

SEBASTIANUS Card. RAGGIO
S. Congr. pro Episcopis Praefectus

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Angelus Lanzoni, *Proton. Apost. s.n.*

Loco £8 Plumbi
în Secret. Status tab., n. 800912.

IV

PACIENSIS

Praefectura Apostolica Paciensis in California Inferiore Meridionali ad gradum Vicariatus Apostolici attollitur, nomine immutato.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cum compertum haberemus Praefecturam Apostolicam Paciensem in California Inferiore Meridionali, Congregationi S. Cordis Iesu creditam, recentiore hac aetate haud parum in Catholica Religione prof e-

2. a dioecesi Valadarensi distrahit atque perpetuo eidem dioecesi Caratingensi adnectit integrum territorium paroeciae vulgo dictae « Sfossa Senhora da Penha », intra fines municipii Pocrane exstantis ;

3. invicem a dioecesi Caratingensi separat atque perpetuo dioecesi Valadarensi adnectit integrum territorium municipiorum vulgo nuncupatorum *Engenheiro Caldas, Sobrâlia* et *Fernandes Tourinho.*

Quamobrem documenta et acta praefatorum territoriorum clericos, fideles et bona temporalia forte respicientia a Curia a quo ad Curiam cui illa nuper sunt aggregata, ab eis ad quos spectat, quam primum, transmittantur.

Ad clerum quod attinet, simul ac praesens Decretum ad effectum deductum fuerit, sacerdotes Ecclesiae illi adscripti censentur in cuius territorio ecclesiasticum beneficium aut officium detinent; ceteri autem sacerdotes, clerici seminariique tirones dioecesi illi incardinati maneant vel incardinentur in cuius territorio legitimum habent domicilium.

Ad haec perficienda Sacra Congregatio pro Episcopis memoratum Exc.mum P. D. Carmelum Rocco deputat, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem Sacram Congregationem, cum primum fas erit, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Quibus super rebus praesens edit Decretum perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis, die 8 mensis Aprilis anno 1976.

SEBASTIANUS Card. RAGGIO, *Praefectus*

L. 63 S.

83 Ernestus Civardi, Archiep. tit. Serdicen., *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE SEU DE PROPAGANDA FIDE

i

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI, successivis decretis Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 17 Ianuarii 1976. — **Titulari episcopali Ecclesiae Amiterninae praefecit R. P. D. Augustinum Cacciavillan, presbyterum Vicentinae dioecesis, Praelatum honorarium Sanctitatis Suae, ab officiis Secretariae Status, quem archiepiscopali dignitate ornavit atque Pro-Nuntium Apostolicum in Republica Cheniana constituit.**

die 24 Ianuarii. — **Cathedrali Ecclesiae Rumbekensi R. D. Gabrielem Dwatuka, e clero Tomboraënsi.**

die 22 Februarii. — **Titulari episcopali Ecclesiae Mizigitanae R. P. D. Iacobum Huynh Van Cùa, Vicarium Generalem Phucuongensis dioecesis, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc.mi Iosephi Phan Vân Thiên, Episcopi Phucuongensis.**

die 1 Martii. — **Cathedrali Ecclesiae Bereinitanae Exc. P. D. Ludovicum Vangeke, hactenus Episcopum titularem Culusitanum.**

die 30 Martii. — **Titulari episcopali Ecclesiae Accitanae R. D. Iosephum Phan Van Hóa, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc.mi Pauli Huynh dông Cae, Episcopi Quinhonensis.**

die 10 Aprilis. — **Metropolitanae Ecclesiae Tananarivensi Exc. P. D. Victorem Razafimahatratra, hactenus Farafanganensem Episcopum.**

— **Metropolitanae Ecclesiae Suvanae Exc. P. D. Petrum Mataca, hactenus Episcopum titularem Simininensem.**

— **Metropolitanae Ecclesiae Kigaliensi, noviter erectae, Exc. P. D. Vincentium Nsengiyumva, hactenus Episcopum Nyundoënsem.**

— **Cathedrali Ecclesiae Atakpamensi Exc. P. D. Philippum Kóssi Kpodzro, hactenus Episcopum titularem Bacanariensem.**

— **Cathedrali Ecclesiae Ketaënsi-Hoènsi Exc. P. D. Franciscum Kofi Anani Lodonu, hactenus Episcopum titularem Masculitanum.**

— **Cathedrali Ecclesiae Parakuensi R. P. D. Nestorem Assogba, Vicarium Generalem dioecesis Abomeiensis.**

— **Cathedrali Ecclesiae Maitlandensi R. P. D. Leonem Morris Clarke, Melburnensis Archidioeceseos Vicarium Generalem.**

— **Titulari episcopali Ecclesiae Marazanensium regionum R. P. Ioannem Iosephum Larrañeta Olleta, Ordinis Fratrum Praedicatorum sodalem, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Xaverii Michaelis Ariz Huarte, Episcopi titularis Baparensis ac Vicarii Apostolici Portus Maldonadi.**

die lk Aprilis. — **Titulari episcopali Ecclesiae Madensi R. D. Iosephum Phan Thé Hinh, presbyterum dioecesis Hung-Hoaènsis, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc.mi Petri Nguên-Huy-Quang, Episcopi Hung-Hoaënsis.**

II

NOMINATIONES

Decretis ut infra datis Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide ad suum beneplacitum renuntiavit :

die 1 Martii 1976. — **Exc. P. D. Ioannem Baptistam Przyklenk, Episcopum olim Ianuariensem,** *Vicarium Apostolicum* **Norvegiae Septemtrionalis.**

— **Exc. P. D. Gilbertum Valbuena Sánchez, Episcopum titularem Vazaritanum Diddensem,** *Vicarium Apostolicum* **vicariatus Apostolici, nuper evecti, Paciensis in California Inferiori Meridionali.**

die 13 Aprilis. — **Exc. P. D. Emmanuelem Antonium Pires, Episcopum Silvae Portuensis,** *Administratorem Apostolicum* **« ad nutum Sanctae Sedis » dioecesis Lusitanianae.**

— **Exc. P. D. Emmanuelem Franclinum da Costa, Episcopum Henrici de Carvalho,** *Administratorem Apostolicum* **« ad nutum Sanctae Sedis » dioecesis Novae Lisbonae.**

die 21 Maii. — **Exc. P. D. Petrum Martin, Archiepiscopum olim Numeanum,** *Administratorem Apostolicum* **« sede vacante et ad nutum Sanctae Sedis » dioecesis Portus Vilensis.**

SACRA CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

i

GLASGUEN.

Canonizationis Beati Ioannis Ogilvie, martyris, sacerdotis professi Societatis Iesu.

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo, post indultam eidem Beato ab Apostolica Sede venerationem, constet in casu et ad effectum de quo agitur.

Ioannes Ogilvie, anno 1579 in Scotia natus, qui in Calviniana confessione adoleverat, catholicam fidem Lovanii amplexus est. Presbyteratus ordine in Societate Iesu suscepto, enixis precibus impetravit ut in patriam rediret, catholicae rei in summum discrimen adductae auxilium laturus. Et sane, nullis incommodis nec laboribus parcens cives innumeros ad fidem catholicam vel reduxit vel in eadem roboravit. Fraudulenter autem traditus et in carcerem coniectus, Romanam Ecclesiam Summique Pontificis iura invicte propugnavit ac defendit. Denique in *Glasgow* **coram ingenti multitudine se pro sola fide moriturum professus, die 10 Martii anno 1615, aetatis trigesimo sexto, mortem suspendió oppetiit. Cui Pius Papa XI die 22 Decembris a. 1929 Beatorum Caelitum honores decrevit.**

Cum vero in dies augesceret beneficiorum numerus Beati Ioannis Ogilvie intercessione in christifidelium favorem, quorum quidem aliqua miraculi speciem praeseferre videbantur, actores agere coeperunt de eius Causae resumptione, quam et sacrorum Antistites, clerus atque fideles Scotiae a Paulo Papa VI enixe postularunt; qui, servatis de iure servandis, commissionem resumptionis Causae die 8 mensis Iulii a. 1965 propria manu signavit.

Hinc, e variis sanationibus, quae invocato Beati Ioannis Ogilvie nomine mirum in modum patratae videbantur, unam selegerunt Causajè actores eamque Apostolicae Sedis examini exhibuerunt.

Quae mira sanatio obtigit domino Ioanni Fagan, Glasguae commoranti, alterum et quinquagesimum aetatis annum agenti. Is enim gra-

vissimo stomachi carcinomate affectus, die 26 mensis Maii a. 1965 chirurgicum interventum subierat, in quo tres stomachi partes et maior coloni pars ablatae sunt, absque ulla spe cellulas omnes morbo cancri affectas removendi. A curatione igitur medici ac periti omnes infaustam circa aegrotantis vitam emiserunt prognosim, letalem exitum denuntiantes post brevem in melius mutationem.

Ee quidem vera, vix elapso anno et dimidio, propriae eiusdem morbi notae iterum deprehensae sunt, resque denique eo pervenit, ut dominus Fagan a die tertia ad diem sextam Martii a. 1967 iuxta firmam duorum medicorum a cura sententiam iamiam moreretur. Intercedente autem Beato Ioanne Ogilvie, ad cuius opem confugerunt et aegrotus eiusque familia et paroecia ipsa, eiusdem Beati nomine insignita, dominus Fagan versus horam nonam diei 6 Martii a. 1967 de improviso in lecto se erexit cibumque libenter appetivit et, omnes in supremam admirationem coniciens, clinice sanatus apparuit. Vires et pondus recuperans, mox ad condicionem viri undecumque validi rediit, in eaque ad praesentem usque diem permansit.

Super huiusmodi mira sanatione apostolicus in Curia archiepiscopali Glasguensi instructus est processus a die 14 Novembris a. 1972 ad diem 13 Aprilis a. 1973, de cuius iuridica validitate haec Sacra Congregatio die 5 Aprilis a. 1974 decretum edidit.

Validis quidem testimoniis comprobatum est memoratam sanationem excessisse naturae vires; id concordes affirmarunt testes excussi, medici a curatione et eminentes medici Scoti, qui specialem commissionem studii huius mirabundae sanationis constituerunt. Consilium quoque Medicum Sacrae huius Congregationis, severo examini subiectis depositionibus tum testium tum medicorum a cura, ab inspectione atque ex officio deputatorum, praeternaturalem sanationis indolem agnovit et confirmavit.

Quibus peractis, disceptari coeptum est super eadem mira sanatione apud hanc Sacram Congregationem pro Causis Sanctorum : primum in Congressu Peculiari diei 29 Iulii a. 1975, et deinde, die 28 Octobris eodem anno, in Congregatione Plenaria, relatore Rev.mo Cardinali Silvio Oddi.

De hisce omnibus Beatissimus Pater certior factus per subscriptum Pro-Praefectum die 9 Ianuarii anni huius, attentis affirmativis suffragiis Patrum Cardinalium, mandavit ut super eadem mira sanatione Decretum rite appararetur : indulta quidem, instantibus enixe Causae actoribus, dispensatione ab altero miraculo iure requisito. ,

Hodierno autem die, accitis Rev.mo Cardinali Causae relatore, subscripto Pro-Praefecto, meque Antistite a Secretis aliisque convocari solitis, iisque adstantibus, praesenti hoc Decreto sanxit : *Constare de uno miraculo j Beato Ioanne Ogilvie intercedente, a Deo patrato, scilicet de instantánea perfectaque sanatione domini Ioannis Fagan a carcinomate stomachi.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum referri iussit.

Datum Romae, die 12 Februarii a.D. 1976.

© CONRADUS RAPILE, Archiep. tit. Antiochen. in Pisidia,
Pro-Praefectus

L. © S.

© Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., *a Secretis*

II

PATAVINA

Beatificationis et canonizationis ven. Servi Dei Leopoldi a Castronovo, sacerdotis professi O. F. M. Cap.

SUPER DUBIO

An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum de quo agitur.

Post Annum Sacrum, nuper elapsum, in quo Beatissimus Pater Paulus Papa VI reconciliationem proposuit sive omnium ecclesiarum cum vera Christi Ecclesia, sive reconciliationem animarum cum Deo, adhuc auspicato proponitur glorificatio ven. Servi Dei Leopoldi a Castronovo, sacerdotis professi O.F.M. Capuccinorum, qui, die 12 Maii a. 1866 in Castronovo dioecesis Catharensis natus et Patavii die 30 Iulii a. 1942 piissime defunctus, totam vitam suam orationibus, operibus, sacrificiis impendit pro fratrum seiunctorum reditu ad unitatem Ecclesiae, et sacramentum reconciliationis sanctissime administravit numerosissimis fidelibus cuiusvis coetus ad eius sacrum ministerium accurrentibus, ita ut eximium exemplar exstiterit confessarii semper prompti et hilaris, humanissimi et patientissimi erga omnes cum ingenti animarum fructu.

Quantum sancta eius vita Deo placuerit, quamplurimis gratiis et prodigiis eius intercessioni tributis comprobatur.

Quapropter Causae actores, statim post editum, die 1 Martii a. 1974,

Decretum super heroicis Servi Dei virtutibus, duas selegerunt fulgidiores; sanationes, easque examini S. Congregationis pro Causis Sanctorum exhibuerunt, ut eidem Venerabili honores Beatorum Caelitum consequerentur.

Prima sanatio respicit iuvenem Elsam Raimondi, in oppido *Cavazzana* **dioecesis Adriensis, die 30 Iulii a. 1922 natam, quam aetate 24 annorum in laparatomia explorativa diei 16 Aprilis a. 1946 medici curatores peritonitide tuberculari fibrinosa affectam invenerunt. Ex nosocomio dimissa cum prognosi infausta quoad vitam, eius morbus de die in diem ingravescebat, ita ut brevi tempore obitus exspectaretur. Tum aegrota tum familiares et amici ad intercessionem Ven. Leopoldi a Castronovo recurrerunt. Nec frustra; nam die 12 Septembris a. 1946 statim e lectulo surrexit, vestem sibi induit, ad ecclesiam pedestri» perrexit, ubi per duas circiter horas gratias Deo egit et, domum reversa, cenam appetentius sumpsit et hilarem conversationem cum suis parentibus et amicis usque ad mediam noctem protraxit; die vero insequenti suas occupationes resumpsit et usque ad hodiernam diem semper optime-valuit.**

Altera sanatio dominum Paulum Castelli agricolam respicit, in pago *Sabbioneello,* **archidioecesis Mediolanensis, die 2 Martii a. 1902' natum, qui cum esset annorum sexaginta, die 4 Martii a. 1962 gravissima, trombosi arteriae mesentericae superioris cum infarcto late extenso tenuis intestini affectus est. Medentes chirurgi, post peractam explorativam sectionem, eum cum prognosi infausta quoad vitam reliquerunt. Sed post tres dies ad invocationem Ven. Leopoldi a Castronovo, potissimum ex parte aegroti uxoris, statim sanatus est et post paucas horas alimenta iam sumere potuit.**

Super utraque sanatione processus constructi sunt, alter in Curia, Patavina annis 1951-1965, alter vero in Curia archiepiscopali Mediolanensi a. 1972; de eorum autem validitate Decretum S. Congregationis pro Causis Sanctorum die 30 Martii a. 1974 exiit. Die vero 16 Octobris a. 1974 eiusdem Congregationis Consilium Medicum convocatum est,, quod de utriusque sanationis instantaneitate, perfectione et constantia disceptavit, censuitque utramque sanationem ultra naturae vires et leges-contigisse.

His peractis, super iisdem sanationibus examen agitatum est primum in Congressu Peculiari Officialium Praelatorum et Patrum Consultorum die 26 Iunii a. 1975; deinde in Plenaria Congregatione Patrum Cardinalium die 9 Decembris eiusdem anni habita, in qua- Reverendissi-

mus Cardinalis Silvius Oddi, Causae Ponens seu Relator, sequens dubium proposuit discutiendum : *An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum de quo agitur.* Et qui interfuerunt Patres Cardinales, omnibus mature perpensis, affirmative responderunt.

De hisce omnibus facta postmodum Summo Pontifici Paulo VI per infrascriptum Pro-Praefectum, die 9 Ianuarii a. 1976, relatione, Sanctitas Sua suffragia Patrum Cardinalium rata habens, ut Decretum super iisdem sanationibus exararetur mandavit.

Hodierno autem die, Beatissimus Pater ad Se accivit Rev.mum Cardinalem Silvium Oddi, Causae Ponentem seu Relatorem, infrascriptum Pro-Praefectum meque Antistitem a Secretis Sacrae Congregationis, necnon et alios convocari solitos, iisque adstantibus edixit : *Constare de duobus miraculis, Venerabili Servo Dei Leopoldo a Castronovo intercedente, a Deo patratis, scilicet: de instantánea perfectaque sanatione tum iuvenis Elsae Raimondi a peritonitide tuberculari fibrinosa, tum domini Pauli Castelli a gravissima trombosi arteriae mesentericae superioris cum infardo late extenso tenuis intestini.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 12 Februarii a.D. 1976.

68 CONRADUS BAFILE, Archiep. tit. Antiochen. in Pisidia,
Pro-Praefectus

L. 83 S.

ffi Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., *a Secretis*

III

TOLETANA

Canonizationis Beatae Beatricis de Silva, virginis fundatricis monialium a Ss.ma Conceptione.

SUPER DUBIO

An et de quibus miraculis, post indultam eidem Beatae ab Apostolica Sede venerationem, constet in casu et ad effectum de quo agitur.

Beatrix de Silva ortum duxit Septae, in urbe vulgo *Ceuta* vocata, in Africa septentrionali, e parentibus Lusitanis nobilitate generis praeclaris. Post septem circiter annos in aula regis Castellae transactos,

Toletum profecta est et ad Ordinis S. Dominici monasterium confugit ibique per triginta fere annos, licet in saeculari statu, vitam duxit omnium religiosarum virtutum splendore nitentem. Tum cogitare coepit de novo Ordine condendo virginum, quae sub glorioso beatae Immaculatae Conceptionis titulo militarent ac fervidiorem eius cultum in populo christiano promoverent. Relicto itaque praedicto monasterio, in novam domum a regina ei oblatam cum duodecim virginibus se recepit ibique fundamenta iecit novi Instituti, quod postea ab Innocentio Papa octavo confirmatum fuit. Anno autem post Instituti approbationem ad caelestem Sponsum migravit die, ut videtur, nona mensis Augusti anno 1492. Cuius corpus Toleti in ecclesia sui Ordinis magna veneratione colitur. Cultum vero ab immemorabili ei praestitum Pius Papa undecimus die 28 Iulii a. 1926 ratum habuit et confirmavit.

Ut autem praedictae Beatae honores decerni possent Sanctorum, seduli Causae actores petierunt, ad iuris normam et praxim circa Beatos qui aequipollenter beatificati sunt, et obtinuerunt ut prius ad virtutum discussionem per venir etur. Quod cum rite factum esset, editum est die 21 Ianuarii a. 1974 Decretum, quo « ita constare de virtutibus Beatae Beatricis de Silva, fundatricis Conceptionistarum, ut quondam, praeviis miraculis, ad eius canonizationem deveniri posset », declaratum est.

Servatis itaque omnibus de iure servandis, iidem Causae actores duas selegerunt miras sanationes, quae invocato Beatae Beatricis de Silva nomine a Deo patratae dicebantur, easque Apostolicae Sedis examini subiecerunt, ut eiusdem Beatae canonizationem obtinerent.

Quarum sanationum prior contigit Sorori Annae Mariae a S. Corde, in urbe Mexico, viginti et duos annos natae; ea namque, implorato Beatae Beatricis auxilio, primo mane diei 25 Martii a. 1923, extemplo ac perfecte convaluit ab haemorrhagia subretinica cum disiunctione retinica secundaria et a laesionibus retinicis oculi sinistri. Altera vero mira sanatione fruita est domina Elisabeth Orozco de Estrada, sexaginta et trium annorum, eadem in urbe Mexico habens domicilium; ipsa etenim, Beatae Beatricis invocato patrocinio, mense Septembri anni 1945, sanata est omnino a neoplasia maligna tenuem intestinum et colon afficienti.

Hisce super miris sanationibus processus instructi sunt apostolica auctoritate in Curia Mexicana annis 1952-1954, quorum iuridica vis Decreto huius Sacri Fori diei 22 mensis Martii a. 1974 agnita est. De utraque deinde sanatione Medicum Consilium nostrum die 15 Fe-

bruarii a. 1975 diligenter acuteque disceptavit, ratum easdem sanationes praeter naturae vires evenisse.

Hinc die 29 Iulii Maximi Iubilaei 1975 habitus est super binis iisdem sanationibus Congressus Peculiaris Officialium Praelatorum Patrumque Consultorum, et postea, die 28 mensis Octobris eodem anno, Patrum Cardinalium Coetus Plenarius.

De praemissis autem omnibus Summum Pontificem Paulum VI certiorem fecit infrascriptus huius Sacrae Congregationis Pro-Praefectus, in Audientia diei 9 Ianuarii anni huius decurrentis ipsi concessa. Et Sanctitas Sua, suffragia Rev.morum Cardinalium rata habens, mandavit ut super praedictis miraculis Decretum appararetur.

Quod cum factum esset, hodierno die Beatissimus Pater ad Se arcessivit Rev.mum Cardinalem Humbertum Mozzoni, Causae huius Ponentem seu Relatorem, subscriptum Pro-Praefectum meque Antistitem a Secretis aliosque convocari solitos, iisque adstantibus edixit : *Constare de duobus miraculis, Beata Beatrice de Silva intercedente, a Deo patratis, nempe: de instantánea perfectaque sanatione tum Sororis Annae Mariae a S. Corde ab haemorrhagia subretinica cum disiunctione retinica secundaria et a retinicis laesionibus oculi sinistri, tum Dominae Elisabeth Orozco de Estrada a neoplasia maligna tenuem intestinum et colon afficienti.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 12 Februarii a.D. 1976.

© CONRADUS BAFILE, Archiep. tit. Antiochen. in Pisidia,
Pro-Praefectus

L. © S.

© Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., *a Secretis*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Giovedì **20** Maggio **1976,** il Santo Padre Paolo **VI** ha ricevuto in Udienza ufficiale, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Signor **JUAN** M. **COTTIN**, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario della Repubblica Dominicana.

Sabato **22** Maggio **1976,** il Santo Padre Paolo **VI** ha ricevuto in Udienza ufficiale, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Signor **HERBERT RICHARD WRIGÌHT BREWER,** Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario di Liberia.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

29 aprile 1976. S. E. Mons. Prigione Girolamo, Arcivescovo tit. di Lauriaco, ***Pro-Nunzio Apostolico in Nigeria.***
13 maggio » S. E. Mons. Cagna Mario, Arcivescovo tit. di Eraclea di Europa, ***Nunzio Apostolico in Austria.***
14 » » S. E. Mons. Felici Angelo, Arcivescovo tit. di Cesariana, ***Nunzio Apostolico in Portogallo.***
19 » » S. E. Mons. Javierre Ortas Antonio M., Arcivescovo tit. di Meta, ***Segretario della Salerà Congregazione per l'Educazione Cattolica.***

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

15 gennaio 1976. Il Rev.do Abate Egger Carlo, O.R.L., ***Capo Ufficio nella Segreteria di Stato.***
21 maggio » Il sig. de Habich Mieczyslaw, ***Membro della Consulta dello Stato della Città del Vaticano.***

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

Cappellani di Sua Santità:

14 novembre 1975. Mons. Bentler Franz (Berlin).
» » » Mons. Lange Gerhard (Berlin).
» » » Mons. Stimmer Heinz Günter (Berlin).

14	**novembre**	**1975.**	**Mons. Alfonsi Amleto (Porto e Santa Eufina).**
»	»	»	**Mons. Bessonnet Carlo (Porto e Santa Rufina).**
»	»	»	**Mons. Zuccante Mario (Porto e Santa Rufina).**
»	»	»	**Mons. Abenavoli Basilio (Reggio Calabria).**
»	»	»	**Mons. Ferrante Nicola (Reggio Calabria).**
»	»	»	**Mons. Mandalfino Giuseppe (Reggio Calabria).**
»	»	»	**Mons. Iannizzi Salvatore (Reggio Calabria).**
15	»	»	**Mons. Urrea Hernández Hector (Sonsón-Rionegro).**
21	»	»	**Mons. Avallone Domenico (Cava dei Tirreni).**
»	»	»	**Mons. Papa Carlo (Cava dei Tirreni).**
24	»	»	**Mons. Swierczynski Stanislao (Katowice).**
»	»	»	**Mons. De Santis Ugo (Roma).**
»	»	»	**Mons. Campoiieschi Romolo (Sabina e Poggio Mirteto).**
9	**dicembre**	»	**Mons. Affatet Pierre (Nîmes).**
»	»	»	**Mons. Piagnagnoli Wilson (Reggio Emilia).**
»	»	»	**Mons. Rinaldi Giacomo (Reggio Emilia).**
10	»	»	**Mons. Bonapace Giorgio (Catanzaro).**
»	»	»	**Mons. Laugelli Francesco (Squillace).**
15	»	»	**Mons. Morelli Liberato (Ischia).**
»	»	»	**Mons. Bollati Luigi (Roma).**

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha conferito :

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

3	**novembre**	**1975.**	**Al sig. Brambilla Luigi (Milano).**
»	»	»	**Al sig. Frigerio Antonio (Milano).**
»	»	»	**Al sig. Rognoni Emilio (Milano).**
»	»	»	**Al sig. Rosina Giampaolo (Milano).**
»	»	»	**Al sig. Semprini Pierignazio (Milano).**
»	»	»	**Al sig. Tibiletti Mario (Milano).**
4	»	»	**Al sig. Lisetti Aldo** *(Italia).*
»	»	»	**Al sig. Koller Enrico (Salzburg).**
»	»	»	**Al sig. Pagitz Francesco (Salzburg).**
»	»	»	**Al sig. Wildner Ottavio (Salzburg).**
20	»	»	**Al sig. Restelli Giuseppe (Milano).**
21	»	»	**Al sig. Bologni Aldo (Siena).**
27	»	»	**Al sig. Collevati Max (Ferrara).**
29	»	»	**Al sig. Esposito Domenico** *(Italia).*
3	**dicembre**	»	**Al sig. Miller Arthur (Augsburg).**
»	»	»	**Al sig. Schretzenmayer Albert (Augsburg)**
8	»	»	**Al sig. Battisti Enrico (Roma).**
»	»	»	**Al sig. Daltrop Georg (Roma).**
»	»	»	**Al sig. Fanti Renzo (Roma).**
»	»	»	**Al sig. Gabrielli Ettore (Roma).**
»	»	»	**Al sig. Lemme Michele (Roma).**
	»	»	**Al sig. Persegati Walter (Roma).**

8	dicembre	1975.	Al sig. Roncalli Francesco (Roma).
»	»	»	Al sig. Stoppa Massimo (Roma).
9	»	»	Al sig. Bordone Adolfo (Siracusa).
11	»	»	Al sig. Sanlorenzo Franco (Casale Monferrato).
»	»	»	Al sig. Di Santo Nino (Roma).
»	»	»	Al sig. Palattella Mario (Roma).
»	»	»	Al sig. Labellarte Lorenzo (Teramo e Atri).
15	»	»	Al sig. Carreras Enrico *(Italia).*
21	»	»	Al sig. Giampietro Alberto (Penne-Pescara).
11	gennaio	1976.	Al sig. Lustrini Enrico (Arezzo).
»	»	»	Al sig. Vom Rath Eward (Essen).
»	»	»	Al sig. Fortuna Gerardo *(Italia).*
»	»	»	Al sig. Steinmetz Ludwig (Mainz).
»	»	»	Al sig. Papiro Giuseppe (Roma).
16	»	»	Al sig. Tantillo Massimo *(Italia).*
23	»	»	Al sig. Carrara Vinicio (Bergamo).
»	»	»	Al sig. Mazzoleni Roberto (Bergamo).
4	febbraio	»	Al sig. Novarese Salvatore (Messina).
»	»	»	Al sig. Zanotti Carlo (Novara).
»	»	»	Al sig. Bravi Arrigo (Roma).
1	marzo	»	Al sig. Galante Elio (Roma).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa:

18	aprile	1975.	Al sig. Aguirre Reynald (Malolos).
»	»	»	Al sig. Bordador Teodoro E. (Malolos).
»	»	»	Al sig. Lázaro Jordan Bernardo (Malolos).
22	maggio	»	Al sig. Müller Bernhard (Berlin).
11	giugno	»	Al sig. Anzueto de León Julio César (Guatemala).
»	»	»	Al sig. Cisneros José Héctor (Guatemala).
	»	»	Al sig. Fuchs Marizuya Pablo (Guatemala).
»	»	»	Al sig. Gaitán Alvarez José Miguel (Guatemala).
»	»	»	Al sig. García Salas Monroy Mario Ignacio (Guatemala).
»	»	»	Al sig. González Barrios Carlos Ernesto (Guatemala).
»	»	»	Al sig. González P. Jorge (Guatemala).
»	»	»	Al sig. Lodder Phillips Bernardo (Guatemala).
»	»	»	Al sig. Méndez Martínez Alberto (Guatemala).
»	»	»	Al sig. Paiz Bolaños Mario Enrique (Guatemala).
»	»	»	Al sig. Penney Frank William Frank (Guatemala).
»	»	»	Al sig. Pérez Alonso Carlos Manuel (Guatemala).
»	»	»	Al sig. Pérez Asturias Juan Luis (Guatemala).
»	»	»	Al sig. Ponce Archila Francisco Alfonso (Guatemala).
»	»	»	Al sig. Surur Haydar Salomón Elias (Guatemala).
»	»	»	Al sig. Taracena de la Cerda Eduardo (Guatemala).
»	»	»	Al sig. Widmann Luna Walter Roberto (Guatemala).
»	»	»	Al sig. Wunderlich Saravia Mario Rafael (Guatemala).
19	»		Al sig. Steiner Paolo (Gurk).
21	»	»	Al sig. Hanifl Michele (Eisenstadt).
»	»	»	Al sig. Kollwentz Eugenio (Eisenstadt).
»	»		Al sig. Posch Edoardo (Eisenstadt).

13	**luglio**	**1975.**	**Al sig. Heinen Eugen (Köln).**
18	»	»	**Al sig. Schrammel Giuseppe (Wien).**
31		»	**Al sig. Baabumba John (Kampala).**
»	»	»	**Al sig. Mukasa Tebaudeke Colombano (Kampala).**
»	»	»	**Al sig. Mutemankasa Ludovico (Kampala).**
8	**agosto**	»	**Al sig. Hoppers Paolo (Roermond).**
»	»	»	**Al sig. Van der Linden Cornelio ('s-Hertogenbosch).**
»	»	»	**Al sig. Voschens Giovanni (Utrecht).**
13	»	»	**Al sig. Promper Giovanni ('s-Hertogenbosch).**
18	»	»	**Al sig. Kreuz Josef (Münster).**
22	»	»	**Al sig. Perris Alvarez Luis (Tuánuco).**
»		»	**Al sig. Van de Water Enrico (Rotterdam).**
»	»	»	**Al sig. Gutstein Federico (Wien).**
27	»	»	**Al sig. Quaedvlieg Francesco (Roermond).**
29	»	»	**Al sig. Worley Ben Atkinson (Salford).**
9	**settembre**	»	**Al sig. Wohlschläger Giovanni (Sankt Pölten).**
18	»	»	**Al sig. Blechinger Josef (Freiburg im Breisgau).**
»	»	»	**Al sig. Honig Karl (Freiburg im Breisgau).**
»	»		**Al sig. Jülg Karl (Freiburg im Breisgau).**
»	»	»	**Al sig. Oberhuber Max (Freiburg im Breisgau).**
»	»		**Al sig. Auer Giovanni (Innsbruck).**
19	»	»	**Al sig. Pauli Kurt (Köln).**
»	»	»	**Al sig. Pawlowski Heinz (Köln).**
24	»		**Al sig. Saciólo Santos Guillermo** *(Filippine).*
»	»	»	**Al sig. Tansingco José 0.** *(Filippine).*
»	»	»	**Al sig. Tosi Remo (Modena).**
27		»	**Al sig. Heesakker Lamberto Adriano (Rotterdam).**
»	»	»	**Al sig. Kley Enrico Giuseppe Bernardo Maria (Rotterdam).**
»	»	»	**Al sig. Van der Weijden Pietro Guglielmo Maria (Rotterdam).**
»		»	**Al sig. Van Belkom Cornelio ('s-Hertogenbosch).**
»	»	»	**Al sig. Van Rooij Antonio Giovanni ('s-Hertogenbosch).**
»	»		**Al sig. Vos Guglielmo Giuseppe ('s-Hertogenbosch).**

NECROLOGIO

3	**maggio**	**1976.**	**Mons. Lamy Frédéric Edouard Camille, già Arcivescovo di Sens.**
7	»	»	**Mons. Buenafé Antonio, Vescovo Ausiliare di Nueva Segovia (Filippine).**
17	»	»	**Mons. Van den Bergh François, già Vescovo di Budjala (Zaïre).**
21	»	»	**Mons. Szabó Imre, Vescovo tit. di Tiatira, Ausiliare di Esztergom.**

An. et vol. LXVIII 30 Iunii 1976 N. 6

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico — Città del Vaticano — ***Administratio:*** Libreria Editrice Vaticana

ACTA PAULI PP. VI

SACRA CONSISTORIA

CONSISTORIUM SECRETUM

Die XXIV mensis maii, anno MCMLXXVI, Summus Pontifex Paulus PP. VI *Consistorium Secretum* **habuit in Aula Consistoriali Palatii Apostolici Vaticani, cuius acta ex ordine referuntur.**

**I - SUMMI PONTIFICIS ALLOCUTIO
ET NOVORUM S.R.E. CARDINALIUM CREATIO**

Venerabiles Fratres Nostri,

Ex quo die, abhinc iam tres annos, Nos vestri Sacri Collegii vacua loca compievimus secundum statutum numerum Cardinalium Electorum, hoc Collegium magno cum dolore alios amisit Fratres Nostros, quorum omnium pio maeroris affectu meminimus; ex altera vero parte quidam eiusdem Sacri Collegii sodales iam interea attigerunt maximam lege permissam aetatem, ob quam illis non amplius licet Romanum Pontificem eligere. Quapropter hodie vos convocavimus, ut novi crearentur Cardinales; eodemque tempore, sive ut nominationes episcopales promulgarentur, sive ut vestram postremam rogaremus sententiam de causis canonizationis trium Beatorum Caelitum, sive denique ut palliorum petitiones acciperemus.

Hae sunt consuetae profecto ac notae partes omnium Consistoriorum; verumtamen non idcirco minus ponderis habent, quod attinet ad eorum significationem ecclesialem, ad eorumque memorias historicas, quas revocant; adeo ut, quotiescumque celebratur tale Consistorium, plurimi homines hunc Ecclesiae Romanae eventum respiciant et sequantur summo studio attentissimoque animo. Ita sane est : Consistorium intellegitur esse admodum grave ac sollemne tempus. Huius autem gravitatis plane vos conscios cernimus, qui hic praesentes adestis in eoque partes habetis; qua de re gratias in primis vobis agimus.

I. Sed diutius morari cupimus in ipsa illa occasione, ad quam maxime hodie attendit catholicorum communitas, immo vero ad quam convertitur omnis publica opinio: haec est novorum Cardinalium creatio. Volumus ante omnia affirmare Nos ideo cepisse hoc consilium, ne longius exspectaretur donec satisfieret necessitatibus Collegii Sacri, praesertim post nuper editam Constitutionem Apostolicam, quae a verbis incipit *Romano Pontifici eligendo.* Ea nempe Constitutione descripsimus peculiaria ac maxima officia sodalium Sacri Collegii, utpote quorum esset Summum Pontificem eligere. Cum autem — ut diximus — in animum induxissemus vacua illa loca implere, secuti sumus rationes et normas, quae Nobismet ipsis summae curae sunt et cordi, scilicet ut Sacrum Collegium, quantum fieri potest, ex omnibus gentibus membra complecteretur atque indolem internationalem prae se ferret. Etenim Collegium istud studet ac debet ostentare universo orbi consimilem imaginem sanctae Catholicae Ecclesiae, congregatae ex omnibus terrae partibus in unicum Christi ovile[1] atque apertae ad omnes populos humanaeque culturae formas, ut in se suscipiat vera hominum bona et transferat vicissim ad utilitatem optimae causae Evangelii, quae est Dei gloria hominumque profectus. Sic placuit Nobis non solum debito modo agnoscere merita fidissimorum ministrorum Apostolicae Sedis apud Legationes Pontificias ipsamque Romanam Curiam, sed potissimum et in primis cogitavimus Sedes Residentiales, mentem Nostram peculiari modo intendentes ad iuvenes Catholi*

[1] *Io.* **10, 16.**

comm communitates — quae iamiam ingressurae sunt aetatem lucidam speique frugiferae plenissimam — nec non pari cum observantia ad Sedes quarum superior historia illustris est ac iongissima, atque sanctitatis testimoniis et apostolatus operibus abundat. Nostra proinde visio amplectitur velut uno latissimo conspectu totum orbem terrarum ubi Ecclesia vivit, amat, sperat, patitur, pugnat: ex praecipuis terrae regionibus etiam maxime longinquis nemo revera abest. Quod si pauciores hodie in Sacro Collegio esse videntur, qui Ecclesias Orientales repraesentant, haud minor existimanda est Nostra caritas, reverentia et benevolentia erga eas regiones quae fuerunt Ecclesiae incunabula, quae nunc etiam sollicita cum diligentia pretiosissimus thesauros pietatis ac liturgiae et doctrinae tutantur, et quae tandem in suis Pastoribus, Patriarchis Nobis dilectissimis — una cum ipsorum adiutoribus in Sacra uniuscuiusque Synodo Patriarchali — lucem, incitamentum ac vires consensionis inveniunt. Quapropter iuvat Nos oblata hac uti opportunitate ut benignitatem Nostram quam maximam erga ipsos testificemur eosdem de Nostra recordatione, de Nostra observantia Nostrisque precibus certiores facientes.

II. Quemadmodum iam notavimus, Consistorium significat tempus perquam sollemne et grave pro Ecclesiae vita, quae inter terrestria adiuncta ducitur. Hanc ergo occasionem — qua coram vobis et vobiscum versamur — nullo pacto praeterire possumus, quin nonnullas tractemus quaestiones atque Ecclesiae causas, quae Nobis sollicitudinem afferunt quasque magni putamus esse momenti, itemque vobiscum intimos Nostros sensus communicemus. Qui sensus sunt gratiae ac laetitiae ex una parte, sed ex altera etiam angoris ac doloris.

1) Prior sensus oritur ex nativo illo « optimismo » — innixo in certissimis Christi promissionibus[2] atque in novis semper ac solacii plenis Ecclesiae eventibus — quem Nos in pectore fovere solemus : est ipsa vitalis viriditas ac iuventus Ecclesiae, cuius tot praesto sunt testimonia et documenta. Haec vidimus et tetigimus per totum Annum Sanctum paulo ante terminatam, qui etiam nunc animum Nostrum salutariter illu-

[2] **Cfr. *Mt.* 28, 20; *Io.* 16, 33.**

minat. Essentia enim vitae christianae in vita spirituali posita est, nempe in ea supernaturali vita quae donum Dei est: Nobis igitur egregium conceditur solacium, quod sentimus eandem illam vitam crescere et vigere in tot Nationibus et populis, per testificationem fidei, per Liturgiam, per precationis studium iterum detectum atque gustatum, per gaudium, quod ex clara visione spirituali cordisque puritate exoritur.

Videmus praeterea magis ac magis augescere amorem inter fratres, qui seiungi non potest a Dei amore et qui inflammat studii ardorem adeo multorum Nostrorum filiorum nec non misericordem eorum operam pro pauperibus, pro reiectis, pro inermibus hominibus.

Nos intellegimus moderatrices normas a superiore Concilio propositas efficaciter dirigere ac sustinere continuum opus sese conformandi ad Christi Evangelium, per cultum vitae revera christianae atque virtutum theologalium exercitationem.

Vehementi cum admiratione contemplamur efnorescentia incepta missionalia, ac praesertim conspicimus ex certissimis signis progressum etiam in re maximi ponderis, scilicet in campo sacerdotalium et religiosarum vocationum, quae sine dubio variis in nationibus, post aliquod languoris intervallum, reviviscunt.

Videmus in cunctis continentibus adulescentes magno animo opereque concreto oboedire Evangelii praeceptis atque in se commonstrare voluntatem servandae necessariae coniunctionis inter optimam christianae vitae speciem et officium illam ad effectum deducendi.

Ita profecto, Venerabiles Fratres Nostri, Spiritus reapse operatur in omnibus Ecclesiae campis, etiam in illis, qui aliquando aridissimi videbantur!

2) Attamen subsunt causae acerbitatis et maestitiae, quas nec contegere volumus nec deminuere. Hae plerumque procedunt ex comprobata quadam extremitate, interdum insanabili quoad aliquos suos excessus, quae in oppositis factionibus denotat immaturam animi levitatem vel contumacem obstinationem; quae quidem tristem surditatem gignunt erga omnes hortationes et monitiones ad sanam aequilibritatem, animorum

exacerbatorum conciliatricem, quae per eximium Concilii magisterium impertitae sunt, iam ante plus quam decem annos.

a) Ex altera enim parte consistunt ii qui — dicentes se profiteri quam maximam fidelitatem erga Ecclesiam et Magisterium — data opera recusant et répudiant ipsa principia Concilii, et consequentem eorum applicationem et reformationem, itemque lentam eorundem exsecutionem Apostolicae Sedis opera et Conferentiarum Episcopalium sub Nostra auctoritate, quae a Christo originem ducit. Detrahitur auctoritati Ecclesiae praetextu Traditionis, cui ceterum solum verbis ac foris obsequium praestatur. Ab ducuntur fideles a vinculis oboedientiae erga Petri Sedem, sicut etiam a legitimis suis episcopis; respuitur auctoritas hodierna pro illa quae fuit alterius temporis. Et hoc tanto gravius est et peius, quod repugnantia ista, de qua loquimur, non solum defenditur ab aliquibus sacerdotibus, sed ducitur et dirigitur ab episcopo, scilicet Marcello Lefebvre, quem nihilominus Nos semper veneratione prosequimur.

Hoc vehementi quidem cum animi dolore animadvertimus : attamen in hac agendi ratione — quicumque sunt fines ad quos illi homines intendunt — quis non videt iam praesens propositum sese constituendi extra oboedientiam et communionem cum Petri Successore ac propterea cum ipsa Ecclesia?

Iamvero hoc, pro dolor, sponte consequitur, cum nempe affirmatur potius habendum esse detrectare oboedientiam quam oboedire, praetextu integram fidem servandi atque allaborandi suo modo ad Ecclesiae catholicae tutelam, dum ex contrario vera oboedientia eidem reapse denegatur. Idque palam affirmatur! Immo asserere non dubitant Concilium Vaticanum II vi obligandi carere; catholicam fidem in discrimine versari etiam propter normas post Concilium propositas; oboediendum non esse, ut quaedam traditiones serventur. Quae traditiones? Ad hunc hominum coetum — non autem ad Romanum Pontificem, non ad Episcoporum Collegium, non ad Concilium Oecumenicum — ius pertineret statuendi quaenam ex innumeris traditionibus habendae sint fidei normae! Ut videtis, Venerabiles Fratres Nostri, hac agendi ratione in iudicium vocatur illa divina voluntas quae Petrum eiusque legitimos Successores posuit Caput Ecclesiae, ut fratres in fide confirma-

re t atque universum gregem pasceret,[3] eumque depositi fidei sponsorem et custodem constituit.

Peculiari autem modo id eo gravius censendum est, quod illuc divisio inducitur, ubi congregavit nos in unum Christi amor, scilicet in Liturgiam atque in Eucharisticum Sacrificium, cum denegetur obsequium normis de re liturgica statutis. At vero, nomine ipsius Traditionis Nos ab omnibus filiis Nostris atque ab omnibus catholicis communitatibus postulamus, ut cum dignitate pietatisque fervore renovatae Liturgiae ritus celebrentur. Usus novi *Ordinis Missae* minime quidem sacerdotum vel christifidelium arbitrio permittitur. Instructione autem edita die quarto decimo mensis Iunii anno millesimo nongentesimo septuagesimo primo provisum est, ut Missae celebratio antiquo ritu sineretur, facultate data ab Ordinario, tantummodo sacerdotibus aetate provectis vel infirmis, qui Divinum Sacrificium *sine populo* ofïerrent. Novus Ordo promulgatus est, ut in locum veteris substitueretur post maturam deliberationem, atque ad exequendas normas quae a Concilio Vaticano II impertitae sunt. Haud dissimili ratione, Decessor Noster S. Pius V post Concilium Tridentinum Missale auctoritate sua recognitum adhiberi iusserat.

Idem promptum obsequium, vi supremae auctoritatis Nobis a Christo Iesu concessae, iubemus erga ceteras novas leges ad liturgiam, disciplinam, rem pastoralem spectantes, quae hisce annis latae sunt, ut Concilii decreta ad effectum deducerentur. Quodlibet inceptum hisce decretis obstare contendens, censeri nullo modo potest opus in Ecclesiae utilitatem positum, cum re vera grave ipsi afferat detrimentum.

Saepius per Nosmet ipsos, per Nostros adiutores aliosque amicos Reverendissimum Lefebvre monuimus de gravitate ipsius agendi modorum; de illegitimitate praecipuorum eius inceptorum in praesens exstantium; de inanitate ac saepe de falsitate principiorum doctrinalium, quibus ille tum suum agendi modum tum sua incepta suffulcire studet; denique de damnis quae exinde Ecclesiae universae oriuntur.

Vehementi cum angore, sed paterna cum spe, nunc etiam animum Nostrum convertimus ad hunc Nostrum in episcopatu

[3] **Cfr. *Lc. 22,* 32; *Io.* 21, 15 sq.**

Fratrem, ad ipsius adiutores atque ad omnes, qui ad eos sequendus sunt adducti. Nos persuasum quidem habemus multos ex his fidelibus, saltem primo tempore, bona fide ductos esse. Plane etiam intellegimus studiosum eorum amoris affectum erga suetas cultus vel disciplinae formas, ex quibus ipsi tamdiu spirituale robur atque animorum suorum alimoniam haurire solebant. At fore confidimus, uti iidem sereno animo meditari noverint nullis praeiudicatis opinionibus ducti, atque agnoscere velint se hodie quaesitum praesidium atque alimoniam reperire posse in renovatis religionis formis, quas Concilio Vaticano II ac Nobismetipsis necessario inducere visum est, ut Ecclesiae bonum, eius progressum in mundo huius temporis eiusque unitatem promoveremus. Nos igitur iterum adhortamur hos Nostros fratres ac filios, eosque exoramus, ut conscii fiant gravium vulnerum quae secus Ecclesiae illaturi sunt. Invitationem ipsis iteramus, ut secum recogitent gravia Christi monita de Ecclesiae unitate[4] ac de oboedientia erga legitimum Pastorem, ab Ipso universo gregi praepositum, cum signum oboedientiae sit quae Patri ac Filio debetur.[5] Nos eos aperto corde exspectamus apertisque bracchiis ad eos prompte amplectendos : utinam humilitatis exemplum praebentes, ad gaudium Populi Dei rursus viam unitatis et amoris ingredi valeant!

b) Ex altera vero parte sunt qui — contrarias prorsus doctrinas profitentes sed pariter Nobis vehementis doloris causam afferentes — falso putant se viam pergere per Concilium apertam; atque adeo praeiudicatis opinionibus permoti, interdum sine ulla emendationis spe, sese acriter gerunt in iudiciis ferendis de Ecclesia eiusque institutis.

Quare eadem firmitate declarare debemus nullo modo admitti posse eorum omnium agendi rationem:

— quotquot arbitrantur sibi licere propriam ipsorum liturgiam creare, interdum Missae Sacrificium ac sacramenta redigentibus ad celebrationem suae vitae vel suae luctationis atque etiam ad suam ipsorum fraternitatem significandam; vel contra leges intercommunionem exercent;

[4] Cfr. *Io.* 17, 21 sq.
[5] Cfr. *Lo.* 10, 16.

— quotquot in catechesi tradenda extenuant doctrinae catholicae institutionem eam accommodantes ad sollicitationes vel hominum postulationes, secundum opiniones quae christianum nuntium penitus corrumpunt, ut iam declaravimus in Exhortatione Apostolica, cui index *Quinque iam annos* quae die **VIII** decembris anno **MÇMLXXI** post quinquennium a Concilii exitu edita est;[6]

— quotquot ita se habent, ut vivam Ecclesiae Traditionem a Patribus usque ad Magisterii doctrinam, plane neglegant; qui quidem nova ratione interpretantur Ecclesiae doctrinam, Evangelium ipsum, res spirituales, divinitatem Christi, eius resurrectionem vel Eucharistiam, ita ut germanam harum veritatum significationem reapse destruant, novam hoc modo gnosim creantes et quodammodo « liberum examen » in Ecclesiam introducen tes; quod quidem eo periculosius contingit, quod de iis agitur, quibus altissimum itemque summae gravitatis munus concreditum est Sacram Theologiam docendi;

— quotquot extenuant munus sacerdotalis ministerii proprium ;

— quotquot dolendum in modum leges violant Ecclesiae, vel vitae moralis postulata quae per ipsam inculcantur;

— quotquot denique ita theologalem vitam intellegunt quasi agatur de ordinanda terrestri societate; immo illam ad actionem politicam redigunt, spiritum, vias, agendi modos ad hunc finem adhibentes, quae Evangelio repugnant; atque eo procedunt, ut transcendens Christi nuntium, eius praedicationem Regni Dei, eiusque amoris praeceptum erga homines in ineffabili Dei paternitate fundatum, cum opinionibus confundant, quae tale nuntium essentialiter negant, in eius locum doctrinam substituentes eidem prorsus oppositam, ac propugnantes varium quoddam conubium inter duas humanae vitae rationes, quae inter se componi nullo modo possunt, ut agnoscunt ipsi periti huius doctrinae, qui ex altera factione sunt.

Christiani huius generis non sunt quidem numero plures, sed magnopere perstrepunt, cum temere putent se necessitates interpretari universi populi christiani aut irrevocabilem historiae cursum. Hoc facientes, nullo modo ad Concilii Vaticani II

« Cfr. *A.A.S.* 63, 1971, p. 99.

auctoritatem appellare possunt quia eius recta interpretatio atque applicatio nulli prorsus licentiae dant occasionem; neque provocare possunt ad apostolatus necessitates, ut ad homines accedere possint, qui religionem non exercent vel christiana fide carent: verus enim apostolus ab Ecclesia mittitur, ut de ipsius Ecclesiae doctrina ac vita testimonium perhibeat. Fermentum totam massam pervadere debet; attamen evangelicum permanere debet; secus et ipsum una cum mundo* corrumpitur.

Venerabiles Fratres Nostri! Cupivimus commendare vobis has nostras intimas cogitationes, cum probe sciamus quae tempora Ecclesiae impendeant. Ipsa quidem est eritque semper signum et vexillum erectum inter populos,[7] quoniam munus habet nuntiandi, immo nonnumquam cum aliqua provocatione denuntiandi mundo isti, qui eam intuetur, veritatem illius fidei, quae hominum ultimam sortem illustrat, spem quae sola non confundit,[8] caritatem quae eripit hominem ex nimio sui amore, qui variis sane formis conatur eum invadere et opprimere. Non est hoc certe tempus fugae, nec desertionis, nec concessionum; tantoque minus tempus formidinis. Christiani homines simpliciter nunc vocantur, ut christiani veri nominis sint: atque tales quidem eatenus erunt, quatenus Ecclesiae et Concilio fideles permanserint.

Nemo, ut Nos opinamur, in dubio ponet summam monitionum atque hortationum quas per hos Pontificatus Nostri annos imperavimus Pastoribus et Populo Dei, immo universo mundo. Grati sumus erga eos qui ex hisce hortamentis Nostris agendi rationem hauserunt; nam omnia ista docuimus vivida suffulti spe ac tranquillo moti optimismo, qui tamen veram rerum ipsarum concretarum aestimationem non exclusit. Si hodie diutius immorati sumus in aliquibus rationibus minus probandis, ideo fecimus quod singularis haec occasio vestraque benigna fiducia Nos adduxerunt, ut id opportunum iudicaremus. Reapse, essentia charismatis prophetici, ad quod exercendum Dominus Nobis promisit Spiritus sui praesentis auxilium, eo spectat ut vigilemus, ut pericula iudicemus, ut investigemus signa illucescentis aurorae sub obscuro noctis orbe.

[7] **Cfr. *Is.* 5, 26; 11, 12.**
[8] Cfr. *Rom.* 5, 5.

Custos, quid de nocte? Custos, quid de nocte? Haec verba in ore Nostro ponit ipse propheta.[9] Donec igitur placida aurora retribuat hominibus gaudium et colorem, volumus pergere vocem Nostram attollere secundum officium illud, quod Nobis est commissum. Vos, autem, amici Nostri et cooperatores proximi, potestis ante reliquos omnes et melius quam ceteri omnes repetere ac diffundere vocem Nostram apud tot fratres Nostros et filios. Et dum praeparamur iam ad celebrandum Dominum Iesum qui cum signis passionis gloriosaeque resurrectionis ascensurus est ad dexteram Patris, nos debemus suspicientes *caelos apertos*[10] semper persistere spe laetitia fortitudine pieni. In Nomine Domini! In quo Nomine sancto singulis vobis benedicimus.

Nunc autem recensere iuvat lectissimos Praesules, quos ob cuiusque promerita, dignos existimavimus, qui amplissimo Collegio vestro in hoc Sacro Consistorio aggregarentur :

OCTAVIUS ANTONIUS BERAS ROJAS, Archiepiscopus S. Dominici;

OPILIUS ROSSI, Archiepiscopus titulo Ancyranus;

IOSEPHUS MARIA SENSI, Archiepiscopus titulo Sardiaïius;

IOANNES CAROLUS ARAMBURU, Archiepiscopus Bonaërensis;

CONRADUS BAFILE, Archiepiscopus titulo Antiochenus in Pisidia;

HYACINTHUS THIANDOUM, Archiepiscopus Dakarensis;

EMMANUEL NSUBUGA, Archiepiscopus Kampalaènsis ;

IOSEPHUS SCHROFFER, Archiepiscopus titulo Volturnensis;

LAURENTIUS TREVOR PICACHY, Archiepiscopus Calcuttensis ;

IACOBUS L. SIN, Archiepiscopus Manilensis;

VILLELMUS WAKEFIELD BAUM, Archiepiscopus Vashingtonensis ;

ALOISIUS LORSCHEIDER, Archiepiscopus Fortalexiensis ;

[9] *Is.* 21, 11.
[10] *Act.* 7, 56.

REGINALDUS IOANNES DELARGEY, Archiepiscopus Vellingtonensis ;

EDUARDUS PIRONIO, Archiepiscopus titulo Thigensis;

LADISLAUS LÉKAI, Archiepiscopus Strigoniensis;

BASILIUS HUME, Archiepiscopus Vestmonasteriensis;

VICTOR RAZAFIMAHATRATRA, Archiepiscopus Tananarivensis;

BOLESLAUS FILIPIAK, Archiepiscopus titulo Plestiensis;

DOMINICUS EKANDEM, Episcopus de Ikot Ekpene.

Praeterea, ex duobus Cardinalibus, quos Nobis in pectore reservamus, unum nunc publice edicimus, qui est **IOSEPHUS MARIA TRIN-NHU-KHUÊ**, Archiepiscopus Hanoiensis, qui hesterno die Romam advenit; alterum vero adhuc iii pectore reservamus, quem quandocumque Nostro arbitrio renuntiabimus.

Ex his ad ordinem Diaconorum pertinebunt:

OPILIUS ROSSI,

IOSEPHUS MARIA SENSI,

IOSEPHUS SCHROFFER,

EDUARDUS PIRONIO,

BOLESLAUS FILIPIAK.

Ceteros vero pertinere volumus ad Ordinem Presbyterorum.

Cum dispensationibus, derogationibus, et clausulis necessariis et opportunis. In nomine Pai© tris et Fi:©Iii et Spiritus© Sancti. Amen.

Absoluta oratione, Sanctus Pater nominationis scripta documenta tradidit Ioanni Card. Villot, Secretario Status, qui ea singula singulis creatis et renuntiatis S. B. E. Cardinalibus afferenda curavit.

II - ELECTIO CAMERARII SACRI COLLEGII

Reverendissimus Cardinalis Franciscus Seper detulit ac reddidit perulam Camerarii Sacri Collegii S. B. E. Cardinalium Summo Pontifici, qui eam tradidit Rev.mo Cardinali Agnello Rossi, Sacrae Congre-

gationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide Praefecto, eum renuntians eiusdem Sacri Collegii Camerarium, ad proximum usque sacrum Consistorium delato munere functurum.

III - OPTIONES

Deinde, Reverendissimus Cardinalis Dinus Staffa optavit et petiit, ut, dimisso titulo Sacri Cordis Christi Regis, sibi titulus Sanctae Mariae supra Minervam assignaretur. Reverendissimus vero Cardinalis Gabriel M. Garrone, nomine Rev.mi Cardinalis Alexandri Caroli Renard, optavit et petiit ut, dimisso priore titulo Sancti Francisci a Paula ad Montes, titulus eidem assignaretur SS.mae Trinitatis in Monte Pincio.

Quibus Summus Pontifex benigne annuit optatosque titulos assignavit.

IV - PROVISIO ECCLESIARUM

Postea Beatissimus Pater sic nonnullis metropolitanis et cathedralibus Sedibus providit :

Metropolitanae Sedi Medanensi **praefecit Exc. P. D. Alfredum Gontium Pium Datubara, tunc Episcopum tit. Novensem;**

Cathedrali Sedi Keremanae, **noviter constitutae, Exc. P. D. Vergilium Patricium Copas, tunc Archiepiscopum Portus Moresbiensis, ei ad personam archiepiscopalem dignitatem servans;**

Cathedrali Sedi Peterboroughensi, **R. D. Iacobum L. Doyle, cathedralis templi Londonensis curionem;**

Cathedrali Ecclesiae Sinus Tonitralis, **R. D. Ioannem A. 0'Mara, e clero archidioecesis Torontinae, curionem S. Laurentii in oppido vulgo ((Scargorough » ;**

Cathedrali Sedi Nahhonsauanensi, **R. D. Iosephum Banchong Aribarg, e clero dioecesis Chanthaburiensis ;**

Cathedrali Sedi Ubonratchathaniensi, **R. D. Michaelem Bunluen Mansap, e clero dioecesis Ratchaburensis ;**

Ecclesiae tit. Lunensi, **R. D. Vincentium Zarri, metropolitam templi Bononiensis curionem, quem simul Auxiliarem renuntiavit Em. D. Antonii S. R. E. Cardinalis Poma, Archiepiscopi Bononiensis;**

Ecclesiae tit. Nicivensi, **R. D. Stanislaum Ott, episcopalis curiae Rubribaculensis cancellarium, quem simul renuntiavit Auxiliarem Exc. D. Philippi M. Hannan, Archiepiscopi Novae Aureliae;**

Ecclesiae tit. Morosbisdensi, **R. D. Georgium A. Fulcher, e clero dioecesis Columbensis, eumque simul renuntians Auxiliarem Exc. D. Eduardi Herrmann, eiusdem dioecesis Episcopi.**

Praeterea Summus Pontifex, nonnullas pronuntiavit Ecclesias, quibus iam per Apostolicas sub plumbo Litteras sacrorum Antistites praefecti fuerant, ex quo nempe die, xn mensis decembris, anno MCMLXXV, proximum Consistorium Secretum habitum est. Videlicet :

E triginta Metropolitanis Sedibus :

Ecclesiam Ultraiectensem, **E.mo D. Ioanni S. R. E. Cardinali Willebrands destinatam; et**

De Lourenço Marques, **cui praefectus est Exc. D. Alexander Iosephus Maria dos Santos.**

E sexdecim archiepiscopalibus Ecclesiis titulo assignatis :

Amiteminam, **R. D. Augustino Cacciavillan ; et**

Turrensem in Byzacena, **R. D. Bonifatio Piccinini attributis.**

E centum duo de viginti dioecesibus :

Rottenburgensem, **cuius Episcopus R. D. Georgius Moser electus est;**

Maitlandensem, **R. D. Leoni Mauritio Clarke concreditam;**

Yeliternam, **cui Episcopus R. D. Dantes Bernini praefectus est;**

Sancti Claudii, **curis R. D. Gilberti Duchêne creditam.**

Ex centum duo de triginta episcopalibus Ecclesiis titulo assignatis :

Frequentinam, **R. D. Henrico Assi attributam; et**

Holarensem, **R. D. Gerardo Schwenzer.**

E sex Praelaturis :

Altamurensem, **cuius sacer Praesul factus est R. D. Salvator Isgrò ;**

Roraimensem, **R. D. Aldoni Mongiano concreditam.**

Denique Abbatias « nullius » *Beatae Mariae Auxiliatricis de Belmont,* **cui praefectus est R. D. ludas Cleary; et** *Pietersburgensem,* **curis R. D. Fulgentii Varnerii Le Roy destinatam.**

Demum Beatissimus Pater assensum se dedisse dixit electionibus canonice factis :

— in Synodo Episcoporum *Maronitarum :* **Exc.mi P. D. Antonii Petri Khoraiche, Episcopi Sidoniensis Maronitarum, ad patriarchalem Ecclesiam Antiochenam Maronitarum; R. P. Ibrahim Helou, ad cathedralem Ecclesiam Sidoniensem Maronitarum ; R. P. Rolandi Abijaoudé, ad titularem episcopalem Ecclesiam Arcenam, cum munere Vicarii patriarchalis Ecclesiae Antiochenae Maronitarum ; R. P. Antonii Joubeir, ad titularem episcopalem Ecclesiam Apamenam in Syria, cum munere Administratoris patriarchalis Ecclesiae Tripolitanae Maronitarum;**

— in Synodo Episcoporum *Melchitarum :* **R. P. Habib Bâcha, ad archiepiscopalem Ecclesiam Berytensem et Gibailensem Melchitarum; R. P. Maximi Salloum, ad archiepiscopalem Ecclesiam Ptolemaidensem; Exc.mi P. D. Gregorii Haddad, Archiepiscopi Merytensis et Gybailensis Melchitarum, ad titularem archiepiscopalem Ecclesiam Adanensem Melchitarum.**

V - RELATIO CAUSARUM CANONIZATIONIS

Subinde Exc. D. Iosephus Casoria, vir a Secretis Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum, rettulit de causis canonizationis Beatorum Ioannis Ogilvie, sodalis Societatis Iesu, martiris ; Sarbellii Makhlouf, sodalis Ordinis Libanensis Maronitae, et Beatricis de Silva Meneses, virginis, conditricis Sororum a SS.ma Conceptione B. M. V.

Quibus relatis, Summus Pontifex Eminentissimorum Patrum Cardinalium suffragia his, quae sequuntur verbis exquisivit:

Debita diligentia considerationem Nostram intendimus in ea omnia argumenta, quae ad propositas causas illustrandas comprobandasque allata sunt. Attamen, res tantae est gravitatis, ut Nobis videatur cognitam habere mentem vestram, antequam decretoriam sententiam Nostram pronuntiemus.

Rogamus igitur vos, ut conscientiae officio ducti, de more circa has causas suffragia vestra f eratis.

Tunc singuli S. R. E. Cardinales, servato suo cuiusque ordine, sententiam aperuerunt.

CONSISTORIUM UNICUM
(LOCO SEMIPUBLICI ET PUBLICI)

Consistorio secreto absoluto, statim eadem in Aula initium habuit *Consistorium unicum,* **seu olim** *semipublicum* **et** *publicum,* **cuius acta referuntur.**

I - POSTULATIO PALLIORUM

Reverendissimus Dominus Cardinalis Carolus Confalonieri, nomine Reverendissimi Domini Cardinalis Ioannis Caroli Aramburu, postulavit Pallium pro Metropolitana Ecclesia *Bonaerensi.*

Reverendissimus Dominus Cardinalis Sebastianus Baggio, nomine Reverendissimi Domini Cardinalis Georgii Basilii Hume, postulavit Pallium pro Metropolitana Ecclesia *Vestmonasteriensi.*

Reverendissimus Dominus Cardinalis Agnelus Rossi, nomine Reverendissimi Domini Cardinalis Victoris Razafimahatratra, postulavit Pallium pro Metropolitana Ecclesia *Tananarivensi.*

Sic sacris Palliis postulatis, Beatissimus Pater annuit atque Cardinali Protodiacono Perieli Felici mandavit ut, crastina die, Pallium traderet S. R. E. Cardinalibus pro quibus petitum fuerat.

Deinde sacrum Pallium *personaliter* **postulaverunt Exc.mi DD. Archiepiscopi : Alexander Iosephus Maria dos Santos, pro metropolitana Ecclesia** *De Lourengo Marques;* **Septimius Todisco, pro metropolitana Ecclesia** *Brundusina et Ostunensi;* **Leobardus D'Souza, pro metropolitana Ecclesia** *Nagpurensi;* **denique Antonius Frondosa, pro Ecclesia metropolitana** *Capicensi.*

Postulatio autem Pallii *per procuratorem* **facta est : pro metropolitanis Sedibus, quae sequuntur :** *Ibaguensi, Bucaramanguensi, Cuschensi, Seattlensi, Sancti Ferdinandi, Kadunaënsi, Vallisolitana, Praetoriensi, Paulopolitana et Minneapolitana, Manizalensi, Cochabambensi, Sanctae Crucis de Sierra, Ravennatensi et Cerviensi, Luandensi, Madangana, Portus Moresbiensis, Vratislaviensi, Liverpolitana, Angelorum, Mutinensi et Nonantulan^, Kigaliensi, Suvana, Ancoragiensi, Medanensi.*

Ex privilegio pro episcopalibus Sedibus : *Vaciensi, Volaterrani* **et denique** *Troiana.*

Item Summus Pontifex prolatis verbis mandavit Perieli Felici, Cardinali Protodiacono, ut crastina die postulatum Pallium vel sacris ipsis Praesulibus, qui petiverant, vel eorum procuratoribus sueta caeremonia traderet.

II - PERORATIO CAUSARUM CANONIZATIONIS

Postea D. Ioannes Torre, sacrae Consistorialis Aulae Advocatorum Decanus, ad suetum morem institit, ut Beati Ioannes Ogilvie, Sarbellius Makhlouf et Beatrix de Silva Meneses per sollemnem Summi Pontificis declarationem in Sanctorum album inscriberentur, aptiore die statuto.

Cui viro Beatissimus Pater per Rodomontem Galligani, Secretariae Status Praelatum, sic respondit :

« Vehementer sane gaudemus, quod vos concordibus suffragiis postulavistis, ut his Beatis Sanctorum Caelitum honores tribuantur ; id enim flagrantissimis etiam Nostris votis respondet.

Mhil igitur est, cur a peritorum iudiciis atque a membrorum Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum sententiis discedamus, quae multis ac gravibus argumentis innituntur.

Quare, nulla mora, iam nunc hos Beatos summis sanctitudinis honoribus dignos iudicantes, eosdem inter Sanctos annumerandos esse decernimus ; quod, iuvante Deo, sollemni ritu faciemus hoc anno in Vaticana Basilica. Nominatim autem in Sanctorum album referemus : Beatricem de Silva Meneses, die tertio mensis Octobris ; Ioannem Ogilvie, die septimo decimo mensis Octobris ; Sarbellium Makhlouf, die pro opportunitate statuendo.

Interea, autem, vos omnes hortamur ut Deo preces sine intermissione adhibeatis, ut consilia Nostra Ecclesiae Sanctae prosint atque christianae vitae afferant incrementum.

III - TITULORUM ET DIACONIARUM COLLATIO

Interiecto haud magno temporis spatio, Summus Pontifex Paulus Pp. VI maximum Urbis Vaticanae auditorium ingressus est, in quod antea convenerant novensiles S. R. E. Cardinales frequentissimusque ex omnibus nationibus populus, ut rubrum Biretum, seu ornamentum cardinaliciae dignitatis insigne, singulis imponeret atque illis Titulum vel Diaconiam assignaret per Apostolicas, simul delatas, sub plumbo Litteras, de re fidem facientes. Videlicet :

OCTAVIO ANTONIO BERAS ROJAS, *Titulum S. Sixti.*

IOANNI CAROLO ARAMBURU, *Titulum S. Ioannis Baptistae Florentinorum.*

HYACINTHO THIANDOUM, *Titulum S. Mariae de Populo.*

EMMANUELI NSUBUGA, *Titulum S. Mariae Novae.*

LAURENTIO TREVOR PICACHY, *Titulum Immaculati Cordis B. Mariae Virginis ad Forum Euclidis.*

IACOBO SIN, *Titulum S. Mariae ad Montes.*

VILLELMO WAKEFIELD BAUM, *Titulum S. Crucis in via Flaminia.*

ALOISIO LORSCHEIDER, *Titulum S. Petri in Monte Aureo.*

REGINALDO IOANNI DELARGEY, *Titulum Conceptionis Immaculatae B. Mariae Virginis ad viam Tiburtinam.*

LASZLO LÉKAI, *Titulum S. Teresiae Virginis.*

VICTORI RAZAFIMAHATRATRA, *Titulum S. Crucis in Hierusalem.*

GEORGIO BASILIO HUME, *Titulum S. Silvestri in Capite.*

DOMINICO EKANDEM, *Titulum Sancti Marcelli.*

IOSEPHO MARIAE TRIN-IÜIU-KHUE, *Titulum S. Francisci a Paula ad Montes.*

OPILIO ROSSI, *Diaconiam S. Mariae Liberatricis ad Collem Testaceum.*

IOSEPHO MARIAE SENSI, *Diaconiam Ss. Blasii et Caroli ad C atinarios.*

CONRADO BAFILE, *Diaconiam S. Mariae in Porticu.*

IOSEPHO SCHROEFFER, *Diaconiam S. Sabae.*

EDUARDO PIRONIO, *Diaconiam Ss. Cosmae et Damiani.*

BOLESLAO FILIPIAK, *Diaconiam S. Ioannis Bosco in via Tusculana.*

Antequam novensilibus S. R. E. Cardinalibus impositum est Biretum, E.mus Pater Octavius Antonius Beras Rojas, primus e Purpuratis Patribus modo creatis, suo suorumque collegarum nomine grati animi sensus Italicis hisce verbis Summo Pontifici aperuit :

Beatissimo Padre,

a **Tu es Petrus »[1] principio di unità e di comunione nella Chiesa. Chi Vi serve, Padre Santo, serve la Chiesa e chi serve Voi come Pietro, serve l'unità e la comunione della Chiesa, collaborando strenuamente con Voi affinché il Corpo di Cristo sia veramente corpo e corpo di Cristo-capo e affinché l'umanità tutta diventi gregge di Cristo, campo e vite fruttifera del Signore, casa e tempio della Spirito Santo, sposa dell'Agnello Immacolato e nuova Gerusalemme.[2] Come Vicario in terra del Signore, e Pontefice della Chiesa Romana, madre della Chiesa universale per volontà divina, ci avete chiamati a far parte del Collegio Cardinalizio : è un grande onore e una più grande responsabilità.**

Coscienti di questo, desideriamo manifestarvi la nostra gratitudine per tale squisita benevolenza, che oltrepassa i nostri meriti. Considerando, per altro, gli obblighi, che questo onore ci impone, non possiamo, mentre confessiamo la nostra insufficienza, non testimoniare e promettere la nostra disponibilità e dedizione, la nostra totale ubbidienza e la nostra sollecitudine nel compiere fedelmente tutto ciò che vorrete confidarci. Occupando d'ora in avanti un posto preminente tra il clero romano, in questa Città che è veramente « caput mundi », arricchiremo è vero, in certo modo la Chiesa Romana, ma saremo noi soprattutto a essere pienamente arricchiti. In noi, che veniamo da numerose e così diverse regioni del mondo, saranno presenti le speranze e le gioie, le tristezze e le angosce, la luci e le aspirazioni di tanti popoli che potranno così, per mezzo nostro, arricchire questa Chiesa Romana e la Chiesa Universale. Quelli, poi, tra noi che non si fermano qui, nel ritornare da questa Chiesa di Pietro e Paolo alle loro Chiese, porteranno con gaudio il tesoro dell'unità e della comunione, della tradizione e dell'aggiornamento, della sapienza e della santità. Ci sia propizio e prodigo Dio Uno e Trino, il Figlio come Dio Redentore, liberatore e salvatore, e lo Spirito Santo come nostro Paraclito, anima del corpo di Cristo e fonte inesauribile di vita divina in ognuno di noi. Ed anche ci sia propizia e ci assista la Madre di Dio e Madre nostra, la Madre della Chiesa, Maria.

[1] *Mt.* 16, 17.
[2] Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* nn. 6 et 7.

Cui sic Beatissimus Pater respondit, Italica, Gallica, Anglica, Hispanica et Lusitana adhibitis linguis :

In questa fase della celebrazione del Concistoro, nella quale li incontriamo pubblicamente per la prima volta, salutiamo con gioia i nuovi Cardinali, da noi nominati stamani nel Concistoro Segreto. Siamo grati al Signor Cardinale Arcivescovo di Santo Domingo, per i sentimenti espressi, che ben interpretano il momento privilegiato che stiamo insieme vivendo.

Salutiamo altresì le Delegazioni Ufficiali governative dei vari Paesi, nonché i Vescovi, i sacerdoti, i religiosi, i fedeli che, in esultanza, fanno corona ai nuovi membri del Sacro Collegio, ai quali sono legati per il vincolo della parentela, dell'amicizia, della collaborazione, dell'obbedienza di altrettanti figli ai propri Padri e Pastori.

I. Questa presenza di elette rappresentanze delle varie diocesi del mondo per l'aggregazione, a titolo tutto speciale, alla Chiesa di Roma di membri delle varie Chiese locali e di benemeriti servitori della Sede Apostolica in varie funzioni nelle Rappresentanze Pontificie o nella Curia Romana, assume un significato particolarmente eloquente: essa è anzitutto come l'ideale prolungamento dell'Anno Santo, che ha visto appunto vigorosamente sottolineati, nel linguaggio della fede e della preghiera presso la Tomba di Pietro, i legami spirituali che uniscono la Chiesa intera, vivificata da Cristo e stretta attorno al suo Vicario in terra, nella lode perenne del Padre : *unum corpus et unus Spiritus, sicut vocati estis in una spe vocationis vestrae. Unus Dominus, una fides, unum baptisma. Unus Deus et Pater omnium, qui est super omnes et per omnia et in omnibus nobis}* L'Anno Santo, che ci ha fatto vivere questa stupenda esperienza di fede, ha oggi il suo coronamento.

II. Ma più ancora, questo atto che oggi tiene occupato il nostro spirito, è una rappresentazione parziale, ma diremmo visiva di quella Collegialità, messa in nuova luce dal Concilio Vaticano II, la cui attuazione fedele è scopo costante e tenace del nostro Pontificato. Questa Collegialità, anche in questo avvenimento particolare, opera concorde e unita, sospinta dal

[1] *Eph.* 4, 4-6.

soffio dello Spirito, per dare una testimonianza a Cristo e al suo Vangelo, per continuare nel mondo lo slancio missionario della Redenzione, per irradiare la luce della verità che, partita dal cuore del Padre, è brillata sul volto di Cristo : *ad illuminationem scientiae caritatis Dei in facie Christi Iesu.*[2]

III. Ed ecco perciò infine il più alto supremo significato dell'odierna cerimonia : la fedeltà. Nel giuramento che tra poco voi farete, Venerati Fratelli Nostri, stanno scritte parole alte, gravi, luminose, tremende: *promitto et iuro, me ab hac hora deinceps, quamdiu vixero, fidelem Christo eiusque Evangelio atque oboedientem beato Petro sanctaeque Apostolicae Romanae Ecclesiae ... constanter fore.* E nel ricevere la berretta purpurea sentirete ricordarvi che essa indica *quod usque ad sanguinis effusionem pro incremento christianae fidei, pace et quiete populi Dei, Ubertate et diffusione Sanctae Romanae Ecclesiae vos intrépidos exhibere debeatis.* Ecco indicata la fisionomia che voi, oggi, assumete nella Chiesa di Dio. D'ora in poi, con un segno particolare, voi sarete strettamente e intimamente uniti più che non mai alla Sede di Pietro : i titoli delle vetuste Basiliche romane, o delle nuove chiese sorte nell'Urbe in tempi recenti come centri di coesione di altrettante comunità ecclesiali, vi ricorderanno il legame che vi stringe, come membri a titolo specialissimo, a questa fatidica Chiesa Romana, prima ed amorosa sorella di quante altre Chiese cattoliche ne condizionano le fede e la carità. Avrete un dovere di partecipazione e di collaborazione, più o meno frequente a seconda delle possibilità e circostanze, ai Dicasteri della Curia Romana, vale a dire al governo, cioè al suo apostolico servizio all'intera cattolicità. E la fedeltà assoluta e inalterabile che state per giurare alla Sede di Pietro, e sulla quale il Papa sa di poter contare, si dovrà manifestare anche nella vita delle singole Chiese locali, che voi guidate o rappresentate. È come una corrente di vita che fluisce dal centro verso i singoli punti locali, e di qui al centro ritorna, in un unico scambio di vitalità e di amore, che manifesta l'intima fecondità ed unità della Chiesa, di Cristo.

Noi ringraziamo il Signore, che non abbandona mai la sua

[2] *2 Cor.* 4, 6.

Chiesa, la rinvigorisce sempre più nella perenne giovinezza che le ha dato ; la sua assistenza ci guida ***manu potenti et Gracchio extento:*** a Lui ci affidiamo, mentre rinnoviamo insieme il nostro pubblico, solenne atto di fede.

A ces Frères que Nous venons d'agréger au Sacré Collège des Cardinaux et qui seront plus que jamais unis au Siège de Pierre, Nous sommes heureux de redire notre estime affectueuse, notre vénération, notre pleine confiance. Et vous tous, Frères et Fils qui les entourez, réjouissez-vous avec Nous et appuyez-vous sur leur fidélité!

It is with great affection and Joy that we welcome you this morning. We pray that this day may mark, for the new Cardinals and for ail of you who accompany them, a moment of strong resolution and of humble rededication to Jesus Christ and to his Gospel. May you expérience deeply the unity of Christ's Church and the urgency of bringing his message to the world. May the love of Christ dwell in your hearts.

Den Vertretern von Staat und Kirche sowie allen Gläbigen deutscher Sprache, die sich zur Kreierung der neuen Kardinäle eingefunden haben und an dieser festlichen Stunde teilnehmen, gelten Unsere herzlichen Grüsse und aufrichtigen Segenswünsche!

Con nuestra felicitación a los nuevos Señores Cardenales, queremos unirnos también al gozo de sus familiares aquí presentes y a los ausentes. Que este acto, quede en vuestro ánimo como recuerdo que os estimule a vivir en espíritu y en verdad y a fomentar en vuestro ambiente los vínculos de la fe y de la caridad de Cristo.

Urna palavra cordial e afectuosa, para saudar também os presentes de lingua portuguesa, irmanados na fé e na caridade que nos une em Cristo, em torno dos novos Cardeais criados neste Consistorio. A todos envolvemos na Nossa estima e com votos de todo o bem abençoamos, assim como as vossas familias e gentes que representáis, para Nos muito queridas no Senhor.

Die XXVII, qui proximus post sacra celebrata Consistoria illuxit, in Sollemnitate Ascensionis D.ni Nostri Iesu Christi, in Patriarchali Basilica Sancti Petri Apostoli, infra Missam sollemni pompa concelebratam, Summus Pontifex Paulus Pp. VI Cardinalibus recenter creatis anulum tradidit, cooperatores eos constituens sui ministerii, iisque hunc sermonem fecit :

Oggi il Martirologio offre questo titolo alla nostra festività: « In monte Oli ve ti Ascensio Domini nostri Iesu Christi ». La Ascensione pertanto attrae e fissa gli sguardi delle nostre anime verso questa figura splendida e luminosa del Signore, che s'innalza nel cielo, come un globo di fuoco, il quale si fa più ardente ed abbagliante a mano a mano, che si allontana da noi, fino a superare la luce del sole cosmico, e farsi Lui stesso lo splendore dell'universo rivelandone nuovi e profondi aspetti risultanti da quella stessa illuminazione rivelatrice.[1] Gli occhi restano abbagliati, e il fulgore diventa mistero. Ma la nostra gioia rimane e si fa coscienza, si fa parola, si fa canto.

Noi godiamo intanto di questa coincidenza festiva : la celebrazione della gloria di Cristo, che sale al cielo e siede alla destra del Padre, proietta la sua luce sulla solenne liturgia, che noi stiamo celebrando, e che vede raccolta intorno a noi nel compimento dei santi riti eucaristici la schiera dei nuovi Cardinali, chiamati a condividere col successore di San Pietro l'appartenenza al Clero di questa sede romana, l'onore e l'onere di partecipare al governo pastorale del centro dell'unità e della cattolicità della santa Chiesa Romana, e di testimoniare e di assicurare la regolare successione del suo Vescovo, Vicario di Cristo e servo dei servi di Dio. Quanto è pieno di spirituale bellezza, e quanto irradiante di profetico significato il fatto che su questo quadro ecclesiale, su questo momento liturgico risplenda la misteriosa, ma, tra pochi istanti della sacra celebrazione, la reale, sacramentale presenza di quello stesso Gesù, il Cristo, Figlio di Dio e Figlio dell'uomo, del quale oggi la Chiesa festeggia il celeste ed ormai eterno trionfo; Cristo è con noi, e sebbene rappresentato nell'atto del suo sacrificio redentore, Egli è con noi nella pienezza della sua gloria.

[1] Cfr. *Je* 60, 19; *Ap* 21, 23; 22, 5.

Oh ! gloria a Te, o Signore, che sebbene sottratto alla nostra esperienza sensibile, pure sei con noi con la divina fedeltà alla tua finale promessa : « Ecco, Io sono con voi tutti i giorni, fino alla fine del mondo ».[2] Noi guardiamo in questo momento l'orologio della nostra storia, e francamente crediamo e diciamo: adesso, sì, Egli, Cristo, risorto, vivo e celeste, è con noi; oggi noi onoriamo e proclamiamo a noi stessi, all'assemblea circostante, e ai Popoli dei quali noi rispettivamente siamo figli, e investiti, in certo modo, della loro rappresentanza: Cristo, il buon Pastore dell'umanità, il Maestro e il Salvatore del mondo, colui che «è chiamato: Consigliere ammirabile, Dio potente, Padre per sempre, Principe della Pace »,[3] è con noi. Egli l'ha detto : <(dove sono due o tre riuniti nel mio nome, Io sono in mezzo a loro » ;[4] e noi, quanti qui siamo, appunto siamo riuniti nel Tuo nome.

E così intimo, così urgente si fa il senso di cotesta divina, ineffabile presenza di Cristo, che un infantile, ma evangelico desiderio ci sorprende: «Signore, noi vorremmo vederti!».[5] Com'è il volto di Cristo? Quante, quante immagini Tue, o Gesù, la pietà e l'arte cristiana hanno messo davanti ai nostri occhi; e molte di queste ci raffigurano, in qualche maniera, non solo l'aspetto umano e doloroso di Gesù, ma alcune anche l'aspetto celeste e glorioso; pensiamo a quello della trasfigurazione, descritto dal Vangelo : « la sua faccia divenne risplendente come il sole e le sue vesti candide come la luce » ;[6] pensiamo a quello dell'Apocalisse : « io vidi sette candelabri d'oro, e in mezzo ai candelabri vi era uno simile a figlio di uomo, con una veste lunga fino ai piedi, e cinto al petto con una fascia d'oro. I capelli della testa erano candidi, simili a lana bianca, come neve. Aveva gli occhi fiammeggianti come fuoco... ».[7]

Ma queste immagini bibliche di Gesù celeste incantano i nostri spiriti e ci fanno quasi piuttosto sentire la sublime distanza del Cristo risorto, che non confortino il nostro trepido

[2] ***Mt* 28, 20.**
[3] ***Is* 9, 5.**
*** *Mt* 18, 20.**
[5] **Cfr. *Gv* 12, 21.**
[6] ***Mt* 17, 2.**
[7] ***Ap 1,* 13-14.**

discorso a ri tessere quell'umana conversazione, alla quale la sua terrestre presenza aveva concesso ai discepoli di partecipare.[8]

E allora, Fratelli? rimarremo anche noi accecati, come S. Paolo su la via di Damasco, quando, folgorato dall'apparizione di Cristo e spaventato dalla sua chiamata: « Saulo, Saulo, perché mi perseguiti?», gli chiese: «Chi sei, Signore?».[9] La visione rimase impressa nella memoria e nell'anima dell'Apostolo[10] ed illuminò la sua vocazione e orientò la sua vita.

Noi pure così. Noi dovremo portare nell'anima il mistero dell'Ascensione come il punto trascendente, sì, e per ora invisibile e ineffabile, oltre la cortina del nostro orizzonte sensibile e temporale; e riferire a quel punto celeste l'asse della nostra esistenza presente. « Se siete risorti con Cristo, ci ammonisce San Paolo, cercate le cose di lassù, dove si trova Cristo, assiso alla destra di Dio : pensate alle cose di lassù, non a quelle della terra » ;[11] e ancora : « La nostra patria è nei cieli e di là aspettiamo come salvatore il Signore Gesù Cristo».[12] Dobbiamo vivere escatologicamente, tesi cioè verso « la speranza che non delude ».[13]

Noi sappiamo che la mentalità moderna rifiuta questo disegno costitutivo dell'esistenza umana. La mentalità moderna, vogliamo dire quella priva del faro orientatore della speranza cristiana, è tutta impegnata nella conquista del benessere temporale, attuale. La scienza naturale è la sola sua luce; il benessere economico il suo paradiso terrestre; e talora i bisogni legittimi e gravi della vita naturale e presente si vorrebbero strumentalizzare in contrapposizione della finalità religiosa della vita, come prevalenti, anzi come i soli meritevoli dell'umana ricerca, e come degni di piegare a sé e di sostituire i bisogni e doveri dello spirito e le promesse della fede. Questo non è conforme al programma cristiano, il cui disegno, pur riconoscendo e servendo le necessità del tempo, spazia ben oltre i confini

[8] Cfr. *Bar* 3, 38.
[9] *At* 9, 4-5.
[10] Cfr. *At* 22, 6; 26, 13.
[11] *Col* 3, 1-2.
[12] *Fil* 3, 20.
[13] *Rm* 5, 5.

degli interessi materiali e dei piaceri momentanei del *carpe diem.* E meraviglia! il cristiano, pellegrino verso il Cristo oltre il tempo, e perciò libero ed agile, disancorato nel cuore dalla scena effimera di questo mondo,[14] proprio in virtù del suo insonne amore al Cristo glorioso dell'ai di là, sa scoprire il Cristo bisognoso dell'ai di qua; egli intravede il suo Cristo, degno di totale dedizione, nel fratello povero, piccolo, sofferente ove l'immagine mistica di Gesù celeste, secondo la sua divina parola, s'incarna nell'umano dolore terrestre. La nostra festa dell'Ascensione di Cristo può infatti celebrarsi anche così, ascoltando e realizzando la sua travolgente parola d'amore sociale : ((In verità vi dico, ogni volta che avrete fatto del bene ai miei fratelli più piccoli, voi l'avete fatto a me ».[15]

Così l'Ascensione di Cristo in cielo illumina, guida e sorregge il nostro cammino sulla terra.

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

KIGALIENSIS

In Republica Ruandensi Provincia Ecclesiastica Kabgayensis ita immutatur, ut, constituta nova Ecclesia metropolitana Kigaliensi, Sedes Kabgayensis ad gradum dioecesis redigatur.

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cum Venerabiles Fratres Nostri S.R.E. Cardinales, Sacrae Congregationi pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide praepositi, re bene reputata id proposuerint, ut ab archidioecesi Kabgayensi territorium civilis provinciae de Kigali distraheretur atque ex eo nova metropolitana Ecclesia crearetur, *Kigaliensis* **nomine ; item ut, exstincta archidioecesi Kabgayensi, quae fuit ad hoc tempus metropolitana, atque**

[14] **Cfr.** ***1 Cor*** **7, 31.**

[15] **Cfr.** ***Mt*** **25, 40.**

in dioecesis formam redacta, cathedra metropolitanae auctoritatis in templum princeps urbis Kigali transferretur Beatae Mariae Virgini caelo receptae dicatum ac Sancto Michaeli Archangelo, in nullo ceteris dioecesibus eiusdem Provinciae ecclesiasticae innovatis, Nos id et probamus, et constituimus, et per has Litteras ad exitum deduci iubemus. Qua re fines archidioecesis metropolitanae Kigaliensis et dioecesis Kabgayensis hi sunto : Archidioecesis Kigaliensis omnem Praefecturam de Kigali comprehendet, una cum omni territorio paroeciae de Rulindo et missiones (seu succursales, ut dicunt) ab ea dependentes, territorio de Murambi non excluso, quod intra fines Praefecturae de Byumba iacet ; paroecia de Muyanza una cum suis missionibus, illis quoque quae in Praefectura de Kigali sitae sunt, dioecesi de Ruhengeri accensentur; dioecesis Kabgayensis, praeterquam quod ea parte constabit Praefecturae de Gitarama quae ad eam pertinebat cum esset archidioecesis, comprehendet paroeciam de Muyunzwe, exceptis missionibus de NzuM et de Gahengeri, atque paroeciam de Ruhango cum missione de Kinazi, non autem missione de Shyira-Gitovu. Ad cetera vero quod attinet : mensam, clerum, Canonicorum Collegium, electionem Vicarii Capitularis, Sede vacante, similia in nova circumscriptione ecclesiastica Kigaliensi, ius Canonicum omnino servetur. Contrariis nihil obstantibus. Haec vero quae mandavimus Venerabilis Frater Nicolaus Rotunno ad exitum adducet, in Republica Ruándensi Apostolicus Nuntius, vel quem ipse delegaverit factis nempe iuribus atque potestatibus necessariis. Re vero acta, documenta exarentur, atque sinceris exemplis ad Sacram Congregationem pro Gentium Evangelizatione cito mittantur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die decimo mensis Aprilis, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo sexto, Pontificatus Nostri tertio decimo.

IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

AGNELLUS Card. Rossi
S. Congr. pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide Praefectus

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*
Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco SB **Plumbi**
In Secret. Status tab., n. 808969.

II

BARAHONENSIS

Diviso territorio dioecesis S. Ioannis Maguanensis, nova in Republica Dominicana conditur dioecesis, nomine « Barahonensis ».

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad animarum respicientes supernam utilitatem et salutem, per effusum Iesu Christi sanguinem partam, nulli pro apostolico Nostro munere parcimus studio nullique operae, quo aptius et efficacius in omnem terram « sermo Dei currat et clarificetur » *(2 Thess.* **1, 12). Haud igitur dubitavimus quin quibusdam territoriis a dioecesi S. Ioannis Maguanensis separatis novam constitueremus dioecesim. Idque sane cum petiisset ipse eiusdem Ecclesiae Episcopus, Venerabilis nempe Frater Thomas Franciscus Reilly, eiusque preces cum probasset Episcoporum Conferentia Reipublicae Dominicanae, Nos, ex sententia Venerabilis Fratris Ioannis Graveiii, Archiepiscopi titulo Suensis et in ea Republica Nuntii Apostolici, sequentia decernimus. A dioecesi S. Ioannis Maguanensis territoria separamus civilium provinciarum, quae vulgo appellantur Barahona, Bahoruco, Independencia et Pedernales, iisque dioecesim constituimus nomine** *Barahonensem,* **iisdem circumscribendam finibus ac territoria, quae diximus, limitantur. Conditae dioecesis sedes in urbe erit vulgo Barahona, in qua etiam pro-cathedrale templum habeatur sacra aedes ibi exstans sub titulo « Santa Cruz de Jerusalem », iustis cum iuribus, usque dum aliter provideatur. Eadem praeterea suffraganea sit metropolitanae Sedi Sancti Dominici, atque eius Episcopus eiusdem Sedis Metropolitae. Episcopi Barahonensis munus erit consultores dioecesanos deligere, pro Canonicis videlicet, per alias sub plumbo Litteras in posterum constituendis. Mensam episcopalem efficient Curiae emolumenta, dos a civili auctoritate data, fidelium oblationes et bonorum pars, ei obveniens ex praescripto canonis 1500 C.I.C. Ad Seminarii exaedificationem quod attinet ad eiusque alumnorum educationem, serventur praescripta iuris communis, prae oculis praesertim habitis normis Decreti Concilii Vaticani II** *Optatam totius* **et peculiaribus Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica regu-**

lis. Selectos autem Seminarii alumnos ac sacerdotes Eomam Episcopus mittat, in Pontificium Collegium Pianum Latinum Americanum, philosophicis et theologicis disciplinis imbuendos. His insuper Litteris ad effectum adductis, sacerdotes dioecesi illi censeantur ascripti, in cuius territorio ecclesiasticum officium vel beneficium habeant; ceteri vero sacerdotes Seminariique tirones ei, in qua legitimo domicilio degant. Praecipimus etiam, ut conditae dioecesis acta et documenta congrua ab Ecclesiae S. Ioannis Maguanensis Curia ad Barahonensis transferantur, in tabulario custodienda. Haec quae statuimus ad effectum adducat Venerabilis Frater Ioannes Graveiii, quem diximus, vel ab eo delegatus sacerdos, effectique negotii documenta ad S. Congregationem pro Episcopis mittat. Has Litteras ratas esse sive nunc sive in posterum volumus, contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die xxiv mensis Aprilis, anno Domini MCMLXXVI, Pontificatus Nostri tertio decimo.

IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

SEBASTIANUS Card. B AGGIO
S. Congr. pro Episcopis Praefectus

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*
Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi
In Secret. Status tab., n. S0S922.

III

LIMEIRENSIS

Detractis ab Ecclesiis Campinensi et Piracicabensi quibusdam territoriis nova constituitur dioecesis in Brasilia, nomine « Limeirensis ».

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

De superna animarum utilitate solliciti, censuerunt Venerabiles Fratres Antonius Maria Alves de Siqueira, Archiepiscopus Campinensis, et Anigerus Franciscus Maria Melillo, Episcopus Piracicabensis, bene

fieri si nonnullis a suis Ecclesiis detractis territoriis alia ibi locorum constitueretur dioecesis. Cumque id ab Apostolica Sede petierint, post nempe auditos Conferentiae Brasiliae Episcopos, Nos, ex sententia sive Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium qui Sacrae Congregationi pro Episcopis praesunt, sive Venerabilis Fratris Carmeli Rocco, Archiepiscopi titulo Iustinianopolitani in Galatia atque in Brasilia Apostolici Nuntii, sequentia decernimus. Ab archidioecesi Campinensi territoria separamus municipiorum, quae vulgus appellat Limeira, Iracemápolis, Americana, Nova Odessa, Conchai, Artur Nogueira, Cosmópolis, Araras, Lerne, Santa Cruz da Conceicâo, Pirassununga, Porto Ferreira et Descalvado ; a dioecesi autem Piracicabensi municipia vulgo nuncupata Cordeirópolis et Analândia, iisque dioecesim condimus, *Limeirensem* **appellandam iisdemque finibus circumscribendam ac municipia quae diximus, cuius sedes in urbe ipsa Limeira sit, atque Episcopi cathedra in paroeciali templo Beatae Mariae Virginis Perdolentis, quod iusta privilegia et insignia habebit, templorum cathedralium propria. Statuimus praeterea ut dioecesis Limeirensis suffraganea sit metropolitanae Sedi Campinensi ; eius vero Episcopus, eiusdem Metropolitae. Canonicorum loco consultores dioecesani deligantur ad normam iuris. Ad seminarii exaedificationem quod attinet alumnorumque educationem, praescripta iuris communis serventur, prae oculis habitis normis decreti Concilii Vaticani II « Optatam totius » et regulis S. Congregationis pro Institutione Catholica; selecti vero eiusdem Seminarii alumni necnon sacerdotes Romam mittantur, ad Collegium Pianum Brasilianum, philosophicis theologicisque disciplinis imbuendi. Episcopalem mensam constituent Curiae emolumenta, fidelium sponte oblata pecunia et bona eidem obvenientia ex praescripto canonis 1500 C.I.C. Dioecesi rite constituta, sacerdotes ei Ecclesiae ascribantur in qua beneficium vel officium ecclesiasticum habeant; ceteri vero clerici Seminariique tirones ei, in qua legitime degant. Acta denique et documenta dioecesim Limeirensem respicientia ad eius Curiam mittantur, in tabulario custodienda. Haec quae statuimus ad effectum adducat Venerabilis Frater Carmelus Rocco, quem diximus, vel ab eo delegatus sacerdos, effectique negotii documenta ad S. Congregationem pro Episcopis mittat, usitato more signata ac sigillo impressa. Has autem Litteras sive nunc sive in posterum ratas esse volumus, contrariis quibuslibet non obstantibus.**

Datum Romae, apud S. Petrum, die undetricesimo mensis Aprilis, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo sexto, Pontificatus Nostri tertio decimo.

IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

SEBASTIANUS Card. RAGGIO
S. Congr. pro Episcopis Praefectus

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*
Angelus Lanzoni, *Proton. Apost. s.n.*

Loco © Plumbi
In Secret. Status tab., n. 304809.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

In dioecesi S. Hippolyti, in Austria, templum paroeciale Monasterii Cistercensium ad dignitatem Basilicae Minoris evehitur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Beatae Mariae Virginis, Christi Deique Matris, tanta est dignitas et auctoritas et maiestas, ut certa tim per saecula populi illam coluerint, poetae celebraverint, artes colore, marmore, templis, sacellis honestaverint : ut nullus sit prorsus terrae angulus Christi sacer, in quo non etiam Matris eius nomen clarescat. Ecclesia vero cultum hunc et officium caelesti Reginae tributa, adeo auxit, ut quae de illa docuerit, texuerit, propagaverit, animum vehementer moveant. Qua re, cum Venerabilis Frater Franciscus Zak, Episcopus S. Hippolyti, in Austria, datis litteris id suo clerique populique nomine a Nobis petierit, ut templum paroeciale monasterii Cistercensis quod est in loco Lilienfeld, seu Campililii, quodque est Beatae Mariae Virgini caelo receptae consecratum, titulo ac dignitate Basilicae Minoris ornaretur, Nos ratione habita tum ipsius templi historiae clarissimae, tum rerum sacrarum quae complexu suo continet, tum pietatis erga Beatam Virginem Mariam, quae illic studiosissime alitur, aeque admotae expostulationi concedimus, spem nempe concipientes posse per id populi religionem intendi. Quae cum ita sint, iis probatis quae Sacra Congregatio pro Sacramentis et Cultu Divino, factis olim a Nobis potestatibus, decrevit, sacram aedem paroecialem monasterii

Cistercensis in pago Lilienfeld, seu Campililii, exstantem, in dioecesi S. Hippolyti, Basilicae Minoris titulo ac dignitate honestamus, cum iuribus atque liturgicis concessionibus rite competentibus, servatis tamen quae iuxta decretum « De titulo Basilicae Minoris », die sexto mensis Iunii factum, anno millesimo nongentesimo sexagesimo octavo, servanda sunt. Contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub Anulo Piscatoris, die ix mensis Aprilis, anno MDCCCCLXXVI, Pontificatus Nostri tertio decimo.

IOANNES Card. VILLOT, *Secretarius Status*

Loco ¡$¡ Sigilli
In Secret. Status tab., n. 802491.

II

Nuntiatura Apostolica in Republica Ghanensi constituitur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Qui mentem curasque eo intendimus, ut res catholica per ecclesiasticos Viros, Nostra veluti gerentes personam in Civitatibus, ad quas eos legamus, provehatur, statuimus in Republica Ghanensi Nuntiaturam Apostolicam erigere; atque adeo probe fore confidimus, ut publicae necessitudinis rationes, quae Apostolicae huic Sedi cum illa Civitate intercedant, ad communem utilitatem verique nominis profectum bene vertant et magis magisque confirmentur. Itaque, motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostra Nuntiaturam Apostolicam in Ghanensi Republica constituimus, sede in urbe Accra collata. Eidem vero Nuntiaturae sic per Nos erectae omnia et singula deferimus iura, privilegia, indulta, quae huiusmodi Legationum propria sunt. Haec edicimus, statuimus, decernentes hasce Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere. Contrariis quibusvis non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXIX mensis Aprilis, anno MCMLXXVI, Pontificatus Nostri tertio decimo.

IOANNES Card. VILLOT, *Secretarius Status*

Loco © Sigilli
In Secret. Status tab., ». S04855.

III

Nuntiatura Apostolica in Nigeria constituitur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Usu iam dudum est comprobatum, quantum utilitatis e publicis officiorum rationibus, quae Apostolicae Sedi cum Civitatibus intercedant, capiatur. Cum igitur commodum visum fuerit eandem Apostolicam Sedem et Rempublicam Foederatam Niger ianam eiusmodi necessitudinis vinculis inter se coniungi, Nos, motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostra Apostolicam Nuntiaturam in praedicta Republica Foederata Nigeriana constituimus, cuius sedem in urbe vulgo « Lagos » appellata collocamus. Eidem Nuntiaturae sic per Nos erectae omnia et singula deferimus iura, privilegia, indulta, quae huiusmodi Legationum propria sunt. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos et integros effectus sortiri et obtinere. Contrariis quibusvis non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXIX mensis Aprilis, anno MCMLXXVI, Pontificatus Nostri tertio decimo.

IOANNES Card. VILLOT, *Secretarius Status*

Loco © Sigilli
In Secret. Status tab., n. 804854.

IV

Beata Maria Virgo sub titulo Matris Divini Pastoris principalis confirmatur apud Deum Patrona dioecesis S. Caroli in Venetiola.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Peculiarem et assiduum considerantes cultum, qua iam diu christifideles dioecesis S. Caroli in Venetiola Beatam Mariam Virginem sub titulo Matris Divini Pastoris prosequuntur, putavimus excipiendas esse preces Venerabilis Fratris Medardi Luzardo Romero, illius dioecesis Episcopi, qui, et cleri et fidelium vota expromens cum suis composita, poposcit ut hoc sibi daretur, suae

dioecesi Beatam Mariam Virginem sub memorato titulo principalem apud Deum habere Patronam ut liceret. Itaque non modo id, quod hac de re Venerabilis Frater Medardus Luzardo Romero sua egit potestate, ratum Nos habemus, sed etiam, cupientes ut amor christifidelium sic vel magis erga B.M.V. Deiparam excitetur, de consilio Sacrae Congregationis pro Sacramentis et Cultu Divino deque Apostolica Nostra potestate Beatam Mariam Virginem sub titulo Matris Divini Pastoris confirmamus principalem apud Deum Patronam dioecesis S. Caroli in Venetiola, cunctis adiectis iuribus atque liturgicis privilegiis; servatis tamen iis, quae ad normam Instructionis eiusdem Sacrae Congregationis « de Calendariis particularibus atque Officiorum et Missarum Propriis recognoscendis, n. 30 » servanda sunt.

Contrariis quibuslibet haud obstantibus. Ceterum volumus ut hae Litterae Nostrae religiose serventur suosque effectus tam nunc quam in posterum habeant.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub Anulo Piscatoris, die xxvi mensis Maii, anno MCMLXXVI, Pontificatus Nostri tertio decimo.

IOANNES Card. VILLOT, *Secretarius Status*

Loco © Sigilli
In Secret. Status tab., n. 804886.

EPISTULAE

I

E.mo P. D. Antonio S. R. E. Cardinali Poma, Archiepiscopo Bononiensi, V exacto saeculo ex quo sacra B. V. M. a Sancto Luca imago quotannis urbem petere coepit.

L'Arcidiocesi di Bologna ricorda in questi giorni una data memorabile nella vita religiosa del suo popolo : il v centenario della visita annuale della Beata Vergine di S. Luca in codesta Città.

Quell'avvenimento non costituì un episodio passeggero di fervore per codesta Arcidiocesi, ma fu come un'onda di grazia alla quale i fedeli non cessano di attingere con pietà sincera ed edificante. Ne è testimonianza il grandioso e commovente spettacolo di fede che da secoli puntualmente si ripete ogni anno, quando la prodigiosa Imma-

gine scende dal colle della Guardia per prendere dimora in codesta Città. Si può dire veramente che da allora la Madonna di San Luca fu legata ad ogni evento, triste e lieto, nella vita del popolo bolognese, che a Lei sempre ha fatto ricorso nelle necessità. Il suo Santuario è divenuto così il cuore spirituale di Bologna, che l'ha voluto splendido e maestoso in cima al colle che la sovrasta, quasi per meglio sentirsi sotto lo sguardo di Maria SS.ma, quasi per dir Le che Essa è in cima ai suoi pensieri, ai suoi affetti, e che Essa è l'amabile Regina delle vostre anime, sostegno delle vostre volontà e guida dei vostri passi.

Accogliendo pertanto il desiderio espresso da Lei, Signor Cardinale, ben volentieri siamo spiritualmente presenti in mezzo a voi in queste radiose giornate, esprimendo la nostra lode e il nostro incoraggiamento a quanti con Lei si adoperano per ricordare degnamente una data così significativa. È questo un momento prezioso che dovrà segnare un punto di ripresa per tutti nella vostra venerazione a Maria SS.ma; e sarà altresì un'occasione propizia per rinsaldare i vincoli spirituali fra Bologna e la Madre del Signore, per riaffermare solennemente gli impegni con Lei assunti, e soprattutto per far riflettere a tutti, sotto la Sua materna guida, sulla propria fedeltà al Vangelo e sulla rispondenza della vita alle esigenze del santo Battesimo.

Guardando a Colei che tutti precede nel degno servizio di Dio e che la Chiesa non cessa di additare ai suoi figli come maestra di vita, guida a Cristo, modello di ogni operosità apostolica, ognuno prenda coscienza delle sue responsabilità in tutti i settori della vita personale familiare e sociale.

Maria SS.ma, che fu lodata dallo Spirito Santo per bocca di S. Elisabetta a motivo della sua fede,[1] insegni soprattutto il valore della fede e il dovere della coerenza nella sua professione interna ed esterna, oggi che la fede di tanti è sottoposta ad esitazioni, riduzioni, compromessi, e anche defezioni, nel tentativo di rendere il Cristianesimo più facile e accomodante, per andare incontro ai gusti e alle mode del secolo. Ma la fede che Cristo ha portato non è semplice ornamento del nome cristiano, non è superfluo retaggio dei padri, e neppure passiva osservanza di abitudini religiose; essa è invece principio di vita, come insegna S. Paolo,[2] e norma di condotta, è fermento che deve penetrare, purificare e santificare tutta la nostra vita presente in ogni suo aspetto, é

[1] Cfr. *Lc 1*, 45.
[2] *Rm 1*, 17.

cioè la sua cultura, la sua attività, la sua maniera di amare e di sentire.

Auspichiamo perciò che l'irradiazióne materna della Vergine SS.ma su codesta Città, che vuole essere sua, consolidi sempre più questo vitale connubio di fede e di opere : poiché bisogna credere che solo così oggi, come sempre, si corrisponde alle ardenti speranze della Chiesa; e che la fede retta ed operosa è il coefficiente più alto alla costruzione di un ordine fondato nella giustizia, nella fraterna concordia, nella vera pace. Per questo non Ci stancheremo mai di sperare, di pregare, di esortare.

Mentre affidiamo questi Nostri voti alla intercessione materna della Eegina del Cielo, intendiamo avvalorarli con l'Apostolica Benedizione, che di cuore impartiamo a Lei, Signor Cardinale, a tutto il Clero, ai Religiosi e alle Religiose, come a tutti i fedeli della cara Arcidiocesi bolognese, in auspicio delle più elette grazie divine.

Dal Vaticano, 23 Maggio 1976.

PAULUS PP. VI

II

Ad Excellentissimum Virum Berney Danson, Canadensem Administrum pro Urbanis Negotiis eundemque Praesidem Conferentiae ab Unitis Nationibus (O.N.U.) in urbe Vancuverio instructae ád dignas hominum fovendas habitationes.

Monsieur le Président,

Nous sommes heureux de vous adresser aujourd'hui notre salut et d'exprimer à la Conférence des Nations Unies sur les établissements humains notre profonde satisfaction de voir, comme la préparation et l'organisation de vos travaux le prouvent, que la communauté internationale prend toujours mieux conscience de l'importance des questions soumises à votre étude.

Périodiquement, le drame des tremblements de terre vient rappeler à l'opinion mondiale la place que l'habitation occupe dans la vie et dans le cœur des hommes. Mais ce que supportent des sinistrés lorsque la nature les prive soudain de leur maison et de leur cadre de vie, vous savez que des individus, des groupes, des secteurs entiers de population le vivent en permanence, depuis toujours, ou sous la pression de

mutations sociales. Une telle situation, les travaux préparatoires à cette Conférence nous disent qu'il n'est plus permis de l'ignorer, de s'y habituer, de la tolérer. Aussi bien votre Conférence ne s'est-elle pas réunie pour déplorer avec résignation les carences énormes et croissantes en matière d'habitat, mais pour raviver et soutenir le courage des bâtisseurs et pour chercher des solutions originales et magnanimes aux problèmes les plus urgents afin que chaque homme puisse trouver, avec une demeure digne et belle, des services normaux de santé, d'hygiène et de communication, dans un cadre de vie qui permette son plein développement physique et spirituel.

Il ne Nous appartient pas, dans ce Message, de suggérer des solutions techniques, mais Nous voulons vous redire d'abord notre confiance dans l'homme, dans sa capacité d'élargir sans cesse le champ du possible, si son intelligence et son cœur sont engagés en faveur d'une existence vraiment humaine pour tous ses frères. Et Nous voudrions aussi rappeler certains principes essentiels qui peuvent inspirer et stimuler la réflexion de cette Conférence et le travail compétent de ceux qui sont appelés ensuite à réaliser ses programmes.

« Les êtres humains constituent l'élément le plus important dans l'univers ». Nous nous réjouissons de voir cette affirmation en tête des Principes Généraux qui guident vos travaux. En effet, le centre et la priorité fondamentale de tous les programmes doivent être l'homme : l'homme dans toutes ses dimensions et toute sa dignité, être individuel et social, naturel et historique, corporel et spirituel. L'habitat doit favoriser le développement de tous ces caractères, de toutes ces richesses de l'être humain.

Mais tous les hommes participent de la même dignité. Toute vie porte en soi une qualité intrinsèque. Et cela exige que soient assurées à tous dans leur habitat des conditions de développement pleinement humain.

»	»		**Mons. Connelly James F. (Philadelphia).**
»		»	**Mons. Conway Walter J. (Philadelphia).**
»	»	»	**Mons. Corrigan Thomas J. (Philadelphia).**
		»	**Mons. Coyle James A. (Philadelphia).**
	»	»	**Mons. Cruise Peter J. (Philadelphia).**
	»	»	**Mons. Curran Paul F. (Philadelphia).**
	»		**Mons. De Simone Louis A. (Philadelphia).**
»	»	»	**Mons. Devlin Charles V. (Philadelphia).**
»		»	**Mons. Di Giacomo Arthur P. (Philadelphia).**
»	»		**Mons. Dowling Philip J. (Philadelphia).**
»			**Mons. Foley John P. (Philadelphia).**
		»	**Mons. Gaughan Francis J. (Philadelphia).**
»	»	»	**Mons. Glenn Bennet H. (Philadelphia).**
»	»		**Mons. Jaworowski Anthony E. (Philadelphia).**
			Mons. McGroarty Charles E. (Philadelphia).
»	»	»	**Mons. McGuire Anthony W. (Philadelphia).**
»		»	**Mons. Marley Michael F. (Philadelphia).**
»		»	**Mons. Mortimer James E. (Philadelphia).**
»		»	**Mons. O'Rourke John J. (Philadelphia).**
»	»	»	**Mons. Schmidt Francis X. (Philadelphia).**
»	»		**Mons. Shallow Joseph D. (Philadelphia).**
		»	**Mons. Silvinskas Peter P. (Philadelphia).**
»			**Mons. Simons Richard J. (Philadelphia).**
			Mons. Walls David E. (Philadelphia).
23	»	»	**Mons. Cullen William J. (Brooklyn).**
»			**Mons. Powell Vincent J. (Brooklyn).**
»		»	**Mons. Altman Peter L. (Brooklyn).**
		»	**Mons. Deas George T. (Brooklyn).**
			Mons. Bannan Martin J. (Brooklyn).
»		»	**Mons. Hunt James A. (Brooklyn).**
»			**Mons. McCullagh John P. (Brooklyn).**
	»		**Mons. Bevilacqua Anthony J. (Brooklyn).**
»			**Mons. Graditone Thomas J. (Brooklyn).**
28	»	»	**Mons. Mullor Garcia Giusto (Almeria).**
19	**febbraio**	»	**Mons. McWilliam Alexander Stuart (Aberdeen**
4	**marzo**	»	**Mons. Nichols Kerim Francis (Newcastle).**
»	»		**Mons. Gutiérrez Nieto Ignacio (Tuxpan).**
9		»	**Mons. Hugl Karl (Wien).**
	»	»	**Mons. Schachinger Hubert (Wien).**
»			**Mons. Wesely Anton (Wien).**
17		»	**Mons. Earley Richard (Salford).**
20	»	»	**Mons. Neckermann Martin (Rottenburg).**
25	»		**Mons. Lira Marcos Antonio (Salta).**

25	marzo	1976.	Mons. John (ivo) Gregov (Oakland).
»		»	Mons. McCarthy John P. (Ookland).
»	»	»	Mons. Kopania Stefan (Oakland).
»	»	»	Mons. O'Connell Richard B. (Oakland).
»		»	Mons. O'Halloran Patrick J. (Oakland).
»			Mons. Garcia Prieto Jesus (Oakland).
»		»	Mons. Zitko Aloisius (Oakland).
»	»	»	Mons. Casca villa Leandro (Manfredonia).
»	»		Mons. De Simio Domenico (Manfredonia e Vieste)
27			Mons. Delgado Manuel M. (Calabozo).
»		»	Mons. Altamirano Jerónimo (Oaxaca).
2	aprile		Mons. Marconi Edoardo (Città di Castello).
»	»	»	Mons. Martinelli Ampelio (Verona).
»	»		Mons. Venturi Emilio (Verona).
		»	Mons. Canart Paul (Malines).
»		»	Mons. Sänget Ioseph M. (Bayrout).
30	»	»	Mons. Salerno Francesco S. (Roma).
1	giugno	»	Mons. Hrusovsky Domenico (Tirnava).

Cappellani di Sua Santità:

24	luglio	1975.	Mons. McGuíre Peter (Leeds).
24	ottobre	»	Mons. Siniscalchi Giacomo (Nola).
15	dicembre	»	Mons. Perrone Carmelo (S. Marco e Bisignano).
»	»	»	Mons. Vaccaro Francesco (S. Marco e Bisignano).
16	gennaio	1976.	Mons. Malangré Klaus (Essen).
»		»	Mons. Oppolzer Giovanni (St. Pölten).
17		»	Mons. Tomanon Alfonso (Jaro).
»	»	»	Mons. Vacante Manuel (Jaro).
18		»	Mons. Helduser Frederick (Philadelphia).
»	»	»	Mons. Walsh Vincent M. (Philadelphia).
23	»	»	Mons. Lavin John B. (Brooklyn).
»	»	»	Mons. Strynkowski John J. (Brooklyn).
8	febbraio	»	Mons. Nadile Vincenzo (Gerace - Locri).
25	»	»	Mons. Bulat Stiepan (Djakovo i Srijem).
»	»		Mons. Suliak Andrija (Djakovo i Srijem).
»			Mons. Leipold Agidius (Graz-Seckau).
»	»		Mons. Neumann Francesco (Graz-Seckau).
2	marzo	»	Mons. Leanza Giuseppe (Patti).
4	»	»	Mons. Kanduth Riccardo (Gurk).
»			Mons. Pregi Ottone (Gurk).
»		»	Mons. Levrero Emanuele (Genova).
	»	»	Mons. Pomposi Gualtiero (Pistoia).
»	»	»	Mons. Quendler Stanislao (Gurk).
			Mons. Gartner Adam (Gurk).
»		»	Mons. Gollreiter Francesco (Gurk).
9	»	»	Mons. Schwarz Leo (Treviri).
14		»	Mons. Le Xuan Thoung Filippo (Nha-Trang).
20			Mons. Bau Luigi (Pergola).

20	marzo	1976.	Mons. De Santis Libero (Pergola).
»		»	Mons. Kasadha Thomas (Jinja).
23	»	»	Mons. Benvenuti Elio (Chiusi e Pienza).
»	»	»	Mons. Francini Lorenzo (Chiusi e Pienza).
24		»	Mons. D'Ambrosio Paolo (Bisceglie).
»		»	Mons. Monopoli Mauro (Bisceglie).
»	»	»	Mons. Cafagna Donato (Trani e Barletta).
»	»	»	Mons. Fabiano Sabino (Trani e Barletta).
	»	»	Mons. Ferrara Giuseppe (Trani e Barletta).
»		»	Mons. Martucci Aldo (Trani e Barletta).
25	»	»	Mons. Adamini Giulio (Genova).
	»	»	Mons. Babolin Giulio (Padova).
»	»	»	Mons. Formentin Gioacchino (Padova).
»		»	Mons. Beltrame Quattrocchi Tarcisio Filippo (Roma)
»	»	»	Mons. Gemayel Georges Michel (Cipro).
»	»	»	Mons. lovene Francesco (Ischia).
27	»	»	Mons. Rossi Fausto (Vicenza).
»	»	»	Mons. Comparone Nicola (Aversa).
»		»	Mons. Copersino Cesare (Aversa).
»	»	»	Mons. Corvino Angelo (Aversa).
»		»	Mons. Galluccio Gabriele (Aversa).
		»	Mons. Gnasso Vincenzo (Aversa).
»	»	»	Mons. Lanzano Pasquale (Aversa).
»	»	»	Mons. Mellone Luigi (Aversa).
»	»	»	Mons. Morra Gennaro (Aversa).
»	»	»	Mons. Perrotta Angelo (Aversa).
29	»	»	Mons. Dupuy Andrea (Aire et Dax).
2	aprile	»	Mons. Accordini Angelo (Verona).
9	»	»	Mons. Bruskewitz Fabian (Milwaukee).
6	maggio	»	Mons. Caricato Vito Antonio (Lecce).
14		»	Mons. Gobel Jean Paul (Annecy).
»		»	Mons. Tauran Jean Louis (Bordeaux).
15	»	»	Mons. Bielaszewski Jan (Lublino).
22		»	Mons. Cedioli Dino (Cesena).

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha conferito :

II Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa:

31	luglio	1975.	Al sig. Hay es Daniele (Sydney).
8	ottobre	»	Al sig. Mühleck Martin (Rottenburg).
»	»	»	Al sig. Rosner Erwin (Rottenburg).
»	»	»	Al sig. Scham Hermann (Rottenburg).
»	.»	»	Al sig. Bauernfeind Vittorio (Salzburg).
»	»	»	Al sig. Hegen Helmut Josef (Salzburg).
12	»	»	Al sig. Mencarelli Rismo (Pescia).

24	ottobre	1975.	Al	sig. Metzmaeher Georg (Köln).
»	»	»	Al	sig. Farina Silvio (Trivento).
3	novembre	»	Al	sig. Pastorino Domenico (Genova).
4			Al	sig. Spatzenegger Giovanni (Salzburg).
21	»	»	Al	sig. Ooumans Francesco (Breda),
»	»	»	Al	sig. Gladdines Francesco G. A. (Breda).
»	»		Al	sig. Wölfel Otto (Eisenstadt).
»	»		Al	sig. Benders Augusto (Hasselt).
»	»		Al	sig. Cardinaals Bartolomeo (Roermund).
»		»	Al	sig. Franssen Giovanni ('s-Hertogenbosch).
»	»	»	Al	sig. Hamacher Uberto ('s-Hertogenbosch).
»		»	Al	sig. Van Buel Bernardo ('s-Hertogenbosch).
»	»	»	Al	sig. Raito Ivan (Siena).
	»	»	Al	sig. Ducobu Adolfo (Tournai).
	»	»	Al	sig. Bolgan Mario (Treviso).
			Al	sig. Van de Ven Lamberto (Utrecht).
27	»	»	Al	sig. Pangallo Libero (Ferrara).
»	»	»	Al	sig. Petrucci Loris (Ferrara).
9	dicembre	»	Al	sig. Foltin Federico (Innsbruck).
11	»	»	Al	sig. Hochgatterer Carlo (St. Pölten).
»	»	»	Al	sig. Goedertier Gustaaf (Anvers).
	»	»	Al	sig. Olbrecht René (Anvers).
	»	»	Al	sig. Van In Jozef (Anvers).
19		»	Al	sig. Miggiano Guido (Reggio Calabria).
»	»	»	Al	sig. Sergi Giulio (Reggio Calabria).
21	»	»	Al	sig. Balestreri Antonio (Cremona).
»	»	»	Al	sig. Cianfrocca Giancarlo (Roma).
»	»	»	Al	sig. Di Nicola Carlo (Roma).
6	gennaio	1976.	Al	sig. Ries Leo (Trier).
7	»	»	Al	sig. Celimi Giuseppe (Italia).
16	»	»	Al	sig. Cossiga Domenico (Pescia).
23	febbraio	»	Al	sig. Borgia Vincenzo (Roma).
24	»	»	Al	sig. Grassi Bonfiglio (Parma).
17	marzo	»	Al	sig. Budellazzi Antonio (Faenza).

NECROLOGIO

16	maggio	1976.	Mons. Jean Marie Etrillard, già Vescovo di Gagnoa (Costa d'Avorio).
28	»	»	Mons. Michael Foylan, Vescovo di Aberdeen (Scotland).
»	»	»	Mons. Arturo Mery Beckdorf, Arciv. tit. di Fasi.
31	»		Mons. Alfonso Espino y Silva, Arcivescovo di Monterrey (México).

An. et vol. LXVIII 31 Iulii 1976 - N. 7
S*

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico — Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA PAULI PP. VI

LITTERAE DECRETALES

I

Beatae Teresiae a Iesu Jornet Ibars, virgini, Sanctorum honores decernuntur.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ex quo Christus, adorandus Dei Filius atque omnis virtutis exemplar, pronuntiavit per Evangelium pauperes esse beatos (cfr. *Matth.* 5, 3 sqq.), eumque praemium esse laturum, qui vel calicem aquae f rigidae sitienti dedisset (cfr. *Matth.* 10, 42) ; quin immo se iustum iudicem *(2 Tim.* 4, 8) in severissimo iudicii die esse vitam aeternam, tamquam virtutis pretium, iis daturum qui in egentes, aegrotos, nudos, misericordes fuissent (cfr. *Matth.* 25, 34 sqq.), in quibus, o divinae virtutis sacramentum ! esset Ipse, id est « splendor gloriae atque substantiae » Dei *(Hebr.* 1, 3) mortali specie tectus; ex eo profecto infirmiora Christi membra semper inter fideles honorem amplissimum obtinuerunt. Neque umquam ii defuerunt in Ecclesia quos infirmorum cura assidua teneret, quique labore, industria, studio ac vel adeundo vitae periculo saucium pauperum corpus foverent, animum interdum servarent. In hoc frequentissimo numero et quasi heroum cohorte, fuit etiam Teresia a Iesu Jornet Ibars, paene ad hoc nata, ut Christo Iesu in pauperibus serviret. Si vero reputetur quantopere humana natura, ut est ad delica-

tissima quaeque inclinata, ab eorum vel conspectu abhorreat qui in ultima rerum miseria sint, iam intellegi potest quam egregia virtute illa ornata fuerit, quae senibus derelictis non solum assedit sedula tota vita, sed in hac paene caelesti disciplina omnia studia sua collocavit. Cuius sane brevis vitae expositio, praeter quam quod nos in summam tantae mulieris admirationem vertet, animum etiam ad virtutem traducet, maxime ad opera misericordiae, iuxta sanctam Evangelii doctrinam (cfr. *Matth.* **25, 31 sqq.), et Ecclesiae hortamenta (cfr. Bullam** *Apostolorum limina,* **a. MCMLXXIV editam, passim). Teresia a Iesu Jornet Ibars nata est Aytonae, in Hispaniae finibus, die ix mensis Ianuarii, anno MDCCCXLIII; atque postridie est Baptismi sacramento abluta. Cum vi annum ageret, fuit sacro chrismate inuncta; annos vero XII nata, Christum in Eucharistia latentem primum suscepit magno animi ardore. Parentes eius, ut erant christianae fidei tenaces, puerulam pietate ac religione sancta imbuerunt. Item labore, studio atque cultu misericordiae instituerunt; idque tam accommodate, ut quodam die Teresiola inopem pauperem et tecto invitaret, et ad mensam accumbere faceret. Cum autem beata Dei Serva undecim esset annorum, postquam rudimenta litterarum in oppido natali didicisset, Illerdam petiit, ibique quinquennium fere in studio apud materteram optimam Rosam nomine consumpsit, magistrae dignitatem ac nomen adipiscendi gratia, cum tamen aestivo tempore ad suos rediret. Ea iam tum Teresia erat indole, ut ad administrandum et regendum nata videretur; cum qua virtute praeterea ingenium bonum coniungebatur, et serenum, et aequum, et ad pietatem summe inclinatum. Anno vero MDCCCLX, materteram suam, quae Fragam commigrasset, in Illerda provincia, secuta est, litteras assidue exercens apud privatam Academiam, atque studiorum curriculum brevi confecit, anno scilicet aetatis suae XIX. Interdum per hoc tempus Dei vocem ad vitam religiosam invitantis, attentius audire. At quo? quando? apud quas? Incertam autem eius patruus Franciscus a Iesu et Maria Palau y Quer, a Carmelitis Discalceatis Sodalis, qui et ipse condiderat sacram Virginum Sodalitatem, vocat, ut eam Studiis in sua Congregatione praeficeret, quin tamen Teresia ad eam tota adhaeresceret. Unde et paulo post Argensolae fuit, quae est urbs Barcinonensis provinciae, et deinde Ciudadelae, in Balearensium insula minore. Neque tamen sic erat .-in fatis, ut ibi inter religiosas Deo serviret : nam multae causae coegerunt post aliquot menses Aytonam redire, ubi quattuor per annos vixit. Quod si nunc, parum insistentes, ad iuveniles Teresiae annos respi-**

ciamus, est sane, cur iam laudibus oneremus. Cum enim Argensolae viveret, singulis hebdomadibus una cum sorore sua Maria, Igualadam urbem petebat, ut ad sacramentum poenitentiae accederet, longam xx Kilom. conficiens viam ; et pueros puellasque scientia, pietate erudivit diligentissime; et summa prudentia vel eas quae aetate antecederent rexit; et, modo ut religionem suam sanctam servaret dura in certamina venit. Cum autem Teresia accepisset in religiosa domo a S. Clara quae Briviescae esset, in provincia Burgensi, se posse tamquam magistram admitti — eo enim tempore in omni religiosarum coenobio cum clausura, ludum puellarum aperiri et exerceri lege constitutum erat — monasterium illud adiit, eoque excepta est. Attamen cum in eo esset, ut se sacro religiosae professionis velo tegeret, civilis auctoritas prohibuit, ne sacrae virgines publice id facerent. Praeterea gravis pústula in facie orta, coegit, vix duobus annis post, cum scilicet viginti sex annos ageret, domum suam redire. Anno vero MDCCCLXXI, Servus Dei Franciscus Palau Quer, de quo supra diximus, Societati a se conditae praeposuit, generalem studiorum exactricem; quibus tamen Sororibus Teresia nomen non dedit. Et prudenter : nam anno post, cum idem venerandus Pater diem supremum obiisset, ei domum paternam iterum redeundum fuit. Scilicet vovendae religionis meta proxima quidem, neque tamen adhuc tenuit. Tandem quid ab ea posceret Deus aperte ostendit. Etenim, cum mense Iunio, eo anno MDCCCLXXII, matrem suam in urbem Barbadillam in Osca provincia, comitata esset ad aquae calidae fontes; cumque rediens Barbastri moraretur, occurrit ei forte quidam Sacerdos, Petrus Llacera nomine, cui erat cum reverendo viro Saturnino López Novoa, Canonico cantore cathedralis Ecclesiae Oscensis, magnus usus atque vetus coniunctio. Qui, cum vir eximiae pietatis esset, atque iam pridem secum in animo reputaret qua via posset tot senum derelictorum adflictae condicioni subveniri, Petro Llacera rem aperuerat, si forte bonae spei mulieres inveniret, quae in ea re curas suas omnes ponerent. Qua re, vix atque Dominus Petrus cum Dei famula de eo negotio collocutus est, ilico tum ipse cognovit eam esse ad munus illud aptissimam, tum illa intellexit Deum sibi tandem proprium iter monstrasse, quod ingrederetur. Consiliis ergo initis cum D. Saturnino, die xi Octobris, anno MDCCCLXXII, Teresia Barbastrum petiit, in qua urbe aliae virgines illa exspectabant Deo sacrandae; post vero dies octo secuta est Maria soror, cum quadam amica, atque ita decem omnino factae sunt, ad propositum opus conficiendum paratissimae. Novae autem puellarum Sodalitati Teresia

tum re tum etiam iure praefuit, a die nempe xvni Octobris eodem anno cum Antistita electa est. De eius vero virtute Franciscus Puig, S. I., qui diebus pietati fovendae praeerat, ad D. Saturninum praeclara scribebat : novam Antistitam scilicet spem magnam afferre, utpote quae et egregia consilia haberet, et plena prudentiae esset, atque propensissimae voluntatis. Quanti vero Teresia datas Regulas faceret, demonstrant verba ab ea facta dum primum acciperet. Quae : ((Pater, ait, aut cum hoc libro salvabor, aut per illum condemnabor ». Factum est autem eo tempore, ut Valentiae, in urbe Hispaniae nobilissima, nonnulli viri, religione praestantes, et ipsi magnopere anniterentur quae remedia aetate provectis atque derelictis compararent. Atque cum Parvas Pauperum Sorores Gallicas nequiquam adiissent, a nostris petierunt, ut opus tam grande tamque laude dignum in se susciperent. Atque illae, quasi nuntio iucundissimae rei accepto, gaudio exsultare, atque in beneficii loco petere ut ad id proficiscerentur. Interim, die XXVII mensis Ianuarii, anno MDCCCLXXIII, Sodales religionem suam magna caerimonia professae sunt, decem numero, atque vestem sacram induerunt. Atque ita nova Congregatio nata est, cuius profecto paucis diebus post, die nempe xxxi eiusdem mensis, Teresia Superiorissa Generalis nominata est, modo quidem tamquam granum sinapis humilis, mox autem similis arbori patulae atque feraci futurae. Ineunte vero mense Maio eodem anno MDCCCLXXIII, dum ver ridet, iter Valentinianum suscipiunt, Teresia scilicet atque sex Hermanitas, ut dicebant, seu Parvae Sorores, ceteris Barbastri manentibus, futurarum semina rerum. Euntes vero longum et asperum manebat iter, et pericula instabant ob rerum publicarum novitates. Et tamen, ut beata Dei famula praeviderat, nullo aut ipsa, aut sociae malo oneratae sunt. Quae, longa via confecta, die VII mensis Maii Valentiae honorifice excipiuntur, domo, quam religiosi illi viri parari curaverant, in Platea ab Eleemosyna, non longe a templo B. M. V. derelictorum patronae, et prope Archiepiscopi palatium cathedralesque aedes. Ac tandem, Deo volente, die x mensis Maii, qui dies fuit candido signandus lapillo, primam omnium mulierem domum excipiunt, annum agentem nonagesimum sextum eandemque paralysi correptam, simulque senem nonaginta trium annorum; quos brevi bene multi secuti sunt. Cum autem nullae aut opes aut facultates suppeterent, Sorores illae piae urbem totam peragrantes, precariam stipem emendicabant, qua senes seque alerent; atque populus abunde dabat, Sororum caritatem et pietatem admirans. Hoc autem vitae institutum, quaerendi videlicet victum,

semper deinde servatum est. Si vero in hac urbe multorum favorem et gratiam Teresia eiusque filiae collegerunt, a nullo tamen maiorem habuerunt quam ab Archiepiscopo eiusque viro a Secretis Francisco García López; quorum alter semper auctoritate sua protexit, alter et magister pietatis fuit Sodalitatis, et consiliarius haud imperitus, et patronus, et quasi pater alter quoad vixit. Augescentibus vero cotidie senibus qui undique accurrebant, iam domus ab Eleemosyna fit angustior et inhospitalis. Quare, tametsi per multas difficultates, domicilio commutato, sedem in monasterio S. Monicae posuerunt, in Valentiae fundo suburbano, tam amplo atque apto, ut sive tunc, sive in posterum Parvae Sorores tamquam domum principem Instituti sui habuerint. Ad Teresiam autem quod attinet, quasi hic regnum suum invenisset, ut erat erga Deum flagrantissimo amore, tota erat in vetulis illis serviendis, saepe illud ingeminans : « Quo plures senes tecto exceperimus, eo pluribus patronis fruemur apud Deum » ! Quasi diceret : « Si amore Dei multos senes habebimus alendos curandos, non poterit Altissimi providentia non abundare ». Qua re mos est apud Parvas Sorores, ut semel exceptum senem ad mortem usque obtineant, praeterquam quod si morbus gravis et perniciosus cogat illum ad valetudinarium petendum. Atque ita Teresiae exemplo et hortamento omnibus beneficiis cumulant, quae amor et dilectio suggerit. In regenda domestica disciplina Teresia rerum hominumque intellegentia praestitit et aliis anteivit. Nam et munera deferebat uniuscuiusque indoli atque ingenio accommodata, et ad omne officium instruebat diligentissime; atque Sorores invicem quam laetissime datas partes implebant. Solebat etiam dicere Teresia se octo tantum malle columnas, id est Sorores habere, quam sescentas arundines tenues et exiles. Eo autem tempore pia mater coepit aegrotare, tristi morbo ex intestinis laborans, atque infirma et aegra esse deinceps valetudine. Neque tamen id impediit, quominus pluries per itinera longa, insueta, asperrima, Hispaniam totam peragraret suae Sodalitatis causa, incommoda omnia humanitate tegens, et oris gratia, et fronte serena. Iamvero dolor adeo in morem eius venit, ut in adversis serenitas accresceret. Audi quid scripserit e domicilio Cabrensi, in Oorduba provincia, sancta et pia mulier, cum cives praeter solitum in dando languescerent : « In hoc vere laetamur, quod in summa paupertate vivimus » ! Tametsi, ut fieri solet, adversae fortunae toleratio etiam obstinatorum voluntatem et benevolentiam in perpetuum conciliavit. Paulatim igitur res in melius cadere : nam et Roma, die xiv mensis Iulii, anno MDCCCLXXVI, decre-

tum laudis fecit huius Congregationis; et nova domicilia, asyla dicebant, excitabantur Barbastri, Caesaraugustae, Cabrae, Olivae, Burgis; atque deinde multa alia secuta sunt, ut anno MDCCCLXXXII viginti septem numerarentur. Si vero ad duram Sororum inopiam respicias et ad turbataé Rei publicae statum, est cur tam miram propagationem fere miraculo tribuas. Inter vero eius temporis sollicitudines, ea sane maxima omnium fuit, qua beata accusata est, quod institutione sua opus Parvarum Sororum Gallicarum impediret. Ipsa tamen tam firmis argumentis apud Romanam Curiam scripto rem defendit, ut non solum causam obtinuerit, sed et Sodalitati nomen acceperit omnino suum, quo adhuc utuntur, scilicet : Parvarum Sororum derelictis senibus curandis. Item decretum est a Romana auctoritate, ut novum Institutum liberum omnino esset in agendo et nihil commune cum illis haberet. Atque ita ex túrbido die, tranquilla et serena lux rediit. Quàmquam autem Teresia nullam aliam priorem quam senum curam agebat, parem tamen adhibebat, ut Sorores suas formaret, consiliisque idoneis ad omne officii munus instrueret; ut, videlicet, possent senes tueri, atque magis quam propriis, alienis commodis omni studio inservirent. In qua re tanta prudentia egit, ut Sorores, quamquam origine, loco, caelo differebant, omnium tamen fuerit semper idem animus, et mens, et voluntas. Ad Teresiam quod attinet ipsam, his verbis uti consuescebat : ((Patria est, ubicumque Deus est », antiquorum proverbium parce detorquens (cfr. Cic, *Tusc.* 5, 37); per quod intellegebat, se Deum tam diligere, ut eius amori quilibet alius amor cederet. Anno vero MDCCCCLXXXIV, die vi mense Augusto, Deus, qui solet laboribus gaudia subicere, in eo famulam suam consolatus est, quod publica auctoritas Parvarum Sororum Sodalitatem decreto recognovit. Sed, en, proximo anno MDCCCLXXXV, cholera morbo per Hispaniam pestifero humore grassante, sive multae Sorores periere, sive senes plurimi, quamvis novis medicamentis indurati essent. Idem annus novum quid attulit, in quo sane Capitulum generale Sororum Valentiae primum actum est; atque in eo tum multa discussa sunt, tum cuiusdam familiae religiosae petitio, quae in Cubanis Insulis nata eodem consilio quo Nostrae, cum tamen haud facile propositum suum consequeretur, omni ope annitebatur, ut cum iis vires suas coniungeret. Atqui in earum sententiam quidem discessum est, cauto tamen : primum, ut unae Parvarum Sororum Constitutiones in usum venirent; deinde, ut unum tantum in praesentia domicilium S. Iacobi in Cuba aggregaretur, quo videlicet coniunctio lente facta arctior fieret; tertio

id etiam decretum est, ut in hac eadem urbe novitiarum ludus aperiretur, ad Sorores formandas. Societas igitur praeter modum et adolebat, et crescebat, et diffundebatur : eo usque ut tum cum Leo XIII P. M. anno MDCCCLXXXVII sollemni decreto eam confirmavit, post nempe annos xv a conditione sua, LIV iam domicilia numeraret. Inter illa vero quae post hoc tempus constituta sunt, illud memorare placet, quod Aytonae, in oppido Teresiae natali, constitutum est, anno MDCCCXCi. Attamen ehu ! gliscentibus annis atque sollicitudinibus, vires beatae Virginis laboribus, quibus nullis parcebat, ita fractae sunt, ut anno MDCCCXCVII in altero totius Congregationis generali Capitulo se munere suo abdicaret. Atqui conventus in eam sententiam non decrevit, sed adiutricem sociam cum dedissent, Sorores per id Matri carae atque rebus providere satis opinatae sunt. Quamquam, non id omnino profuit. Atque ita infirmae^valetudini studentes, die xiv Maii, eodem anno, beatam Dei famulam Liriam, in urbem haud procul a Valentia, deferri curarunt; in qua urbe, ingravescente morbo, viatico sancto instructa est die xn proximi mensis Iulii. Illa vero, quamquam in summis cruciatibus iacebat, fortiter et quieto animo adversus casus ferre; quin, dolores oblita, suas hortari, ut senum curam assiduam haberent, mutuam caritatem exercerent, Constitutionum praecepta servarent. Decessit autem de statione vitae die xxvi mensis Augusti, anno MDCCCXCVII, vix albescente caelo, infirmorum oleo inuncta a Patre Francisco García López, praesente D. Saturnino. Auxit beatae serenitatem Constitutionum approbationis decretum, quod Leo XIII Decessor Noster fecerat in Sodalitatis favorem, decem fere dies ante obitum. Monens autem Teresia a Iesu Jornet Ibars non reliquit argenti pondus et auri; sed ingentes industriae suae thesauros, id est cui domos senibus excipiendis, Sorores MCCLX. Hodie vero illae ccxv numerantur, cum MMMXLV sacris virginibus, quae sunt Ex egenorum commodis dicatae : nimirum granum illud sinapis, quod anno MDCCCLXII Barbastri ortum est, factum est arbor patula, in qua aves nidum posuerint et ponant (cfr. *Matth.* **13, 31). Quod si nunc, descripta breviter vita, velimus Teresiae virtutem seu animi laudes adumbrare, primum omnium dicendum est eam fuisse vere matrem, talem nempe quae ut Deum in immensum amabat, ita proximum Dei amore summe diligebat. Qua erat aequilibritate, neque intumescebat inaniter in prosperis, neque animo frangebatur maiorum diuturnitate. Prudens et cauta in iudicando, fuit constans et prompta in agendo. Nimirum coepta ab ea inita, si recte species, tam ingentia sunt, ut perpetuam sui ipsius**

existimationem conciliarent, si opibus affluxisset; crescit stupor, si consideres omnium rerum penuria laborantem. Quod si cum animo quis reputet Teresiam semper infirma valetudine usam esse, is plane intelleget non eam sane fecisse quae fecerit, sed Deum in illa, eius nempe fide, caritate atque spe summa ad benevolentiam motum atque tractum. Ut autem senes commode, quiete ac iucunde et quasi in sua quisque familia viverent, nulli pepercit neque labori neque sollicitudini; et tamen magis insidebat in animo senum animi redemptio, plerumque paene eversi. Quaerant Sorores, dent operam omnimode, ut vetuli et vetulae Dei gratia vivant, ut peccata sua confiteantur, ut preces Deo adhibeant, ut tremulam fidei flammam iterum excitent. Ceterum, senes esse suae cuiusque vocationis radicem; qui si abeant, omnem deficere sui ministerii causam. Interdum prima facie videbatur Teresia esse paullo severa; erat tamen praestanti indole et ingenio, utpote quae sub duro cortice mores amabiles haberet. Erat etiam in ea precandi atque contemplandi facultas perfecta et absoluta, ut fortasse Briviescae didicerat, cum apud Franciscales Sorores degeret. Alienae voluntati morem gerere praeterea tam insitum in eius moribus fuit, ut fere innatum ei videretur. Quod non solum securius esse dicebat, cum praestet Dei voluntati parere quam propriae, sed etiam pacis ac tranquillitatis sensum in eius animum iniciebat, in quo tota quiesceret. Ut Sanctis fieri solet, in proximo, atque praesertim in senibus, Deum conspiciebat; qua fide iisdem quasi Christo serviebat: « Nam, aiebat, omne quod Deus fecit, bonum est ». Idque eo impensius, quo illi squalidiores, invalidiores, sordidiores erant omnique consolatione indigentes. Fuit etiam cum vetulae cuidam edere recusanti, ipsa ita cibum administravit, ut alterna vice cum sene sumeret, eodem chocleari usa. Paupertatem autem religiosissime coluit; idque non solum ut divinum hominum Magistrum imitaretur, sed etiam ut filias suas eam virtutem doceret. Quibus in exemplum praelucens, numquam passa est, ut alia veste uteretur atque ceterae Sorores; aut hae cuiuscumque rei iacturam facerent. Ceterum omnia bona senum esse, non sua. Laborem dilexit admodum, atque donum Dei habuit; item silentium, per quod facilius intentus animus Deum quaereret, atque agenda ageret. Cumque in se rigorem servaret antiquae disciplinae, cum Sororibus aliisque severitatem semper lenitate condiebat atque humanitate mitigabat. Fiebat etiam interdum, ut quae animi impetus praesens frenaret, scribens munimenta illa prudentiae prorumperet. Statim autem post eius mortem Teresia magna veneratione coli coepta est. Quaprop-

ter, magis in dies crescente eiusdem sanctitatis fama, sueti instructi sunt processus. Quibus peractis, Praedecessor Noster Pius XII P. M. sanxit tuto procedi posse ad eius beatificationem. Quod sollemni ritu factum est, publice in Petriana Basilica lectis Apostolicis Litteris sub Anulo Piscatoris datis, iisque a verbis *Omnigenae sanctimoniae* **incipientibus, die xxvn Aprilis, anno MDCCCCLVIII. Cumque cultus erga beatam illam mulierem in vulgus cresceret novaque ea impetrante dicerentur a Deo effecta miracula, Causa iterum sumpta est de eadem sanctitatis infula decoranda, die xxv mensis Novembris, anno MDCCCCLIX. DUO interim ex pluribus Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum proposita sunt ad Canonizationem prodigia, atque in suetis coetibus quam diligentissime perpensa. In eo autem conventu, qui habitus est die xui** mensis **Februarii, anno MDCCCCLXXIII, Venerabilis Frater Noster Arturus S. R. E. Cardinalis Tabera Araoz, Causae Relator, dubium disceptandum proposuit, an videlicet et de quibus miraculis, post indultam eidem beatae ab Apostolica Sede venerationem, certe constaret. De quo qui aderant Patres Cardinales propositas sanationes miraculo tribuendas esse affirmarunt. Deinde Nos, de disceptatis rebus ad amussim certiores facti, die xvin mensis Octobris, anno MDCCCCLXXIII, peculiari decreto ediximus constare de duobus miraculis a Deo patratis per intercessionem beatae Teresiae a Iesu Jornet Ibars, scilicet de instantánea sanatione cum Eliae Elun Vives herniam inguinalem deferentis, a necrosi ansarum intestinalium, tum Emmanuelis Torres Esteve a carcinomate gastrico adhaerente pancreati et viis biliaribus. Denique in sacro Consistorio, ad Aedes Vaticanas die XXII superioris mensis Decembris celebrato, post auditam sententiam sive plurimorum Patrum Cardinalium sive Praesulum quibus ius fuit hoc super negotio mentem suam aperiendi, decrevimus eandem beatam esse in Sanctorum numerum referendam. Quod quidem, Deo iuvante, hodie Ipsi fecimus, idque summa tum Nostri tum christiani populi laetitia. In Petriano enim templo, undique gentium maximeque ex Hispania Sororum senumque coetibus confitentibus, plurimisque astantibus S. R. E. Cardinalibus sacrisque Romanae Curiae et catholicae Ecclesiae Antistitibus, precibus concessimus Venerabilis Fratris Nostri S. R. E. Cardinalis Aloisii Raimondi, Praefecti S. Congregationis pro Causis Sanctorum, petentis ut beatam Teresiam a Iesu Jornet Ibars Sanctam renuntiaremus. Antea igitur sanctis caelitibus in vota vocatis, divinoque implorato Paraclito, ut superni luminis copia menti Nostrae magis magisque coruscaret, ut supremus Ecclesiae universae**

magister haec pronuntiavimus verba : « Ad honorem sanctae et individuae Trinitatis, ad exaltationem fidei catholicae et vitae christianae incrementum, auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de plurimorum Fratrum Nostrorum consilio, beatam Teresiam a Iesu Jornet Ibars Sanctam esse decernimus ac definimus, ac Sanctorum catalogo adscribimus, statuentes eam in universa Ecclesia inter Sanctos pia devotione recoli debere. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ». Quibus verbis prolatis, has Litteras Decretales confici et expediri iussimus. Post grates denique omnipotenti Deo una cum astantibus, valde effuseque prudentibus, aetas, de novensili Sancta eiusque miris virtutibus sermonem habuimus, eiusque patrocinium primi invocavimus, augustiore ritu divinum sacrificium ad aram templi maximam facientes. Omnibus itaque quae inspicienda erant bene perpensis, quae supra acta memoravimus universae Ecclesiae renuntiamus, mandantes ut harum Litterarum exemplis et locis, etiam typis editis, manu tamen alicuius tabellionis subscriptis sigilloque impressis, eadem prorsus habenda sit fides, quae his tribueretur, si ostenderentur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die vicesimo septimo mensis Ianuarii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo quarto, Pontificatus Nostri undecimo.

Ego PAULUS Catholicae Ecclesiae Episcopus



Loco © Plumbi

Jn Secret. Status tab., n. 265868.

II

Beato Ioanni Macias Sanctorum honores decernuntur.

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Qui sanctorum vitam studiosius consideret, id sane facile comprehendet, non modo ad unum omnes amorem erga Deum et homines heroum modo coluisse : proximi enim dilectio tum est omnis sanctitatis fundamentum, tum etiam summa divinae Legis atque Prophetarum (cfr. *Luc.* 10, 25 sqq.) ; sed et id intelleget, unumquemque eorum propria etiam ratione, modo, ingenio hac se virtute exercuisse, in veris nempe laetissimi similitudinem, quod vario solum flore depingit. Ex qua profecto ingeniorum varietate et sacrae missiones natae sunt ad Christi religionem propagandam; et societates captivis redimendis; et valetudinaria; et ludi ad pueros erudiendos, maxime inopes ac derelictos; et pupillorum senumque domicilia, ceteraque caritatis opera, quibus societas nostra haec iure gloriatur. E Sanctorum caritate autem, ceu e nitido fonte, misericordia etiam manavit ac Auxit ad medendum cotidianis pauperum, adflictorum, egenorum, derelictorum necessitatibus, quorum frequentia tametsi est hodie, rerum publicarum providentia valde deminuta, ea tamen aetate erat maxima, quasi communis calamitas. Inter autem eos, qui, nulli parcentes labori, huic praeclaro vitae instituto, id est exercendae misericordiae in pauperes, operam egregiam dederunt, est beatus Ioannes Macias, Hispanus, adnumeranda, cuius vita, humilis quidem et obscura, sed in herbarum speciem grato manans odore, in tantam erga illum admirationem rapit, et laudem erga Deum, et amorem in pauperes, ut apta visa sint, quam Christi fidelibus huius temporis hoc sacerrimo anno, et exemplo proponeremus et hortamento. Paucis ergo vita eius enarrata, virtutes in medium vocabimus egregias et generosas, quibus ad ardua tetendit. Natus est beatissimus vir die altero mensis Martii, anno millesimo quingentésimo octogesimo quinto, in Baeturia, quae est Hispaniae regio, in pago populari lingua Ribera del Fresno cognominato ; quo die fuit etiam sacro Baptismate ablutus, ut simul terris simul gratiae nasce-

retur. Amissis mature parentibus, qui fuere Petrus de Areas et Agnes Sánchez, atque patrui domo exceptus, pecuarium egit parvi gregis domestici. Iam tum vero, si eidem fidem attribuimus, est uberibus gratiae donis cumulatus, quae ad pietatem inclinabant animum, maxime ad Rosarium beatissimae Virginis Mariae recitandum, quam precem per omnem vitam acceptissimam habuit. Astitit praeterea ingenuae indolis puero consiliarius praecipuus S. Ioannes Evangelista, opem ferens in dubiis atque ancipitibus vitae casibus, etiam in posterum. Cumque sororem natu minorem sustentandam haberet, opus quaesivit, quod facultatem daret cum sui, tum sororis alendae. Haec autem causa fuit, cur duo de triginta annos natus locum Jerez de la Frontera primum, deinde Hispalim urbem peteret, unde cum mercatore quodam iter suscepit ad novas Americae terras. Quod non sine Dei consilio aggressus est. Iam pridem enim in interiore animi plaga divinus quidam instinctus urgebat, ut, patria relicta alio se conferret, ubi in communis hominis speciem, ceu reliqui, migrantis, re vera ceteris commodo atque utilitati esset, ad Evangelii sancti doctrinam (cfr. *Matth.* **25, 31 sqq.). Anno ergo millesimo sescentesimo undevicesimo, ad Columbiae oras profectus, quadraginta dies navigavit, quos post Nova Carthagine in terram egressus est. Qua in urbe, cum ab ero derelictus esset, quocum venerat, post brevem haesitationem quidnam faceret, visum est ei terrestri itinere partem continentis illius meridianam petere, quod profecto quattuor mensibus cum semissi confecit, per urbesque Bogotam, Pastum, Quitum, aliasque, usque Liman pervenit, in urbem Peruviani Vicarii Regis Hispani praecipuam, eandemque imperii illius caput. Limae vero non pauci Baeturiani incolae vivebant, in quibus nonnulli ei etiam sanguine coniuncti; facili igitur negotio operam suam apud quendam carnium negotiatorem per biennii spatium locavit. Aliud tamen vitae genus avebat animus, quo posset tum praestare pietate, tum caritatem impensius colere, maxime in egenos. Id satis fuit, cur anno millesimo sescentesimo vicesimo altero, annos natus septem et triginta, humili prece posceret a sodalibus Ordinis Fratrum Praedicatorum a Sancta Maria Magdalena, Limae, ut inter eos exciperetur, servilia domus munera obiturus. ;A quibus libenter exceptus, die altero et vicesimo mensis Ianuarii, anno eodem, vestem Religiosorum propriam induit, eique partes datae sunt, ut ostiarium illius sacrae domus adiuvaret. Officium autem illud omne**

in se suscepit die tertio et vicesimo mensis Ianuarii, proximo anno, quo die religiosa vota Deo sollemniter vovit. Quod institutum vitae per annos fere viginti tres tenuit, summa semper diligentia, misericordia erga pauperes, caritate in omnes, opitulante Deo, atque interdum prodigiis interveniente; ut non solum moderatores, civiles auctoritates, populus omnis facta eius probaverint, laudaverint, eisque assenserint vehementer, sed et liberaliter eius inceptis obsecundaverint, sive cum viveret, sive cum vita excessisset. Ex omnibus autem qui ei amicissimi fuerunt, atque admirabilis eius caritatis, pietatis socii exstiterunt, Sanctum Martinum de Porres commemorare placet, sodalem eiusdem Ordinis Praedicatorum eundemque Limani populi, praeprimis pauperum, studiosissimum. Sic quinque fere lustra abierunt, dies post diem, annus post annum. Eadem negotia, cotidie; eaedem sollicitudines, leni erga illos, quos dura urgeret egestas, humanitate. Ineunte vero mense Septembri, anno millesimo sescentesimo quadragesimo quinto, Ioannes Macias in gravia termina intestinorum, seu dysenteriam, incidit cum sanguinis emissionibus, quae sisti nequiverunt. Tum beatus ait coco : « Accipe ostii claves ac serva : ego enim male me habeo, et certum nescio an redeam ». Cumque medici, eo praesente, morbum perniciosissimum iudicassent « Fiat, ait, voluntas Dei in omnibus ». Potuit autem per eos dies sanctissimo Christi corpore cotidie refici; ac tandem sacramento infirmorum ad iter aeternum confirmatus est. Cum vero iam dies finis adesset, quem providisset, poposcit a suis ut religiosa ac paupere veste indueretur atque humi collocaretur; ubi, genibus innixus brachiisque compressis, placidissimo ore ad Deum excessit, occidente sole diei sexti decimi mensis Septembris, eodem anno millesimo sescentesimo quadragesimo quinto, aetatis suae sexagesimo primo. Quod si nunc ab eius vitae casibus ad praecipuas virtutes, quae fuerint, transgredimur, plane animadvertemus eum tum oboedientia, tum pietate, tum misericordia erga pauperes, tum etiam paupertate, integritate, humilitate, praeterquam scilicet fide, spe, caritate floruisse. Atque primum oboedientia, id est proclivitate illa animi ad quaerendam, interpretandam, exsequendam Dei providentis voluntatem, quem ad modum ex agendi hominum ratione, e rerum adiunctis, e difficultatibus huius terrestris viae emergit. Unde frequentes voces : « Fiat in me Dei voluntas ; non enim aliud volo, quam quod Ille vult » ; « Non adhuc divinae voluntati erat, ut illic (id est in nrbe Jerez de

la Frontera) religiosus sodalis Aerem »; « E divina voluntate erat, fore ut Nova Cartilagine profectus, terrestri itinere ad Indorum plagas (Limam) pervenirem »; « In hac domo (Limae nempe) tandiu exspectavi, quoad Dei voluntas Aeret ». Cum ergo Beatus Dei famulus Baeturiam, Baeticam, Columbiana pererrat ceterasque terrae regiones, non erraticus quidem homo, et piger, et segnis, et neglegens, et impatiens laboribus iudicandus est, sed, contra, is qui omnia consilia sua Deo credens, certo scit se ad eas regiones populosque duci, ac in eo statu constitui, in quo tandem maiore facultate sanctitatem adipiscentur. Tum solummodo, cum coenobium Fratrum Praedicatorum Limae ingressus est, ait: « Est certa Dei voluntas, ut in hac domo ei serviam ». Eius praeterea pectus pietas egregia imbuebat ac summa Deum religio. Cotidie ergo pluries sacro aderat; et Christi passiones non minus tribus horis cum animo reputabat, dolens cum Christo Deo suo; ac praeterea per totam vitam beatissimam Virginem Mariam assiduis precibus, maxime Rosario, prosequebatur, innocentissimi pueri instar, dulcedine perfusus. Ac siquando munera sua gerens cantum audiret « Salve, Regina », genu Aectebat, plenus gaudio. Saepe tandiu preces tardabat ad tabernaculum vel ad altare beatae Mariae Virginis, donec sol novus orantis vultum illuminaret. Tertio est eius lenitas consideranda, et humanitas, et misericordia, quae summa certe fuerunt erga omnes, nullo aut coloris, aut loci, aut originis discrimine. Ceterum, egenorum necessitatibus inservire atque consulere semper sollemne ac sanctum tam habuit, ut cibi distributio liturgiae cuidam similis esset. Cotidie plus centum ollas cibo explebat, iis distribuendas, idque semper Aexis genibus, cum egenos « dominos » suos haberet. Simili animi pietate S. Camillus de Lellis inArmis per ea tempora ministrabat, Christum in iis intuens, sapienter. Cumque tam frequentes essent qui monasterii saepta peterent, numquam defuit, unde abundanter daret: ubi enim necessitates accrescebant, multiplicata pietas et fiducia difficultati medebantur. Ceteroquin, cum beatissimus Dei vir parcissime viveret, eius cibus plerumque ad pauperes alendos meabat. Neque vero corporibus tantum alimenta atque vestes procurabat, sed et animos reficiebat doctrinae sanctae pabulo. Has beatissimi viri Dei virtutes ceterae, quasi stellae lunam, comitabantur: paupertas nempe, dura et aspera, vestis, cibi, opum; castitas, hoc est animi innocentia, absoluta corporis integritas, pudor puero similis; humilitas, scilicet sui con-

temptus et moderatio animi, modeste de se sentientis. Praestabant vero omnibus ceterasque virtutes fulciebant fides, spes, caritas, ut tota eius vita et factis et dictis prodit : non enim aut tam sanctae vitae institutum teneri potuit, aut geri quae egit, nisi in eius animo harum theologalium virtutum lux, ignis, flamma luceret. Nec ergo mirum est, si ab usque anno millesimo sescentesimo quadragesimo octavo Processus ordinarius Limae institui coeptus sit de beatificatione servi Dei obtinenda. Cumque omnia ad iuris normas acta essent atque de heroicitate virtutum ac de miraculis a Deo actis ipsius famuli Dei intercessione plane constaret, Summus Pontifex Gregorius XVI, fel. rec. eum in Beatorum album rettulit, die altero et vicesimo mensis Octobris, anno millesimo octingentesimo tricesimo septimo. Ex eo vero tempore Causa beati Ioannis Macias iacuit annos centum triginta octo ; eiusque resumendae facultatem fecit miraculum quoddam singularis indolis et naturae, iis simile quae eo vivente fiebant in pauperum commodum circa illum. Placet illud paucis enarrare. Erat Olivenzae, qui pagus est in Hispaniae finibus, puerorum collegium templo paroeciali continens, quibus, numero fere quinquaginta, parochus cibum quotidianum providebat, nonnullis civibus opem ferentibus. Diebus vero dominicis, praeterquam pueris, pauperibus etiam vici consulebatur, quibus domum cibi illi mittebantur, qui in paroecia apparati essent. Factum est ergo die dominica, qui fuit tertius et vicesimus dies mensis Ianuarii, anno millesimo nongentesimo quadragesimo nono, ita fortasse disponente Deo, ut coqua circiter septingenta oryzae grammata omnino haberet, quibus sueta iuvenum ac pauperum mensa pararetur. Tunc mulier illa beatum Ioannem Macias obtestans, qui patronus erat eius operis, ait plena fiducia : « A beate ! Hodie pauperes non habent quid manducent !)). Quibus dictis, oryzam in ollam inf udit, quae elixari coepit ; sed o mirum ! Crescere illa atque de vase per quattuor horas diffundi ollis bene multis excepta, coqua, parocho, aliisque plurimis, qui accurrerant, rei novitate stupentibus. Prodigioso illo cibo ad centum quinquaginta nutriti sunt, idque abundanter; neque ante multiplicari desiit, quam alendi pauperes fuerunt. Itaque beatus Ioannes Macias, quasi munus idem repetens, quod vivus gesserai, eo etiam die filios refici a Deo impetravit. Ceterum curio Pacensi Episcopo libellum de re misit de eoque eventu anno millesimo nongentesimo quinquagesimo nono canonice investigatum est productis- testibus. Inde,

anno millesimo nongentesimo sexagesimo primo apostolica auctoritate est in eadem Curia Pacensi inquisitum; quam investigationem fuisse rite factam Sacra Congregatio pro Causis Sanctorum declaravit die altero mensis Februarii, anno millesimo nongentesimo septuagesimo tertio. Post haec oryzae grana a peritis scientiae agrariae inspecta sunt, atque eorum sententiae die duo de tricesimo mensis Maii, anno millesimo nongentesimo septuagesimo quarto a coetu seu Congressu Consultorum peculiari consideratae sunt; die vero nono mensis Iulii, eodem anno, a Patribus Cardinalibus in plenaria Congregatione confirmatae; atque omnes, tum periti, tum Consultores, tum Cardinales factum, cum iuxta natura leges non posset explicari, miraculo tribuerunt. Tandem Nos servatis omnibus de iure servandis, die quarto mensis Octobris anno millesimo nongentesimo septuagesimo quarto, pronuntiavimus de natura praeternaturali facti; atque benigne concessimus, ut ad beati Ioannis Macias canonizationem deveniretur uno dumtaxat miraculo, aliud rémittentes. Qua re nihil erat reliquum, quam ut dies diceretur ad ipsius canonizationem, qui fuit duo de tricesimus mensis Septembris, hoc anno. Quo sane die una cum frequentissima Patrum Cardinalium, Episcoporum, Antistitum, Sacerdotum utriusque ordinis, maxime vero ex Ordine Fratrum Praedicatorum, corona, precibus concessimus Venerabilis Fratris Conradi Bafile, Pro-Praefecti Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum, petentis ut Beatum Ioannem Macias Sanctum renuntiaremus. Ante igitur sanctis caelitibus in vota vocatis, divinoque implorato Paraclito, ut supremus universae Ecclesiae magister, haec pronuntiavimus verba : « Ad honorem Sanctae et Individuae Trinitatis, ad exaltationem fidei catholicae et vitae christianae incrementum, auctoritate Domini nostri Iesu Christi, beatorum apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de plurimorum Fratrum Nostrorum consilio, Beatum Ioannem Macias Sanctum esse decernimus, ac Sanctorum catalogo adscribimus, statuentes eum iri universa Ecclesia inter Sanctos pia devotione recoli debere. In nomine Patris et Filii, et Spiritus Sancti », Quibus verbis prolatis has Litteras Decretales confici et expediri iussimus. Post grates denique omnipotenti Deo una cum astantibus aetas, de novensili Sancto eiusque miris virtutibus sermonem habuimus, eiusque patrocinium primi invocavimus, augustiore ritu divinum sacrificium in foro S. Petri facientes. Omnibus itaque quae inspicienda erant bene perpensis, quae supra acta memo-

ravimus universae Ecclesiae renuntiamus, mandantes ut harum Litterarum exemplis et locis, etiam typis editis, manu tamen alicuius tabellionis subscriptis sigilloque impressis, eadem prorsus habenda sit fides, quae his tribueretur, si ostenderentur.

Datum Eomae, apud S. Petrum, die duo de tricesimo mensis Septembris, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo quinto, Pontificatus Nostri duodecimo.

Ego PAULUS Catholicae Ecclesiae Episcopus



Loco £B **Plumbi**

In Secret. Status tab., n. 281856.

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

MALAYSIAE ORIENTALIS

In Malaysia Orientali provincia ecclesiastica constituitur.

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quoniam, Deo favente, in Malaysiae Orientalis partibus haud parum incrementi catholicae res habuerunt, opportunum Nobis visum est sententiam probare et accipere Venerabilium Fratrum Nostrorum S. E. E. Cardinalium, qui Sacrae Congregationi pro Gentium Evangelizatione praepositi sunt, id proponentium, ut, ea in regione aptius dispositis circumscriptionibus, nova provincia ecclesiastica constitueretur. Quod quidem non solum esse putamus perfectorum iam ad Christi regnum proferendum operum gratae probationis Nostrae significationem, sed etiam ad maiora in posterum tempus coepta suscipienda incitamentum. Apostolica igitur usi Nostra potestate, haec quae sequuntur decernimus et iubemus. In Malaysia Orientali provinciam Ecclesiasticam condimus, quae constabit archiepiscopali Sede Kuchingensi tamquam metropolitana, antea eiusdem nominis Vicariatu Apostolico; cui ut Archiepiscopum praeponimus Venerabilem Fratrem Petrum Chung Wan Ting, priore Ecclesiae Acellensis titulo liberatum; hic magisterii sui cathedram ponet in sacra aede Sancto Ioseph Ecclesiae universalis Patrono dicata. Ei metropolitanae Sedi suffraganeae erunt dioeceses Kotakinabaluensis et Miriensis, antea eiusdem appellationis Vicariatus Apostolici; quarum priori seu KotaMnabaluensi, Episcopum destinamus Venerabilem Fratrem Simonem Michaelem Fung Kui Heong, titulo exutum Sedis Catabitanae, qui in templo Sacratissimo Cordi Iesu sacro magisterii cathedram ponet; alterius vero, seu Miriensis, Venerabilem Fratrem Antonium Dionysium Galvin Episcopum nominamus, vinculo Ecclesiae titulo Letaeae liberatum, cuius cathedrale templum erit sacra aedes Deo dicata in honorem Sancti Ioseph, B. M. V. Sponsi. Hae praeterea Sedes obnoxiae esse pergent Sacrae Congregationi pro Gentium Evangelizatione. Quae his Litteris praescripsimus ad effectum adducat Venerabilis Frater Ioannes Moretti,

Archiepiscopus titulo Vartanensis idemque Delegatus Apostolicus in Malaysia, vel ab eo designatus sacerdos, effectique negotii documenta exaranda curet et ad Sacram Congregationem pro Gentium Evangelizatione usitato more mittat. Has vero Litteras sive nunc sive in posterum ratas esse volumus, contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die tricesimo primo mensis Maii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo sexto. Pontificatus Nostri tertio decimo.

IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

AGNELLUS Card. Rossi
S. Congr. pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide Praefectus

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Angelus Lanzoni, *Proton. Apost.* **s. n.**

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tao., n. 801599.

II
KIDAPAVANENSIS

Separatis a praelatura Cotabatensi quibusdam territoriis nova constituitur praelatura « Kidapavanensis » nomine.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

En las deferentes palabras de saludo que acaba de pronunciar, ha puesto de relieve Vuestra Excelencia los estrechos lazos de acendrado entendimiento y de religiosa vinculación, que unen a su País con la Sede Apostólica. Ciertamente, la fe católica que constituye un elemento primordial en la configuración de vuestra historia y personalidad patrias, sigue iluminando las conciencias y también impulsando iniciativas dentro de la noble Nación ecuatoriana.

Esto mismo, como ha dicho Vuestra Excelencia, atestigua felizmente una presencia fecunda de la Iglesia en el Ecuador, la cual, en el cumplimiento fiel de su misión, se ha prodigado incansablemente en esa labor de cultivar tantas instituciones que, alimentadas en la fuente

* Die 5 mensis iulii a. 1976.

de verdad, de justicia y de paz del mensaje evangélico, propugnan dar a los individuos y a la sociedad una auténtica dimensión humana y cristiana.

No abrigando en su misión miras temporales, la Iglesia no desea más que estar al lado de sus hijos compartiendo sus realidades y esperanzas. Y en este anhelo de servicio libre y desinteresado vemos con íntimo gozo la labor que lleva a cabo el Episcopado del Ecuador, secundado por sus sacerdotes, religiosos y fieles.

Tenemos pues plena confianza en que la Iglesia en el Ecuador seguirá infundiendo en los corazones el estímulo hacia lo mejor, a acrecentar los valores morales y religiosos, primacía del espíritu, que ponen de manifiesto la inviolable dignidad del hombre, tutelan la convivencia fraterna y promueven el progreso integral del individuo y de la comunidad con la decidida colaboración de todos.

Al formular estos votos que convertimos en plegaria ante el Altísimo, queremos también asegurarle, Señor Embajador, nuestra benevolencia para el feliz cumplimiento de su misión. Le pedimos finalmente que se haga intérprete de nuestros mejores votos y sentimientos ante las Supremas Autoridades. Estos votos y sentimientos los extendemos gustosamente a todos los amados hijos del Ecuador, sobre el que imploramos la constante ayuda divina.

VI

Ad Suam Beatitudinem P. D. Hemaiagh Petrum XVII Ghedighian, eidem sacrum Pallium in Aedibus Vaticanis rite imponens.*

Béatitude,

En vous conférant l'insigne liturgique réservé aux Patriarches, aux Archevêques et à certains Evêques titulaires de sièges illustres, notre intention est moins d'en évoquer l'histoire que de méditer, avec vous et ceux qui vous entourent, le sens permanent et exigeant de ce geste accompli depuis des siècles par l'Evêque de Rome.

Primitivement, selon une ancienne tradition, il semble bien que la laine blanche, constitutive du pallium, était parfois ornée de la figure du Bon Pasteur portant sur ses épaules la brebis égarée. Cet antique symbole du zèle pastoral et de l'humilité évangélique mérite d'être

* Die 9 mensis iulii a. 1976.

retenu. Il résume la mission salvatrice du Christ Jésus.[1] Il est la hantise de tant d'Evêques aujourd'hui. Le pallium, une distinction honorifique? Non, une obligation supplémentaire de travailler à la fois au maintien et au sage renouvellement des activités pastorales de l'Eglise. Nous sommes sûr que, dans vos chères communautés arméniennes, vous continuerez de stimuler le service des brebis présentes au bercail et la recherche ardente et patiente des brebis éloignés.

Dans un mosaïque ancienne, l'Apôtre Pierre est représenté donnant le pallium au Pape Léon III. Nous voyons là une image très parlante de la succession apostolique, Nous y trouvons également une autre signification du pallium pour tous ceux qui le reçoivent. Il est le symbole d'une communion privilégiée avec le Successeur de Pierre, principe perpétuel et visible et fondement de l'unité.[2] Aujourd'hui, en cette cérémonie à la fois si simple et émouvante, vous recevez un nouvel appel du Maître à œuvrer de toutes vos forces à l'unité de l'Eglise dans la fidélité à la doctrine des Apôtres! En cette période de l'histoire où les Eglises locales doivent affronter tant de nouveaux et délicats problèmes, d'ordre doctrinal et pastoral, le ministère de l'unité, confié à l'Evêque de Rome, devient à la fois plus difficile et vitalement indispensable. Nous comptons beaucoup sur Votre Béatitude pour développer encore, à travers le Patriarcat dont Elle vient de recevoir la charge, cet esprit de compréhension et de fidélité sans faille, qui a toujours caractérisé les communautés arméniennes catholiques.

Nous voulons encore assurer Votre Béatitude de notre prière, non seulement aujourd'hui, mais dans le temps que nous consacrons quotidiennement à l'intercession pour l'Eglise du Christ et tous ses Responsables. Que le Seigneur vous bénisse surabondamment, ainsi que tous vos coopérateurs et tous vos chers fidèles arméniens, et accorde à tous le bonheur inexprimable de Le servir et de Le faire connaître dans le monde aujourd'hui!

[1] Cf. *8t Jean,* ch. 10.

[2] Cf. Constitution *Lumen gentium,* n. 23.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Lunedì, 5 luglio **1976,** il Santo Padre Paolo **VI** ha ricevuto in Udienza ufficiale, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Sig. **ERNESTO VALDIVIESO CHIRIBOGA**, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario della Repubblica dell' Ecuador.

SEGRETERIA DI STATO

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha conferito il titolo di

Gentiluomo di Sua Santità

29 giugno 1976. Al sig. Pacelli Eugenio (Roma)
» » » Al sig. Pacelli Francesco (Roma)
» » » Al sig. Mastini Giovanni (Roma)

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha conferito:

La Gran Croce di San Silvestro Papa

25 febbraio 1976. Al sig. Braidotti Mario (Roma)

La Commenda dell'Ordine Piano

25 febbraio 1976. Al sig. Vacchini Francesco (Roma)
26 aprile » Al sig. Monin Fernand (S.C.V.)

La Commenda con Placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno

20 febbraio 1976. Al sig. Massella Ducei Teri Silvano (Roma)
24 » » Al sig. Weiss Leopoldo (Wien)
9 marzo » Al sig. Adelmann Georg Siegmund Graf (Rottenburg)
2 aprile » Al sig. Syder Santiago Antonio Manuel (Portogallo)
9 maggio » Al sig. Alberti Poja Antonio (Roma)
18 » » Al sig. Narduzzi Nestore (Viterbo)

La Commenda dell'Ordine di San Gregorio Magno

10 dicembre 1975. Al sig. Von Westphalen Clemens August Graf (Paderborn)
11 » » Al sig. Engels Karel (Anvers)

19 gennaio 1976. Al sig. Melchart Giuseppe (Wien)
20 marzo » Al sig. Jünnemann Hermann (Berlin)
» » » Al sig. Checa Pedro (México)
» » » Al sig. Jury Neif (México).
» » » Al sig. Harfuch José (México)
23 » » Al sig. Terán Hernández Serafino (Tampico)
24 » » Al sig. De Andreis Luigi (La Spezia)
» » » Al sig. Chesi Vittorio (Roma)
» » » Al sig. Souchi Saunaf (Aleppo dei Melchiti)
27 » » Al sig. Kaspar Otto (Essen)
» » » Al sig. Magnaghi Gian Franco (Roma)
2 aprile » Al sig. Moreschini Vittorio (Roma)
» » » Al sig. Peri Augusto (Roma)
14 » » Al sig. Rhodes Anthony (Gran Bretagna)
9 maggio » Al sig. Magnani Pier Giuseppe (Roma)
» » » Al sig. Mazzoletti Giuseppe (Roma)
10 » » Al sig. Nobili Lido (Rieti)
18 » » Al sig. Del Carretto Giacomo (Roma)
» » » Al sig. D'Ercole Luigi (Roma)
» » Al sig. Permeili Luigi (Roma)

Il Cavalierato dell'Ordine di San Gregorio Magno

21 novembre 1975. Al sig. Stoffelens Frans (Anvers)
11 dicembre » Al sig. Claessens Albert (Anvers)
15 » » Al sig. Van Breda Guglielmo C. (Bois-le-Duc)
17 gennaio 1976. Al sig. Brenninkmeyer Conrad (Anvers)
12 febbraio » Al sig. Sheehan Maurice (Cardiff)
» » » Al sig. Wery Alexandre (Liège)
18 » » Al sig. Donders Francesco A. (Utrecht)
19 » » Al sig. Boeren Pietro G. G. (Breda)
» » » Al sig. von Tuyl Louis T. J. (Bois-le-Duc)
23 » » Al sig. Hampson-Jones Victor (Cardiff)
25 » » Al sig. Silvan Pier Luigi (Roma)
4 marzo Al sig. De Simoni Carlo (Italia)
» » Al sig. Jones Anthony (Lydenburg-Witbank)
9 » » Al sig. Picardi Antonio (Taranto)
24 » » Al sig. Peterseim Albert (Essen)
» » » Al sig. Schmidthüs Hans (Essen)
» » » Al sig. Vanneste Ioseph (Bruges)
2 aprile » Al sig. Cabras Luigi (Cagliari)
5 » » Al sig. Caporale Sebastiano (Italia)
» » Al sig. Todini Tullio (Italia)
13 maggio Al sig. Barbato Renato (Italia)
18 » » Al sig. Cioccetti Ezio Maria (Roma)
» » » Al sig. Cutini Alessandro (Roma)
» » » Al sig. Leschiutta Adalberto Maria (Roma)
» » » Al sig. Moscarelli Umberto (Roma)
» » » Al sig. Santonico Sergio (Roma)

18	**maggio**	**1967.**	**Al sig. Stacçhiotti Tommaso (Roma)**
»	»		**Al sig. Rovati Dino (Roma)**

La Gran Croce dell'Ordine di S. Silvestro Papa

	febbraio	**1976.**	**Al sig. Mendoza Eugenio (Caracas)**
30	**maggio**	»	**Al sig. Alessandrini Federico (Roma)**

La Commenda con Placca dell'Ordine di S. Silvestro Papa

12	**febbraio**	**1976.**	**Al sig. Valenti Ubaldo (Italia)**
24	»	»	**Al sig. Csoklich Gualtharius (Wien)**
»	»	»	**Al sig. Holzmeister Clemens (Wien)**
25	**marzo**	»	**Al sig. Plantner Robert (Wien)**

La Placca dell'Ordine di San Silvestro Papa

20	**marzo**	**1976.**	**Al sig. Yakichi Kataoka (Nagasaki)**
2	**aprile**	»	**Al sig. Troisi Antonio (Roma)**

La Commenda dell'Ordine di San Silvestro Papa

11	**dicembre**	**1975.**	**Al sig. Hendrix Hugo (Anvers)**
»	»	»	**Al sig. Meeus Hugo (Anvers)**
19	**febbraio**	**1976.**	**Al sig. Barbalucca Ettore (Italia)**
	»	»	**Al sig. Mercuri Donato (Italia)**
»	»	»	**Al sig. Volpe Domenico (Italia)**
23	»	»	**Al sig. Hegener Heinrich (Paderborn)**
»	»	»	**Al sig. Krikorian Edoardo Louis (Bagdad)**
24	»		**Al sig. De Dona Giuseppe (Treviso)**
»	»	»	**Al sig. Pasut Bruno (Treviso)**
			Al sig. Bernleithner Ernestus (Wien)
	»		**Al sig. Morawietz Gulielmus (Wien)**
»	»	»	**Al sig. Müller Carolus (Wien)**
25	»	»	**Al sig. Cassio Virgilio (Roma)**
»	»		**Al sig. Passigli Andrea (Roma)**
»	»	»	**Al sig. Ricceri Francesco (Roma)**
»	»		**Al sig. Poccianti Cesare Ranieri (Firenze)**
4	**marzo**	»	**Al sig. Grieco Umberto (Roma)**
	»	»	**Al sig. Beddegenoots Maurits (Malines-Bruxelles)**
»	»	»	**Al sig. Hallet Jean (Malines-Bruxelles)**
		»	**Al sig. Pluymers Paul (Malines-Bruxelles)**
»	»	»	**Al sig. Kaluza Giovanni (Wien)**
	»	»	**Al sig. Linder Otto (Rottenburg)**
»	»	»	**Al sig. Timme Maximilian (Banberga)**
24	»	»	**Al sig. Boldrini Walter (Ravenna)**
»	»	»	**Al sig. Melillo Enrico (Roma)**
	»	»	**Al sig. Magnani Giuseppe (Roma)**
»		»	**Al sig. Del Porte Marcello (Malines-Bruxelles)**
	»	»	**Al sig. Nops François (Malines-Bruxelles)**

27 marzo 1976. Al sig. Buccarella Antonio (Gallipoli)
» » » Al sig. Felici Fausto (Bimini)
» » » Al sig. Noero Carlo (Mondovì)
9 aprile » Al sig. Luglié Luigi (Italia)
24 » » Al sig. Coassin Ennio (Roma)
» » » Al sig. Micheli Secondo (Italia)
17 maggio » Al sig. Remiddi Felice (Italia)
18 » » Al sig. Masini Mario (Viterbo)

Il Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa:

16 gennaio 1976. Al sig. Bruurs Jos (Anvers)
» » » Al sig. Roes Herman (Anvers)
» » » Al sig. De Walsche Théophile (Malines-Bruxelles)
» » » Al sig. Vercruyse Charles (Malines-Bruxelles)
12 febbraio » Al sig. Gottschalk Charles (Liège)
» » » Al sig. Simon Henri (Liège)
» » » Al sig. Small Michel (Liège)
15 » » Al sig. Nagel Gerardo Giovanni (Haarlem)
18 » » Al sig. Drescher Erich (Berlin)
» » » Al sig. Korn Paul (Berlin)
» » » Al sig. Monteleone Antonio (Gerace-Locri)
» » » Al sig. Scaglione Francesco (Gerace-Locri)
19 » » Al sig. Andreani de Vito Antonio (Italia)
» » » Al sig. Buzzoni Alvise (Italia)
» » » Al sig. Campanella Pasquale (Italia)
» » » Al sig. Castronovo Giuseppe (Italia)
» » » Al sig. Farina Nicola (Italia)
» » » Al sig. Frontoni Emo (Italia)
» » » Al sig. Sassone Pietro (Italia)
» » » Al sig. Squitteri Emilio (Italia)
» » » Al sig. Valente Pietro (Italia)
» » » Al sig. Volta Roberto (Italia)
» » » Al sig. Jongepier Marino A. (Rotterdam)
» » » Al sig. Spiertz Paolo A. J. (Roermond)
» » » Al sig. Walankamp Giuseppe G. M. (Breda)
23 » » Al sig. Knapp Giovanni (Innsbruck)
24 » » Al sig. Lercangee Norbert (Malines-Bruxelles)
» » » Al sig. Scappìn Carlo (Treviso)
9 marzo » Al sig. Notarnicola Aurelio (Taranto)
20 » » Al sig. Gallenzi Francesco (Novara)
» » » Al sig. Makalu Silvester (Jinja)
25 » » Al sig. Casas Roberto V. (Salta)
27 » » Al sig. Farolfi Francesco (Forlì)
» » » Al sig. De Geest Herman (Malines-Bruxelles)
» » » Al sig. Flipkens Hendrik (Malines-Bruxelles)
» » » Al sig. Vandendriessche Roger (Malines-Bruxelles)
» » » Al sig. Lidoni Rino (Rimini)
» » » Al sig. Pinate Antonio Maria (Los Teques)

2	aprile	1976.	Al sig. Pasquali Mario (Roma)
»	»	»	Al sig. Viani Giovanni (Cagliari)
5	»	»	Al sig. Quagliariello Nicola (Italia)
9	maggio	»	Al sig. Bologna Elio (Roma)
»	»	»	Al sig. Delporte Carlo (Tournai)

NECROLOGIO

1	luglio	1976.	Mons. Giraldo Restrepo Jorge, Vescovo di Pasto.
2	»	»	Mons. van der Bürgt Herculanus J.M., Vescovo di Pontianak.
3	»	»	Mons. McManus James Edward, Vescovo tit. di Benda.
8	»	»	Mons. Liston James Michael, Arciv. tit. di Domnach Sechnaill.

An. et vol. LXVIII 31 Augusti 1976 N. 8

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico — Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA PAULI PP. VI

CHIROGRAPHUM PONTIFICIUM

Opus Fundatum « Latinitas » constituitur

ROMANI SERMONIS praestantiam et usum nullo non tempore tueri et amplificare studuit haec Apostolica Sedes, quippe in qua ille, quamvis nonnullis mutationibus obnoxius — quod in cuiusque linguae natura est positum — ab antiqua Ecclesiae aetate per longum saeculorum cursum usque adhuc sine intermissione viguerit. Quodsi post Concilium Oecumenicum Vaticanum Secundum ob pastorales utilitates linguae vulgares in Sacram Liturgiam sunt inductae, tamen non paucae etiamnum manent pietatis ingeniique cultus, praesertim ad Ecclesiam quod attinet, partes, in quibus sermo Latinus prorsus servandus et provehendus esse videtur.

Ad quod efficiendum cupientes praebere adiumentum, expedire censuimus, ut « Opus Fundatum » conderetur, cuius esset incepta, quae iam sunt, confirmare iisque addere nova, prout necessitas vel opportunitas suadeant, et sic, compage quadam constabilita, rei Latinae in futurum etiam pro viribus consulere.

Itaque cunctis mature perpensis, haec, quae sequuntur, *Statuta* approbamus et promulgamus :

Art. I - Opus Fundatum « Latinitas » constituitur, indole praeditum personae moralis propriae.

Art. II - Sedes Operis Fundati est in Civitate Vaticana.

Art. III - Operi Fundato propositum est omnia incepta publica et privata fovere atque tutari eo contendentia, ut promoveatur :

a) usus linguae Latinae inter homines diversi sermonis, in conficiendis, ad altioris doctrinae rationem, scriptis, maxime ad Ecclesiae cultum ingenii pertinentibus, in catholicis studiorum Universitatibus, in Seminariis dioecesanis;

b) studium linguae et litterarum Latinarum classicarum, quae dicuntur, et Medii Aevi.

Art. IV - Ad haec proposita assequenda Opus Fundatum commentarios periodicos edit; certamina indi cit; accurat praeparationem, impressionem typis faciendam, ac divulgationem librorum, praecellentium auctorum textus continentium, et subsidiorum didacticorum; fovet editionem librorum Latine conscriptorum, dummodo vera praestantia commendentur; instituit studiorum curricula seu scholas ; praesertim scholas promovet, quibus initia linguae Latinae ecclesiasticae alumnis Seminariorum Collegiorumque Urbis tradantur ; aereases habet, hisque similia.

Art. V - Operi Fundato praeest Consilium, quod e septem sodalibus constatée quibus tres a Secretaria Status seu Papali eliguntur, ceteri vero a Consilio, quod de munere decedit, eidem Secretariae proponuntur. Omnes a Secretaria Status in quinquennium nominantur.

Art. VI - Ea quae in Art. IV agenda proponuntur, fieri debent praedicto Consilio probante et moderante.

Art. VII - Ad omnes effectus iuridicos quod attinet, Opus Fundatum a Praeside repraesentatur.

Art. VIII - Patrimonium Operis Fundati bonis efficitur, quae Apostolica Sedes in ipso constitutionis actu eidem attribuit, aliisque bonis, quae ei postmodum ab aliis dabuntur.

Art. IX - Collegium trium cognitorum, a Secretaria Status seu Papali in quinquennium nominatorum, expendit annuam sumptuum aestimationem ipsasque rationes sumptuarias annuas, atque administrationem pecuniae et rationes, quoties

ei opportunum visum fuerit, inspicit. Approbationem vero annuarum rationum Consilium, postquam de iis rite cognovit, petit, Praeside agente, per Secretariam Status a Summo Pontifice.

Art. X - Si Opus Fundatum dissolvitur, eius bona in possessionem Apostolicae Sedis transferuntur.

Art. XI - Opus Fundatum minutas normas sibi proprias edet, Secretariae Status seu Papali approbandas.

Ex Aedibus Vaticanis, die xxx mensis Iunii, anno MCMLXXVI, Pontificatus Nostri quarto decimo.

PAULUS PP. VI

CONSTITUTIO APOSTOLICA

SANCTISSIMAE CONCEPTIONIS DE ARAOUAIA

Detractis quibusdam territoriis a praelaturis Marabensi et Cristalandiensi nova in Brasiliae finibus conditur, nomine « Sanctissimae Conceptionis de Araguaia ».

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Haud sane dubitantes quin auctis sacris gregis pastoribus maior ovibus seu Christi fidelibus obveniret utilitas, censuimus preces esse accipiendas Venerabilium Fratrum Nostrorum Stephani Cardoso de Avelar, Administratoris Apostolici « sede plena » Marabensis praelaturae, et Iacobi Krautler Schuck, Cristalandiensis Praelati, qui, post auditam Episcoporum Conferentiam Brasilianorum, petierunt ut, quibusdam ab eorum ipsorum praelaturis auctoritate Nostra detractis territoriis, alia ibi locorum constitueretur. Ex sententia igitur Venerabilium Fratrum Nostrorum S. B. E. Cardinalium, qui Sacrae Congregationi pro Episcopis praesunt, atque Venerabilis Fratris Carmeli Rocco, Archiepiscopi tit. Iustinianopolitani in Galatia et in Brasilia Apo-

stolici Nuntii, sequentia decernimus. A praelatura Marabensi territoria separamus municipiorum vulgo appellatorum « Conceiçâo do Araguaia » et « Santana do Araguaia » ; a praelatura vero Cristalandiensi, territorium municipii « Couto Magalbaes », iisque simul sumptis novam praelaturam constituimus, *Sanctissimae Conceptionis* **de Araguaia appellatam, cuius sedes in urbe « Conceiçâo do Araguaia » erit, magisterii autem cathedra in paroeciali templo, eadem in urbe exstante, in honorem Immaculatae Conceptionis B.M.V. Deo dicato, iustis cum iuribus. Statuimus insuper ut condita Ecclesia suffraganea sit metropolitanae Sedi Belemensi de Para, eiusque sacer Praesul metropolitano eiusdem Sedis Archiepiscopi iuri obnoxius ; ut ad seminarii alumnorum educationem normae serventur iuris communis, praei oculis praesertim habitis decreto Concilii Vaticani II « Optatam totius » et Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica regulis, in eiusdem documento quod inscribitur « Ratio fundamentalis institutionis sacerdotalis » fuse descriptis; selecti vero seminarii alumni Romam mittantur, in Pontificium Collegium Pianum Brasilianum, philosophicis theologicisque disciplinis imbuendi; ut ad praelaturae regimen, administrationem, Vicarii Capitularis electionem alia id genus quod attinet, sacri Canones omnino serventur; ut, his Litteris ad effectum adductis, sacerdotes Ecclesiae illi censeantur adscripti, in cuius territorio officium vel beneficium habeant; ceteri vero clerici seminariique tirones ei, in qua legitime degant ; ut, denique, acta et documenta praelaturam Sanctissimae Conceptionis de Araguaia respicientia ad eius Curiam a Curiis Marabensi et Cristalandiensi transferantur, in tabulario religiose custodienda. Haec autem quae praescripsimus ad effectum adducat Venerabilis Frater Carmelus Rocco, quem diximus, vel ab eo delegatus sacerdos, absolutique negotii documenta ad Sacram Congregationem pro Episcopis mittat, signata sigilloque impressa. Contrariis non obstantibus.**

Datum Romae, apud S. Petrum, die vicesimo septimo mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo sexto, Pontificatus Nostri tertio decimo.

IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

SEBASTIANUS Card. BAGGIO
S. Congr. pro Episcopis Praefectus

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*-

Angelus Lanzoni, *Proton. Apost. s. n.*

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 809842.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Templum S. Christinae in urbe Volsinio dioecesis Urbevetanae positum titulo Basilicae Minoris exornatur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Inter insignia artis religionisque monumenta, quae, circa lacus Volsiniensis oras disseminata, venustiorem reddunt nativam loci pulchritudinem, merito excellit ecclesia Deo in honorem S. Christinae dicata, quae in urbe Volsinio sita est. Quod templum religionis laude commendatur non solum ob cultum erga Sanctam hanc Virginem ac Märtyrern, cuius sepulchrum ibi asservatum Christifideles civitatis finitimaeque regionis inde a remota aetate impensis obsequiis excolere consueverunt, sed etiam ac potissimum ob memoriam celeberrimi eucharistici miraculi, quod in eodem templo contigit anno MCCLXIII, quodque plurimum contulit ut pietas erga adorandum Altaris Sacramentum apud Christianum populum novum saluberrimumque caperet incrementum. Etenim, ut memoriae traditum est, prodigiali huic eventui est tribuendum quod Decessor Noster Urbanus IV, qui eo tempore Urbeveti commorabatur, sapientissimum inivit consilium festum instituendi Corporis et Sanguinis Christi, Bulla edita anno MCCLXIV, cui est titulus « Transiturus ». Hinc factum est, ut Volsiniensis templi fama longe lateque inclaruerit, idemque, per subsequentium saeculorum decursum mole amplificatum pulcherrimisque artis operibus insigniter exornatum, praeclara evaserit cultus eucharistici sedes, ad quam nostris quoque temporibus pii peregrinatores e dissitis etiam regionibus venerabundi conveniunt. Ad haec omnia autem consideranda Nos peculiari modo impulit Congressus Eucharisticus Internationalis in hunc annum indictus, Philadelphiae in Foederatis Americae Septemtrionalis Civitatibus celebrandus; idque causa fuit cur Nos, cupientes illarum sacrarum celebrationum quodam modo participes fieri, hoc ipso die sacram hanc aedem invisere statueremus eandemque eligere tamquam sedem aptam peropportunamque, e qua Nostrum radiophonicum nuntium ad Christifideles, illic eucharisticorum sollemnium causa congregatos, transmitteremus.

Praeterea, fausta ea data occasione, bene fieri Nobis visum est, si in huius rei memoriam eiusdem templi honorem augeremus, addito Basilicae Minoris titulo atque dignitate. Ad quod Nos movit tum eius originis vetustas, tum sanctissimarum rerum gestarum copia atque nobilitas, tum exquisitae artis splendor, tum praesertim certa spes quae affulget Nobis, fore ut propter novum hoc decus, Una cum obsequio ac reverentia erga sacram hanc aedem, pariter Christifidelium eucharistica pietas magis magisque salutariter foveatur. Quae cum ita sint, ea probantes quae Sacra Congregatio pro Sacramentis et Cultu Divino hac de re statuerit, placet templum quod diximus, nempe S. Christinae in urbe Volsinio situm, Basilicis Minoribus annumerare, factis iuribus atque liturgicis concessionibus rite competentibus, servatis vero iis, quae iuxta Decretum « De titulo Basilicae Minoris », die VI mensis Iunii, anno MDCCTCLXVIII editum, servanda sunt. Ceterum volumus, ut hae Litterae Nostrae sive nunc sive in posterum vim suam habeant, contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub Anulo Piscatoris, die VIII mensis Augusti, anno MDCCCCLXXVI, Pontificatus Nostri quarto decimo.

PAULUS PP. VI

II

Venerabili Famulo Dei Ezechieli Moreno Díaz, sodali Ordinis Recollectorum Sancti Augustini atque Episcopo Pastopolitano, Beatorum Caelitum honores tribuuntur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Supremum a Christo Iesu suis Apostolis traditum praeceptum (cfr. *Mc.* 16, 15), quo tot per saeculorum decursum impulsi sunt evangelicae veritatis praecones, venerabilem etiam Dei famulum Ezechielem Moreno Díaz, sodalem Ordinis Recollectorum Sancti Augustini atque dioecesis Pastopolitanae in Columbia Episcopum, per totam vitam incitavit, ut patria videlicet relicta Evangelium gentibus nuntiaret. Hunc sane Dei virum, velut lucernam super candelabrum positam ut luceat omnibus qui in domo sunt (*Lc.* 11, 33), in album Beatorum Caelitum ascribere Nobis placuit, ut miris vitae suae exemplis episcopus episcopis,

presbyter presbyteris, religiosus religiosis sodalibus suadeat, ut pro suo quisque munere Dei gloriam quaerant ac supernam aeternamque hominum salutem procurare contendant. Quod manifesto patere putamus ex breviter enarratis eius vitae operibus et sancte exercitis virtutibus. Natus est ille in pago Hispanico vulgo Alf aro nuncupato, in finibus dioecesis Tirasonensis, die ix mensis Aprilis, anno MDÇCCXLVIII, parentibus Felice Moreno et Iosepha Diaz, e quinque tertius filius. Secundum Christianam disciplinam penitus educatus et informatus, cum esset septemdecim annos natus, pagum Montem Acutum adiit, eo in sodalium Recollectorum Sancti Augustini coenobio se Deo mancipaturus, ubi eius ipsius frater Eustachius novitiorum magistri vicibus fungebatur. Nihil ibi Ezechiel egit, quod, communi omnium iudicio, aliorum consuetudinem agendique rationem excederet. Sententia tamen cuiusdam eius sodalis, religiosa munera et obligationes tanta Ezechiel diligentia et observantia explere solitus erat, ut cunctis esset exemplo et ad recte agendum incitamento. Solitudinis et silentii observans, in cellae solitudinem se frequenter recipiebat, ut Deo precibus vacaret atque in sacrarum disciplinarum studium incumberet. Haud se tamen, ut erat caritatis fovendae maxime studiosus, ab sodalium consuetudine abstinebat. In Insulas Philippinas Evangelii gentibus praedicandi causa missus, in urbe Manila sacerdos ordinatus est, die III mensis Iunii, anno MDCCCLXXI. Sexdecim annos iis in terris degit, suam cum sodalibus Ordinis Sancti Augustini consocians vitam operamque missionariam, in omnes semper affabilis atque religiosae disciplinae cultor diligentissimus. In Hispaniam anno MDCCCLXXXV reversus, coenobii Montis Acuti moderator electus est. Quo in munere explendo se talem praebuit sicut Sancti Augustini regula docet et praecipit : patrem videlicet subditorum amantissimum, cuius sollemne fuit et praecipuum aliis potius prodesse quam praeesse. Ubi tamen primum data ei occasio fuit, in Americam Australem profectus est, Bogotam nempe, Columbianae nationis urbem principem, ut, omnia omnibus factus, omnes faceret salutis aeternae compotes, ad gentium Apostoli exemplum (cfr. *1 Cor.* **8,** *22).* **Paulo post, vicariatui apostolico Casanarensi tunc primum constituto destinatus est sacer Praesul simulque Episcopus titulo Pinarensis creatus, die i mensis Maii, anno MDCCCXCIV, deindeque ad dioecesim Pastopolitanam gubernandam translatus. Quae antea religiosa incepta alto semper animo iniverat, vel altiore, factus Episcopus, suscepit et perfecit. Omnem scilicet laborem, omnem operam et curam et studium in episcopali explendo officio consummavit, quot ei crediti- fuerant Chri-**

stifideles tot ad evangelicae veritatis praecepta amplectenda et exsequenda dirigere studens. Annisus est in primis, ut latissima Ecclesiarum suarum territoria iterum iterumque peragraret. Plane enim cognitum habebat quanto gregis Christiani ovibus praesidio essent intuitus et vigilantia et sedula cura pastoris, quamque oporteret ut praesentia ipsa sua aut prohiberentur penitus mala aut, si qua forte insedissent, sanarentur. Tunc revera temporis, catholicae Ecclesiae iura in Columbia imminuebantur religiosaque popularium praesertim coetuum libertas vitaeque ipsius dignitas ferebantur. Cuiusmodi rerum adiuncta venerabilem Dei famulum induxerunt, ut infestos circa Christianam veritatem errores incredibili animo profligaret atque, forma factus gregis ex animo (cfr. *1 Pt.* 5, 3), pauperes et tenues singulari dilectione prosequeretur, inopiam cum egenis, angustias cum afflictis participando. Obortas autem exinde in se insectationes strenue toleravit, veritatis amator et defensor, omnipotentis Dei fisus auxilio, quem unum putabat fortitudinem suam suumque refugium (cfr. *Ps.* 30, 4). Morbo correptus gravi et acerbissimo, in urbem Matritum redire coactus est, ut, aptioribus medicorum curis usus, citius relevari valeret. Obiit tamen in coenobio Montis Acuti, die XIX mensis Augusti, anno MDCCCCVI, morientium praesidiis rite munitus et confirmatus, duos de sexaginta cum esset annos natus. Huius famuli Dei fama sanctimoniae magis magisque post obitum augescente, causa agi coepta est de Beatorum Caelitum honoribus ei decernendis. Rite igitur instructis feliciterque absolutis ordinariis et apostolicis processibus, Ipsimet Nos declaravimus Ezechielem Moreno Díaz heroum in modum per vitam exercuisse virtutes théologales et cardinales; quod peculiari decreto evenit, die I mensis Februarii edito, hoc ipso anno millesimo nongentesimo septuagesimo quinto. Die autem XXII mensis Maii, qualitatem et integritatem veri miraculi agnovimus quod Deus, intercedente Ezechiele Moreno Díaz, in muliere gravissime aegrotante perfecit. Die denique ad beatificationem statuto, hodie nempe, in area coram S. Petri basilicam sollemniter litantes, haec verba ediximus : « Nos, vota multorum Fratrum Nostrorum Episcoporum, sodalium Ordinis Augustinianorum Recollectorum, Congregationis a S. Stigmatibus D.N.I.C, sororum Filiarum Oratorii, Parvarum Sororum a Sacro Corde Iesu, sororum a Caritate Boni Pastoris multorumque fidelium explentes, de Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum consulto, auctoritate Nostra apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei Ezechiel Moreno Díaz, episcopus; Gaspar Bertoni, Vincentius

Grossi, presbyteri; Ioanna Francisca Michelotti a Visitatione S. Mariae, Maria Droste zu Vischering a Divino Corde Iesu, religiosae, Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum die ipsorum natali, in locis et modis iure statutis, quotannis celebrari possit : Ezechielis Moreno Díaz, die undevicesimo mensis Augusti; Gasparis Bertoni, die decimo secundo mensis Iunii; Vincentii Grossi, die septimo mensis Novembris ; Ioannae Franciscae Michelotti a Visitatione S. Mariae, die primo mensis Februarii; Mariae Droste zu Vischering a Divino Corde Iesu, die octavo mensis Iunii. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ». Quae per has Litteras ediximus firma esse et fore volumus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die i mensis Novembris, anno sacro MCMLXXV, Pontificatus Nostri tertio decimo.

IOANNES Card. VILLOT, *Secretarius Status*

Loco £g Sigilli

In Secret. Status tao., n, 8O8884.

III

Mariae Droste zu Vischering a divino Corde Iesu honores Beatorum deferuntur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Ut de latere Christi dormientis in Cruce formaretur Ecclesia, et Scriptura impleretur quae dicit : *Videbunt in quem transfixerunt,* **divina est ordinatione indultum, ut unus militum lancea latus sacrum illud aperiendo perfoderet, quatenus sanguine cum aqua manante, pretium effunderetur nostrae salutis, quod e fonte, scilicet cordis arcano, profusum, vim daret sacramentis Ecclesiae ad vitam gratiae conferendam, essetque iam in Christo viventibus poculum fontis vivi salientis in vitam aeternam. Hic enim est** *fons egrediens de medio paradisi,* **qui** *in quattuor divisus capita* **et in corda devota diffusus, fecundat et irrigat universam terram (S. Bonaventura,** *Lignum vitae,* **29-30). Huiusmodi doctoris seraphici affectus a multis quidem proprii facti sunt, inter quos merito annumeranda est venerabilis Dei famula Maria Droste zu Vischering a divino Corde Iesu, soror professae Congregationis Sororum a Caritate Boni Pastoris, vulgo**

de Angers. Quae die VIII m. Septembris a. MDCCCLXIII in urbe Monasterio (Munster in Westfalia) nata ex coniugibus Clemente, Comite Droste zu Vischering, et Helena de Comitibus von Galen, statim lustralibus Baptismi aquis abluta est. Infantiam autem in castro Darfeld transegit, ubi pietate in sacratissimum cor Iesu a parentibus penitus imbuta est. Undecimum vero annum agens ad sacram synaxim primum accessit, ac paulo post Confirmationis sacramento roborata est.

Ad vitam religiosam inclinans, collegium Sororum a S. Corde Iesu prope Siedenburg ingressa est ad humanisticam, quam dicunt, institutionem perficiendam; ubi Christi amore secum certamen iniit asperum, ad fervidum ingenium corrigendum. Domum reversa die v mensis Augusti anno MDCCCLXXXII parentes certiores fecit de sua vocatione religiosa; qui tamen ob eius infirmam valetudinem id promiserunt, consensum se daturos post eius vicesimum primum aetatis annum expletum. Interea autem, perpetuae castitatis votum fecit, atque iisdem parentibus consentientibus domi religiosam vitam iniit. Quadam vero die, cum vidisset in nosocomio puellam iacentem in lectulo, ab omnibus neglectam ob eius non bonam famam, illam amplexa est, quo in amplexu clare advertit se ad convertendas puellas deperditas vocari. Quapropter, recuperata fere prodigiose valetudine, anno aetatis suae vicesimo quinto, Institutum a Bono Pastore ingressa est, sumpto Mariae a divino Corde nomine. Tirocinio rite atque laudabiliter peracto, religiosa vota nuncupavit in coenobio Monasteriensi, ubi mansit ut magistra puellarum ibi degentium usque ad annum MDCCCXCIV, quo ineunte adiutrix Antistitae provincialis renuntiata est, atque Olisiponem petiit. Mox Antistita domus Lusitanae Portugallensis facta est, tum immoderata libertate labor antis tum paupertate. Ea moderatrice, sive religiosa disciplina instaurata fuit non sine oppositione, sive dura paupertas superata, adhibitis nempe cum prudenti administratione etiam dote et pecunia a patre missis. Non sane facile est curam venerabilis Mariae in regenda domo atque reformandis puellis describere, cum non sola prudentia, sed potius supernaturali afflatu eius ratio agendi duceretur, praesertim in cultu divini Cordis propagando tum intra saepta coenobii tum extra, praesertim per dioecesim Portugallensem. Operam etiam navavit egregiam condendo Pontificio Seminario Lusitano in Urbe. Eodem anno venerabilis mulier gravi myelitidis morbo affecta, primum bene deambulare non posse, deinde usque ad mortem in lectulo iacere. Novissimo vero vitae anno, superno quodam instinctu mota, Decessori Nostro Leoni XIII litteris significavit gratam accep-

tamque rem fore Christo, si universum genus humanum sacratissimo Cordi Iesu consecraret. Quod idem Summus Pontifex et decrevit et egit, die xi mensis Iunii eiusdem anni MDCCCXCIX ; sed Dei famula fere improviso in caelum immigravit in festo sacratissimi Cordis Iesu, die VIII Iunii, anno eodem, aetatis suae tricesimo sexto nondum expleto. Eius autem fama permotus, Episcopus Portugallensis, intra cuius dioecesis fines Dei Famula supremum diem obierat, processus ordinarios instituit, rogatoriales vero in episcopali curia Monasteriensi, in qua eadem venerabilis mulier nata est atque multos transegerat annos, peracti sunt. Horum autem acta Romam delata rite excussa sunt. Facto vero decreto super scriptis, Decessor Noster Pius XII, Commissionem introductionis Causae propria manu signare benigne dignatus est die xxvin m. Novembris, anno MCMXLI. Apostolici postmodum processus adornati sunt in praedictis curiis episcopalibus super virtutibus et miraculis in specie venerabilis Servae Dei, de quorum vi iuridica die XXVI m. Martii, anno MCMXLIII sancitum est. Praemissis denique tribus disceptationibus super virtutibus ad normam iuris, tandem Nos, die xin m. Februarii anno MCMLXIV promulgari iussimus decretum super virtutibus a Maria Droste zu Vischering gradu heroico exercitis. Rite autem de miraculo disceptato eius intercessioni tributo, eoque recognito et adprobato per decretum Nostrum die III m. Octobris hoc ipso anno, atque concessa benigne dispensatione ab altero miraculo, decrevimus sollemnem beatificationem venerabilis Mariae Droste zu Vischering die i Novembris huius anni Sacri esse faciendam. Qua re hodie in Petrianae Basilicae Area, admotis Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum precibus his verbis concessimus : ((Nos, vota multorum Fratrum Nostrorum Episcoporum, Sodalium Ordinis Augustinianorum Recollectorum, Congregationis a Sanctis Stigmatibus D.N.I.C, Sororum Filiarum Oratorii, Parvarum Sororum a sacro Corde Iesu, Sororum a caritate Boni Pastoris, multorumque christifidelium explentes, de Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum consulto, autoritate Nostra Apostolica facultatem facimus, ut venerabiles servi Dei Ezechiel Moreno Díaz, Episcopus; Gaspar Bertoni, Vincentius Grossi, presbyteri; Ioanna Francisca Michelotti a Visitatione S. Mariae, Maria Droste zu Vischering a divino Corde Iesu, religiosae, beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum die ipsorum natali, in locis et modis iure statutis, quotannis celebrari possit : Ezechielis Moreno Díaz, die undevicesimo mensis Augusti; Gasparis Bertoni, die decimo secundo mensis Iunii; Vincentii Grossi, die septimo mensis Novembris; Ioan-

nae Franciscae Michelotti a Visitatione S. Mariae, die primo mensis Februarii ; Mariae Droste zu Vischering a sacro Corde Iesu, die octavo mensis Iunii. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ». Quae per has Litteras ediximus firma esse et fore volumus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die i mensis Novembris, anno MDCCCCLXXV, Pontificatus Nostri tertio decimo.

IOANNES Card. VILLOT, *Secretarius Status*

Loco £& Sigilli

In Secret. Status tab., n. 307895.

IV

S. Michael Archangelus renuntiatur patronus Ministrorum a Publica Tutela in Lusitania.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Quod Sacrae Litterae saepius docent Patrumque Ecclesiae omnium scripta confirmant, nulla sunt mortalium tempora nec vitae terrestris momenta, quae Dei praesentis nutum effugiant amantisque eius providentiae motum evadant. Idcirco semper lucida vicissim fides ac pietas actuosa credentium communitatis scienter coniunxit varias vitae humanae partes cum Christianae salutis mysteriis ipsosque eventus rettulit ad caelestis Patris benignam voluntatem. Quae quidem sana religio ultro etiam, adnuente Ecclesia, caelites coram Deo patronos designavit qui valida deprecatione sua adiuvarent et prosperarent multiplicia tum consilia tum opera hominum in terris. Cum vero hac praesertim aetate inter maiores civium ac rerum publicarum curas certe numeraretur custodia iurium singulorum, defensio publicae tranquillitatis, conservatio civilis consortionis, propterea Venerabilis Frater Noster S.E.R. Antonius Cardinalis Ribeiro, Patriarcha Lisbonensis, et cum eo Praeside totus Coetus Episcoporum Lusitaniae susceperunt suaque fecerunt vota Catholicae communitatis ut Sanctus Archangelus Michael — angelus videlicet pacis — propalam appellaretur et honoraretur veluti patronus caelestis Ministrorum ac Militum a Publica Tutela et Securitate eadem in ista re publica ; quam sententiam rite transmiserunt ad Apostolicam Sedem ut sanciretur ac rata prorsus haberetur. Eorum itaque precibus libenti animo obse-

cundantes, Nos de Sacrae Congregationis pro Sacramentis et Cultu Divino consilio ipsi certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi ac perpetuum in modum Sanctum Michaelem Archangelum praecipuum apud Deum Patronum Ministrorum a Publica Tutela in universa Lusitana natione confirmamus seu iterum constituimus ac renuntiamus, omnibus additis honoribus et privilegiis liturgicis, quae praecipuis illius modi Patronis legitime competunt. Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris die XXIII mensis Aprilis, anno MCMLXXVI, Pontificatus Nostri tertio decimo.

IOANNES Card. VILLOT, *Secretarius Status*

Loco £ß Sigilli

In Secret. Status tab., n. 303890.

V

Templum cathedrale Gedanense, in Polonia, ad Basilicae Minoris gradum attollitur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Antiquitate ipsa sua atque ornamentorum insignium dignitate sed praecipue continuata ibi precantium crebritate ita templum Sanctissimae Trinitatis sacrum intra dioecesis Gedanensis fines in Poloniae urbe Oliva iam pridem commendatum est et illustratum ut, cum suo tempore eadem illa ecclesiastica dicio anno MCMXXV pieni iuris fieret, ipsum simul destinatum sit aedes cathedralis proindeque sedes pariter media totius spiritalis et sacramentalis conformationis eiusdem Catholici populi. Quo autem plenius tandem honor ac status templi illius responderet perenni usui, historicae famae, claro nomini suo et quo certius etiam posthac prosperarentur apostolica incepta ibi iam florescentia, ideo nuper censuit Venerabilis Frater Lech Kaczmarek Episcopus Gedanensis ab hac Apostolica Sede impetrari ut eadem amplissima aedes ad Basilicae Minoris attolleretur gradum et condicionem, cum plane ceterum sibi persuasisset multiplices inde utilitates atque commoditates universae dioecesanae communitati esse orituras. Ipsius igitur rationibus et precibus obsequentes Nos, ex consilio Sacrae Congregationis pro Sacramentis et Cultu Divino, de apostolicae potestatis Nostrae plenitudine ac Litterarum istarum vi

constituimus ut templum, quod diximus, Sanctissimae Trinitati dedicatum in dioecesi Gedanensi ad titulum et dignitatem Basilicae Minoris evehatur, omnibus additis iuribus nec non privilegiis quae templis hoc nomine auctis legitime congruunt. Praecipimus insuper ut accuratissime ea cuncta observentur quae iuxta Decretum «De titulo Basilicae Minoris », die vi mensis Iunii anno MCMLXVIII editum, servari oportet. Contrariis quibusvis neutiquam obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die VIII mensis Iulii anno MCMLXXVI, Pontificatus Nostri quarto decimo.

IOANNES Card. VILLOT, *Secretarius Status*

Loco ✠ Sigilli

In Secret. Status tab., n. S08976.

EPISTULAE

I

Ad Balduinum I, Belgarum Regem, viginti quinque exactis annis a suscepta regia potestate.

Il Nous est particulièrement agréable de présenter à Votre Majesté, en ces jours où la Belgique célèbre le vingt-cinquième anniversaire de Son accession au trône, nos cordiales félicitations et les vœux que Nous inspire cette heureuse circonstance.

Vous avez reçu la lourde tâche de guider votre pays en des temps difficiles, alors que l'Europe se relevait péniblement des ruines morales et matérielles accumulées par la seconde guerre mondiale. Maintenant encore, quel pays pourrait se flatter d'échapper aux difficultés qui sont le lot de notre époque troublée? Nous nous réjouissons donc vivement de voir que les célébrations qui marquent dans la joie les vingt-cinq ans de votre règne expriment l'estime et la confiance unanimes de tout un peuple envers son Souverain, et Nous sommes sûr que de telles manifestations contribueront à renforcer encore l'unité de votre pays, pour lui permettre de jouer pleinement son rôle dans l'Europe et dans le monde.

La sagesse des gouvernants place à bon droit au premier rang la recherche de la concorde et de la paix publiques : elles sont l'objet de

vos constantes préoccupations, tout comme vous joignez au souci du bien de vos concitoyens celui de justes rapports entre les peuples, qui sont les meilleurs garants de cette paix. Aussi sommes-Nous heureux de vous redire notre satisfaction et notre gratitude pour la manière dont vous avez toujours accueilli les appels pressants que Nous lançons chaque année en faveur de la paix dans le monde. Nous évoquons aussi avec plaisir le souvenir de votre visite de l'an passé, lorsque, avec la Beine Fabiola, vous avez donné un bel exemple de vie chrétienne en participant avec simplicité, comme tous les fils de l'Eglise, au grand Jubilé de l'Année Sainte.

Espérant que Votre Majesté continuera, pour le bonheur de son pays, à assumer de longues années encore Ses fonctions royales à la tête de l'Etat, Nous Lui souhaitons, ainsi qu'à Sa Majesté la Reine, de recevoir en abondance les bienfaits spirituels que Nous implorons du Seigneur à Leur intention, et en gage desquels Nous Leur envoyons une particulière Bénédiction Apostolique, que Nous étendons de grand cœur à tous nos Fils de Belgique.

Du Vatican, le 25 Juin 1976.

PAULUS PP. VI

II

Ad Em.um P. D. Iosephum S. R. E. Cardinalem Suenens, Archiepiscopum Mechliniensem-Bruxellensem, decem exactis lustris a decessu Cardinalis Desiderati Mercier et Ferdinandi Portai, Congregationis Missionis sodalis.

Vous nous avez fait part, Vénérable Frère, de votre intention de célébrer le 50ème anniversaire de la mort de ces deux grands pionniers de l'œcuménisme que furent le Cardinal Mercier, votre illustre prédécesseur, et le Père Fernand Portal, prêtre au grand cœur et fils de Saint Vincent de Paul. Vous désirez aussi commémorer, par la même occasion, la dernière des « Conversations » qui se tinrent à Malines à partir de 1921, et qui prirent fin en 1926.

Le Cardinal Mercier et le Père Portai entreprirent, avec clairvoyance, de poser les jalons d'une réconciliation, en un temps de discorde, en un temps où beaucoup acceptaient la division entre chrétiens et en prenaient leur parti, bien que, dès 1923, notre prédécesseur Pie XI eût approuvé et encouragé la deuxième Conversation de Malines.

Un regard sur le passé, cinquante ans après, nous fait constater que nous vivons à présent des jours plus propices. Le mouvement œcuménique, dont le Cardinal Mercier et le Père Portai ont été des précurseurs, est maintemant une réalité qui est entrée dans la vie des chrétiens. Le Second Concile du Vatican a engagé l'Eglise catholique à participer pleinement au travail et à la prière pour l'« Unitatis Redintegratio », la restauration de l'Unité. C'est pour cela que nous rappelons avec gratitude le souvenir de ces deux personnalités pour lesquelles la recherche de l'Unité prenait sa source principale dans l'amour. La semence de réconciliation jetée par eux, et, avec et après eux, par bien d'autres encore, a porté ses fruits. Comment ne pas évoquer à côté de ces deux grandes figures catholiques une autre figure, non moins digne de souvenir, anglicane celle-là, Lord Halifax? Leurs trois noms sont indissolublement liés.

Cette reconnaissance ne doit pas seulement se traduire en évocations rétrospectives. Méditant sur les fruits d'un amour retrouvé et du dialogue entre chrétiens qui en est résulté — comment ne pas penser à la visite que Nous fit à Rome, il y a dix ans, celui qui était alors Archevêque de Cantorbéry, Michael Ramsey? —, il nous faut dans la prière et l'effort progresser aussi rapidement que possible sur la voie indiquée par le Second Concile du Vatican vers cette unité dans la foi et dans l'amour que le Christ donna à son Eglise.

Cette commémoration, Vénérable Frère, est donc une invitation à continuer sur les traces de tels prédécesseurs, et à l'occasion de cette célébration nous ne pouvons oublier la contribution que la Belgique, depuis bien des années, a donnée au mouvement œcuménique. C'est donc de grand cœur que Nous envoyons, à vous, Vénérable Frère, à l'Episcopat belge réuni autour de vous et à tous nos Fils de l'Eglise catholique présents à cette célébration, une particulière Bénédiction Apostolique, et que Nous implorons sur les autorités et les fidèles de l'Eglise anglicane et des autres Eglises qui participent à ces cérémonies, les dons du Saint-Esprit.

Du Vatican, le 7 Juillet 1976.

PAULUS PP. VI

NUNTII GRATULATOMI

I

Ad Em.mum P. D. Ferdinandum Iosephum S. R. E. Cardinalem Antonelli, octogesimum natalis sui annum agentem.

Octogesimus dies natalis, quem es acturus, sane efficit, ut intentior ad te advolet cogitatio Nostra. Qua quidem oblata occasione gratulabundum tibi pandimus animum Nostrum ac dilectionem aperte testamur, qui multos annos diuturni vitae tuae curriculi in Apostolicae Sedis ministerio cum diligentia et peritia insumpsisti. Notum est enim te egregiam operam navasse causis Beatorum Sanctorumque ac deinde egisse Secretarium Sacrae Rituum Congregationis, ut olim appellabatur. Studium scilicet contulisti, ut sanctitatis mysterium, quod est Ecclesiae proprium eiusque maxima commendatio, innotesceret.

Deo igitur sine dubio gratias ages plurimas, quia sacerdotium tuum quod ad plenitudinem est perductum Patrisque Cardinalis dignitate decoratum, necnon Franciscalis vivendi forma, cui pridem es mancipatus, spiritualium fructuum feracia fuerunt.

Christus Dominus potioribus usque donis propitiationis suae te locupletet, te sospitet ac solacia tribuat tibi, quibus provecta aetas relevetur. Communiât te Beatissima Virgo Maria, certissimum praesidium eorum, qui in sacro ordine se Deo devoverunt.

Haec flagrantia vota Nostra confirmet Apostolica Benedictio, quam tibi, Venerabilis Frater Noster, amanti animo impertimus.

Ex Aedibus Vaticanis, die xin mensis Iulii, anno MCMLXXVI, Pontificatus Nostri quarto decimo.

PAULUS PP. VI

II

Ad Em.mum P. D. Patricium Ludovicum S. R. E. Cardinalem Boyle, octogesimum aetatis annum explentem.

Providentissimus Deus iam tibi dat, ut octogesimum annum expleas aetatis ; quod sine dubio te impellit, ut ei maximas gratias agas, quippe qui te in suam vocaverit sortem tibique tam diuturnum tempus tribuerit ipsi famulandi.

Nos vero hunc vitae tuae eventum praeterire non sinimus, quin tibi ex animo gratulemur, egregiam existimationem, qua te prosequimur, edicamus, sinceram dilectionem, qua te in Domino complectimur, significemus.

Praeteritos respiciens annos, quorum partem non modicam Ecclesiae Vashingtonensi ut Archiepiscopus impendisti, merito potes affici gaudio propter testimonium rectae conscientiae et spiritualium fructuum messem, quam ibi collegisti.

Hac oblata occasione meminisse etiam iuvat te, pastorem sollertem et cum hac Petri Cathedra coniunctum, a Nobis olim in Patrum Cardinalium Collegium esse cooptatum.

Nos igitur ((Dominum et episcopum episcoporum» (cfr. S. Aug., Serm. 32, 8; Sermones post Maurinos reperti, Romae 1930, p. 570), enixe deprecamur, ut te muneribus suis repleat ac suavi solacio recreet.

Haec salutariter precati, tibi, Venerabilis Frater Noster, et universis, quos caros habes, Apostolicam Benedictionem libentissime impertimus.

Confecta demum huiusmodi *Positio* examini fuit subiecta Consultorum Officii historici-hagiographici huius Sacrae Congregationis, qui, in sessione diei 12 Maii a. 1971 coadunati, unanimi fere consensione censuerunt documenta in ea collecta et illustrata cultum ab immemorabili tempore, idest ultra centum annos ante a. 1634 memoratae Servae Dei praestitum probare atque ad historiae fidem de eiusdem virtutibus notitias validas praebere.

Quorum Consultorum iudicium ad Fidei Promotorem Generalem perlatum est qui, pro rei veritate, suum exprompsit votum die 25 Ianuarii a. 1975 mentemque hac super re manifestavit.

Servatis itaque servandis, die 14 Octobris eodem anno 1975 in Congressu Peculiari, Praelati Officiales Patresque Consultores affirmativum iudicium protulerunt circa quaestiones ipsis propositas et iam excussas, scilicet super cultu et super virtutibus Servae Dei Dorotheae Montoviensis. Secuta est deinde, die 9 mensis Decembris eiusdem anni in Vaticanis aedibus coadunata, Congregatio Plenaria Patrum Cardinalium, in qua Em.mus ac Rev.mus Dominus Silvius Oddi, Causae ponens, dubium posuit disceptandum : *An confirmandus sit cultus Servae Dei Dorotheae Montoviensi, «beatae» vel «sanctae» nuncupatae, ab immemorabili tempore praestitus; an ita constet de eius virtutibus, ut ad miraculorum disceptationem pro canonizatione quandocumque deveniri possit.* Et Em.mi ac Rev.mi Cardinales, qui aderant, ex actis

et probatis suam quisque protulerunt sententiam, constare videlicet de cultu publico ecclesiastico iuxta decreta Urbani VIII, nempe iam coepto longe centum annis ante annum 1634 et ad nostra usque tempora vigenti, necnon de virtutibus praefatae Servae Dei, in casu et ad effectum de quo agitur. Quam sententiam dispertitam ita significarunt : *constare de casu excepto; atque de virtutibus ita constare, ut ad disceptationem super miraculis pro canonizatione quandocumque deveniri possit.*

Super quibus omnibus facta postmodum Summo Pontifici Paulo Papae VI per infrascriptum Pro-Praefectum, in Audientia diei 9 Ianuarii a. 1976, fideli relatione, Sanctitas Sua responsum S. Congregationis pro Causis Sanctorum ratum habuit et confirmavit.

Datum Romae, die 9 Ianuarii A.D. 1976.

© CONRADUS BAFILE, Archiep. tit. Antiochen. in Pisidia,
Pro-Praefectus

L. © S.

© Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., *a Secretis*

II

NUCERINA PAGANORUM

Beatificationis et canonizationis Servi Dei Alfonsi Mariae Fusco, sacerdotis saecularis, fundatoris Congregationis Sororum a S. Ioanne Baptista.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine iisque adnexis in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.

« Caritas ut vinculum perfectionis et plenitudo legis (cfr. *Col.* **3, 13;** *Rom.* **13, 10), omnia sanctificationis media regit, informat ad finemque perducit. Unde caritate tum in Deum tum in proximum signatur verus Christi discipulus » (CON. VAT. II, Const. dogm.** *Lumen Gentium,* **42).**

Qua fundamentali christianae perfectionis nota, quam novissima Oecumenica Vaticana Synodus crebrius in Christifidelium mentem revocavit, insignitus est Servus Dei Alfonsus Maria Fusco.

Is Angriae, in parva sed frequenti dioeceseos Nucerinae Paganorum atque Campaniae regionis urbe, natus est die 23 mensis Februarii anno 1839. Pii ac laboriosi parentes sacri baptismi aquis eum regeneran curarunt eodem nativitatis die nihilque deinde omiserunt quominus tenellum eius animum ad germanam conformarent pietatem.

Septennis sacramento Confirmationis fuit linitus, adhibito patrino ipso sacerdote qui Baptismum eidem contulerat quique postea religiosam educationem complevit eumque rudimentis litterarum imbuit.

Tempestive adscriptus inter pueros sacerdotibus famulantes in ecclesia collegiali S. Ioannis Baptistae, Angriae, mense Novembri anni 1850 dioecesanum seminarium Nucerinum Paganorum est ingressus. Studiorum curriculo rite seduloque emenso, sacerdos inauguratus est die 29 mensis Maii a. 1863. Haud multo post Servus Dei, officio Coadiutoris ecclesiae collegialis Angriae suscepto, flagrans salutis animarum studium ostendit. Sacri namque ministerii operibus se impendit totum, praesertim confessionibus virorum ac infirmorum audiendis, verbo divino assidue praedicando, pueris et iuvenibus christiana doctrina imbuendis, sacris functionibus cantu celebrandis. Praeterea scholam in propria domo libenter aperuit ad pueros, potissimum pauperes, litterarum primordiis gratuito instituendos. Exemplum secutus Ioannis Bosco, iuvenum apostoli, quocum epistolare quoddam habuit commercium, Servus Dei Oratorium anno 1871 condidit sub tutela S. Aloisii Gonzaga, inde nomen puerorum vulgo *Luigini,* quibus continuam et adsiduam religiosam et civicam impertiebat educationem.

Anno 1866 cholerico morbo per totam illam Campaniae regionem pestilentissime grassante, Servus Dei dira lue infectis summa caritate, nullo vitae discrimine perterritus, astitit, adeo ut morbus et ipsum attigerit, sed ex mortis periculo, non sine superno, ut dicebatur, interventu evasit. Anno 1868 renuntiatus est praefectus sacrarii ecclesiae collegialis iam memoratae, et anno 1873, indicto et victo certamine, Mansionarius seu Cantor fuit promotus capituli presbyteralis eiusdem ecclesiae; quod munus retinuit usque ad annum 1897, cum Canonicus fuit creatus.

Praeter eiusmodi navitates, quae cum ardenti animi fervore et uberi animarum fructu obibat, Dei famulus ab anno 1867 spiritualis quoque moderator exstitit itemque administrator piarum Confraternitatum a S. Margarita et a Purgatorio appellatarum ; anno 1887 Filiarum Mariae moderamen ipsi fuit commissum ; anno vero 1895 ab episcopo dioecesano Deputatus fuit designatus pro cleri disciplina; anno denique

1901, de consensu episcopi, consociationem instituit, in qua viri catholici sub Christi vexillis militarent. Apostolico permotus fervore divinaeque gloriae desiderio incensus, iam anno 1869 Congregationi Missionariorum Nucerinorum a S. Vincentio se aggregaverat, quorum praecipua activitas erat sacris expeditionibus pietatem populi per civitates, oppida et rura excolere.

At vero, dum haec omnia sedulus actuosusque Christi miles obit, secum animo non desinit volutare id quod ab ineunte adulescentia mente et corde conceperat, Institutum videlicet condendum pro infantia, praesertim puellarum, tot periculis et malis obnoxia. Quod tamen efficere non valuit nisi anno 1878. Res autem ita evenere : incepto abbatis-parochi ecclesiae collegialis S. Ioannis Baptistae excitandi orphanotrophium pro puellis ad irritum redacto, Famulus Dei Alfonsus Maria Fusco, plenus in Deum fiducia atque pia quadam domina opem ferente, orphanotrophium, iampridem vel a populo exoptatum, anno 1876 excitavit illudque curae concredidit spirituali et temporali Sororum a Compassione, quas Stabiis Angriam accivit.

Cum vero eiusmodi opus, humanis nimis suffultum opibus, non plene respondisset studio actuosae caritatis Servi Dei, quippe qui exoptaret ut illud beneficentiae spatia amplius dilataret, mense Septembri anni 1878, auditis proprio Ordinario necnon conscientiae moderatore, adscitis quattuor piis iuvenibus, novam condidit religiosam familiam a S. Ioanne Baptista nuncupatam ob peculiarem suam in caelestem patronum urbis Angriae religionem. Itaque inde a prima domo condita numerosae fuere exceptae orphanae ac puellae derelictae et periclitantes, quas piae iuvenes ad pietatem ac doctrinae disciplinas informabant. Die autem 2 Augusti anno 1888 Nucerinus Ordinarius Congregationis regulas approbavit.

Tum in Instituti exordio tum in eius dilatatione non defuerunt sane difficultates, res adversae, aerumnae et contumeliae, quas tamen Servus Dei oratione, patientia, fortitudine et in caeleste auxilium fiducia pertulit ac vicit. Dum incremento eiusdem Instituti — cui quidem intra duo decennia Deus miram concessit propagationem idque etiam extra Italiae fines — eiusque sodalium profectui operam daret, Dei Famulus non omisit, quin apud domum Angriae pueri egeni, pupilli et derelicti artibus fabrilibus instituerentur.

Laboribus tandem fractus cordisque ictu repente correptus, Ecclesiae sacramentis communitus, die 6 mensis Februarii a. 1910, Angriae,

mortalem hanc vitam cum immortali commutavit, adstantibus Sororibus ceterisque omnibus piissimae mortis relinquens exemplum.

Servi Dei multiplex labor et actuositas cum spirituali vita coniungebantur; quinimmo et ex divitiis pietatis eius promanabant. Divina opitulante gratia, omnium virtutum christianarum emicuit exercitio, prae primis caritatis, qua Deus amatur et homo propter Deum; humilitatis quoque et fortitudinis in rebus adversis perferendis praeclara praebuit specimina; mira in SS.mam Eucharistiam adoratione ac filiali erga Deiparam Virginem devotione, cuius solebat dicere se catenis vinctum et captivum, necnon corporis castigationibus, sacerdotalem castitatem constanter protexit.

Sanctitatis fama, qua Dei Servus vivens inclaruit, post eius obitum incrementum cepit atque supernis signis a Deo confirmari visa est. Quapropter de Beatorum Caelitum honoribus eidem decernendis Causa agitari coepta est. Instructi itaque sunt episcopali potestate apud Curiam Nucerinam Paganorum processus super fama sanctitatis vitae, virtutum et miraculorum in genere, super scriptis et super cultu non exhibito Servo Dei; qui absoluti Romam transmissi sunt atque, servatis de iure servandis, Pius Papa XII die 22 Iunii anno 1951 commissionem introductionis Causae propria manu signavit. Adornatus est deinde, annis 1952-1954, auctoritate Apostolicae Sedis eadem in Curia Nucerina Paganorum processus super virtutibus in specie eiusdem Servi Dei; de iuridica autem vi utriusque processus decretum exiit Sacrae tunc Congregationis Rituum die 28 Februarii a. 1958.

Servato deinde iuris ordine atque instante Rev.mo P. Antonio Ricciardi, Causae huius sedulo postulatore, instituta est apud Sacram hanc Congregationem pro Causis Sanctorum disceptatio super virtutibus theologalibus et cardinalibus eisque adnexis Servi Dei, et quidem primum in Congressu, qui dicitur, Peculiari Officialium Praelatorum Patrumque Consultorum die 21 mensis Iulii a. 1970 habito; deinde, praemissis *Peculiaribus Dilucidationibus* **ab Officio Historico-Hagiographico eiusdem Sacrae Congregationis concinnatis publicique iuris factis anno 1975, celebratus est, die 7 Octobris eodem anno 1975, Coetus Plenarius Patrum Cardinalium, relatore Rev.mo Cardinali Pericle Felici; qui, omnibus perspectis et perpensis, unanimi suffragio affirmarunt Servum Dei omnes christianas virtutes heroum in modum exercuisse.**

Facta postmodum de hisce omnibus Summo Pontifici Paulo VI per subscriptum Pro-Praefectum relatione, in Audientia eidem concessa

die 9 Ianuarii a. 1976, Sanctitas Sua suffragia Patrum Cardinalium rata habens, decretum super virtutum heroicitate Servi Dei apparari mandavit.

Quod cum rite factum esset, hodierno die ad se accitis Rev.mo Cardinali Pericle Felici, Causae ponente seu relatore, infrascripto Pro-Praefecto meque Antistite a Secretis Sacrae Congregationis ceterisque de more convocandis, iisque adstantibus pronunciavit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia iisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Alfonsi Mariae Fusco, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 12 Februarii A.D. 1976.

ffi CONRADUS BAFILE, Archiep. tit. Antiochen. in Pisidia,
Pro-Praefectus

L. SB S.

68 Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., *a Secretis*

III

HISPALEN.

Beatificationis et canonizationis Servae Dei Angelae a Cruce Guerrero González, fundatricis Congregationis Sororum a Cruce.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine iisque adnexis in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Mihi absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est et ego mundo (Gal. **6, 14). Quae Apostoli gentium verba extollentis veram christifidelis gloriam, qui per baptisma omnibus moritur quae quomodocumque fidem et caritatem in Christum labefactare possunt ut gaudium resurrectionis nova creatura participare valeat, veluti signum dixeris Angelae a Cruce Guerrero**

González. Crux enim illi vita, quies, gaudium apostolicaeque navitatis et indefatigabilis caritatis fons exstitit, Christique crucem semper prae oculis habens, fortitudinem assecuta est, qua et adversa in delicias virtutisque viam commutavit. *Cum tribulationes ex Dei amore tolerantur,* aiebat, *idem amor dulcia reddit omnia, et ipse dolor fit gaudium. Nulla in hoc mundo laetitia amore maior. Diligis? Omnia habentur.*

Dei Famula die 30 mensis Ianuarii a. 1846 Hispali, parentibus Francisco Guerrero et losepha González, nata est, dieque 2 Februarii sacro baptismo regenerata, nominibus Maria ab Angelis et Martina a Trinitate receptis. Mediocriter in studia incubuit; nam, pauperis familiae necessitatibus urgentibus, ne litterarium quidem ludum absolvit et adulescens adhuc matri domesticis in laboribus adiuvandae et deinde arti sutrinae exercendae addicta fuit. Christiano tamen more vel in paupertate educata, ad sacram Eucharistiam anno 1854 primum accessit, annoque insequenti, die 18 Martii, Confirmationem accepit.

Excellentiore inde Spiritus Sancti scientia illustrata, qui Patris secreta revelat parvulis (cfr. *Mt.* 11, 15; *Ps.* 118, 130), arctioris cum Christo communionis in oratione et carnis mortificatione studiosa admodum apparuit, nihilque mirum si, cum ad vigesimum appropinquari annum, canonico Iosepho Torres Padilla, quem spiritus moderatorem habuit, approbante, inter Carmelitides discalceatas Hispalenses recipi petierit, quod tamen gracilis adspectus causa consequi haud valuit. Anno 1869 inter novitias Sororum a Caritate adscripta est, a quibus tamen sequenti anno ob infirmam valetudinem dimissa est. Non demissa tamen animo, Serva Dei, dum ad artem sutrinam revertitur, operibus caritatis impense attendere coepit, et, ut reapse esset *pauper cum pauperibus, ut pauperes omnes Christo lucrifaceret,* de Instituto condendo cogitavit Sororum quae propositis vitaeque ratione cum pauperibus convenirent, quibus domi inserviendo adessent.

Itaque die 2 Augusti anno 1875 Societati a Cruce initia Hispali humiliter dedit ; professionem votorum temporaneorum post biennium emisit, vota autem perpetua in sollemnitate Immaculatae Conceptionis anno 1878 nuncupavit. Eodem anno iustorum obitu canonicus Torres Padilla mortuus est, qui primos difficiles novae Societatis gressus fortiter et suaviter direxerat. Nam et Angelae et eius operis vitam sancto ardore moderatus est, perfectionis studium ad Evangelii et crucis normam valde commendans. Eo primo excitante, Dei Famula, pauperum etsi ministeriis et Societatis curis distenta, innumeris scriptis vitae suae

spiritualis secreta tradidit, quibus, litterarum prorsus expers mulier, quid caritatis aestus ad mentem sapientiae dono illuminandam et verbis -peraptis ad aliorum etiam magisterium ditandum conferre posset, demonstravit.

Eius enim scripta plene cum vita concordant. Deo summa fide in omnibus vivere nisa, in Dei praesentia perseverabat, in oratione adeo persistens, ut cum Domino iugiter coniuncta videretur. Inde vires hauriebat ad supernaturali instinctu de universis iudicandum, aequo animo vultuque hilari adversa omnia sustinenda, ad Christi mortificationem in corpore suo generose portandam. Exinde etiam miro robore donabatur ut in inceptis ob Dei honorem initis nullis fracta difficultatibus, fortis persisteret, ut evangelicam paupertatem in vitae rationem maxima cum austeritate assumeret, ut ab omnibus creatis spiritu seiuncta liberaque viveret, ut spe gaudens per omnia ad Patrem tenderet. At caritas et in Deum et in proximum in ea valde enituit, cuius testimonium et signum sunt iugis Dei memoria, eius vel in minimis voluntatis adimplendae studium, fidelis et operosus crucis amor, omnimoda in pauperum servitium promptitudine. Quos ut Christum venerabatur et diligebat; erga humiliores praesertim misericordiae viscera aperiebat, nihil sibi iuris existimans nisi *dominis* **suis — ut eos nuncupare erat solita — vere servire.**

Hoc caritatis igne, qui — ut ipsa scripsit — *humana et terrena cuncta quae ad Deum non sunt comburit,* **Dei Famula familiam suam ardere voluit, ideo Crucis nomine signatam, ut religiosae omnes, Christum ad mortem usque, mortem autem crucis, in humilitate, paupertate vitaeque austeritate secutae, pro fratribus indigentibus se totas traderent. Hoc Institutum,** *Compañía de la Cruz* **vulgo appellatum, laudis Decreto die 10 Decembris a. 1898 ornatum ab Apostolica Sede, die 25 Martii a. 1904 S. Pius Papa Decimus approbavit et die 14 Iulii a. 1908 definitive sancitum voluit. Illud Angela praecipuis curis prosecuta est, sodales ad fortitudinem Crucis discipulis dignam materne adhortans, quam vitae suae exemplis mira constantia et indeficienti animi iuventute ad tardam usque senectam exhibere non destitit.**

Postquam enim anno 1928 Apostolica Sedes eius in moderatricem generalem postulationem, gravioris aetatis causa non admisit, ut ultima inter novitias novissimum vitae triennium egit, pauperibus pro viribus inserviendo adhuc curas impendens, summeque enitens ut vitam absconditam cum Deo impensius ageret. Senii et infirmitatis labores in crucem fidenter suscepit, vitam ut sacrificium Deo pro Ecclesia, pau-

peribus et patria offerens. Sororibus ad humilitatem verbis et exemplis excitatis, oculisque in Crucifixi imaginem iugiter defixis, cum quo studiose in oratione coniuncta vivere sategerat, laete a cruce in lucem die 2 Martii anno 1931 Hispali transivit, conspicuam sanctitatis famam post se relinquens.

Quae sanctimoniae opinio in dies precrebrescens caelestibus signis confirmari visa est. Quam ob rem Causa de Beatorum Caelitum honoribus eidem Servae Dei decernendis agitari coepta est. Adornatis igitur ordinariis, qui dicebantur, processibus apud Curiam archiepiscopalem Hispalensem ab anno 1938 ad annum usque 1946, atque edito die 25 Iulii a. 1952 Decreto super scriptis, Ioannes Papa XXIII commissionem introductionis Causae die 10 Februarii a. 1960 propria manu, ut moris tunc erat, signavit. Constare deinde de obtemperatione TJrbanianis praescriptionibus circa cultum non praestandum die 18 Maii a. 1962 declaratum est. Apostolicae postmodum inquisitiones institutae sunt super virtutibus in specie Servae Dei eadem in Curia Hispalensi annis 1960-1964, de quorum iuridica vi die 25 Septembris a. 1965 editum est Decretum.

Quibus omnibus rite absolutis, deventum est ad disceptationem super theologalibus et cardinalibus Servae Dei virtutibus iisque adnexis, prius quidem, die 10 Iunii a. 1975, in Peculiari Congressu Officialium Praelatorum Patrumque Consultorum huius Sacrae pro Causis Sanctorum Congregationis; deinde vero, die 7 Octobris eodem anno, in Congregatione Plenaria Patrum Cardinalium, in qua Rev.mus Cardinalis Sergius Pignedoli, Causae ipsius ponens seu relator, sequens dubium proposuit disceptandum : *An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe ef Caritate eum in Deum tum in proximum^ necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine iisdemque adnexis in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.* **Et Rev.mi Cardinales, qui aderant, unanimi consensu affirmative responderunt.**

Facta postmodum de hisce omnibus per subscriptum Pro-Praefectum Summo Pontifici die 9 Ianuarii a. 1976 relatione, Sanctitas Sua vota eorumdem Patrum Cardinalium excipiens, ut Decretum super virtutibus heroicis Servae Dei rite appararetur mandavit.

Quod cum factum esset, hodierno die Beatissimus Pater Paulus Papa VI, ad se accitis Rev.mo Cardinali Sergio Pignedoli, Causae Ponente, infrascripto Pro-Praefecto meque Antistite a Secretis Sacrae huius Congregationis aliisque convocari solitis, iisque adstantibus so-

lemniter edixit : *Constare ole virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine iisdemque adnexis Servae Dei Angelae a Cruce. Guerrero González, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum esse promulgandum inque acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum inserendum mandavit.

Datum Romae, die 12 Februarii A.D. 1976.

83 **CONRADUS BAFILE, Archiep. tit. Antiochen. in Pisidia**
Pro-Praefectus

L. 69 S.

8B **Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan.,** *a Secretis*

IY

TOLETANA

Beatificationis et canonizationis Venerabilis Servae Dei Mariae a Iesu López de Rivas, monialis professae Ordinis Carmelitarum Discalceatarum.

SUPER DUBIO

An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum de quo agitur.

Mariam a Iesu López de Rivas, monialem carmelitidem excalceatam, anno 1560 natam et anno 1640 vita functam, sanctitatis fama dum adhuc viveret exornatam praedicabant moniales monasterii Toletani et plerique ecclesiastici ac religiosi viri, praesertim sanctus Ioannes Ribera, Doctor Mysticus, sanctus Ioannes a Cruce, atque imprimis Carmeli legifera mater, sancta Teresia a Iesu. Quae Virgo Abulensis Venerabilem Servam Dei sine fuco ac fallaciis sanctam aperte vocitabat et thesaurum scientiae adeo locupletem esse putabat ut in quaestionibus difficilioribus et in spiritualibus disputationibus libenter eam consuleret.

Ipsam revera in christianis virtutibus colendis et exercendis heroicum attigisse gradum Paulus Papa VI, servatis de iure servandis, ;die 22 mensis Iunii anno 1972 edixit.

Postmodum huius Causae sollertes Actores manus admoverunt ut duas seligerent sanationes ex iis quae, eadem Venerabili Maria a Iesu

intercedente, a Deo dicebantur patratae, easque Apostolicae Sedis iudicio proponerent ad Beatorum Caelitum honores eidem Venerabili rite impetrandos.

Quarum sanationum prior contigit dominulae Incarnationi Mercader Navarro, viginti tunc annos natae, in parvo pago, nomine Totana, intra fines civilis provinciae Murciae in Hispania meridionali. Ipsa namque, ante biennium, die scil. 18 Octobris anno 1915, prima morbi symptomata experta est, dolores nempe in renali regione sinistra, encephaleiam, aedemata in subpalpebralibus et in extremis corporis partibus, febrium frigus, pollachiuriam et disuriam. Insequentibus mensibus cálculos eiecit lenticulari ac phaseli necnon arenulae forma. Autumno autem tempore anni 1916, examine bacteriológico peracto, reperti sunt in urina baculum a Koch vocatum necnon globuli puris. Quapropter medici a curatione diagnosim ediderunt morbi calculorum atque tuberculosis renalis, gravissima prognosi pariter statuta. Sub finem mensis Novembris eodem anno 1916, quamquam adhibita medicae artis therapia, infirmae condiciones rui coeptae sunt in peius, donec medio mense Ianuario insequentis anni 1917 morbus adeo, improviso quidem, ingravescit atque per hebdomadam tenuit, ut nulla iam superesset convalescendi spes. Tunc, adhortante infirmae cognata, petitae sunt et obtentae a monialibus carmelitidibus Toletanis reliquiae Venerabilis Mariae a Iesu. Die igitur 27 eiusdem mensis Ianuarii, quolibet medicamentorum usu abrupto, preces novendiales institutae sunt a familiaribus et ab infirma ad supernam opem Venerabilis impetrandam. Iamque primo invocationis die se inclinavit febris et die quarto desinit omnino; nocte autem sequenti aegrota placidissimo somno est correpta, mane e lectulo surrexit perfecte sanata eamque mater invenit vestes indutam, absque ullo incommodo deambulantem laetitiaque gestientem. Accitus medicus, eodem die, morbi symptomata evanuisse constat. Ex tunc nullam valetudinis ex praegresso morbo perturbationem experta est sanata vixitque alios quinquaginta quinque annos, multo labore et sudore plenos.

Altera mira sanatione fruitus est infantulus Albertus Martín Gamero post tertium a nativitate sua mensem, in oppido cui nomen S. Martín de Montalbán, intra fines Toletanae archidioeceseos, in Hispania. Parentes animadverterunt in trium quattuorve dierum infante suo tristitiam palloremque in vultu, impotentiam sustinendi caput recta forma verticali, idque nimiae molis causa, quod quidem caput semper erat deformitate modo ad latera, modo ad frontem, modo ad tergum incli-

natum; atque eum difficulter et rarius laetari sensusque externos habere torpentes. Pagi quoque medicus eodem in infante vidit cereorum nimis grande ac substantia liquida plenum; superiores partes frontales et parietales nimis prominentes, formam vultus triangulärem, cuius vértex mento respondebat; decoloratum vultum quasi hebetis adspectum praebentem; fontanellas extra modum amplas suturasque omnes absque debito connexu, et inter ossa et suturas fluctuationis actionem. Quas physicas deformationes idem medicus verbo technico appellavit hydrocephaliam acutam, proindeque infirmitatem edixit esse gravem et curatu impossibilem. Qua perspecta gravitate hortatus est afflictam matrem : « Pete a Domino pueruli mortem » ; nam eiusdem medici opinione tali afficiebatur infans morbo ut, si supervixisset, omnino hebes, nisi amens, remansisset. Tamen, ut muneri suo satis medicus faceret, ut quaedam medicina adhiberetur praescripsit. Sed incassum ; aegrotatio graviore accrescebat gradu. Consultationis causa accitus, alter medicus edictam antea diagnosim omnino confirmavit. Tunc deformis et aegrotantis infantis mater, qualibet sanationis spe ex humanis remediis abiecta, capiti aegrotuli, die 20 mensis Augusti a. 1915, inter horam secundam et tertiam postmeridianam, reliquiam applicuit Ven. Servae Dei Mariae a Iesu, Deum per intercessionem huius Servae Christi adprecans pro salute infirmi, quem statim in lectulo reclinavi! Transactis vero tribus fere horis in Deum suppliciter enixeque precando, ut meritis et precibus Venerabilis Mariae a Iesu mira accideret sanatio, processit ad tollendum de lectulo filiorum; quem, cum in ulnas suas acciperet vidit habentem caput naturaliter rectum eiusque vultum in melius mutatum. Quod et medicus a cura vocatus et vicini mirabundi conspexere. Et exinde sanatus bona semper valetudine gavisus est nullamque ex praeterita infirmitate perpessus est perturbationem, etsi non multis post annis rudem in capite ictum accepit, cum e tecto, ubi ad avium nidos quaerendos ascenderai, cecidisset. In praesentiarum Albertus Martín Gamero, iuris civilis laurea potitus, Notarii exercet munus.

Praeter naturae vires et leges utramque descriptam sanationem evenisse medici a curatione, periti ab inspectione testesque oculati, unanimi consensione asseruerunt. Quapropter canonici processus, Apostolicae Sedis auctoritate, adornati sunt super binis sanationibus, et quidem super priore, annis 1928-1929, in episcopali Curia Carthaginensi, super altera, apud archiepiscopalem Curiam Toletanam, iisdem annis 1928-1929; quae inquisitiones Romam transmissae fuerunt de-

que earum iuridica forma et vi exiit Decretum S. Congregationis pro Causis Sanctorum anno 1974.

Servatis igitur de iure servandis atque attento examine Consilii Medici nostri Fori, die 5 mensis Martii superiore anno 1975 habito, de iisdem sanationibus disceptatum est in suetis duobus comitiis, et quidem primum in Congressu Peculiari Officialium Praelatorum Patrumque Consultorum, die 13 Ianuarii hoc anno coadunato; et deinde, die 16 Martii eodem anno, in Congregatione Plenaria Patrum Cardinalium, ad Vaticanum celebrata, ponente seu relatore Causae Rev.mo Cardinali Mario Nasalli Rocca di Corneliano. In utroque autem coetu suffragia fuere cuncta affirmantia praeternaturalem utriusque sanationis indolem.

Facta de hisce omnibus, die 5 Aprilis vertentis huius anni, Summo Pontifici Paulo VI per S. Congregationis pro Causis Sanctorum Pro-Praefectum relatione, Sanctitas Sua responsum Patrum Cardinalium ratum habens, mandavit ut Decretum super iisdem miris sanationibus rite concinnaretur.

Quod cum factum esset, Beatissimus Pater, accitis hodierno die ad se Cardinali Ponente, infrascripto Pro-Praefecto meque Antistite a Secretis ceterisque de more convocandis, iisque adstantibus edixit : *Constare de duobus miraculis, Venerabili Serva Dei Maria a Iesu López de Rivas intercedente, a Deo patratis, scilicet de instantánea, perfecta constantique sanatione cum dominulae Incarnationis Mercader Navarro a tuberculosi renali, addita infectione communi et litiasi renali, tum infantis Alberti Martin Camero ab hydrocephalia secundaria indolis inflammatoriae meningo- encephaliticae.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 15 Maii A.D. 1976.

83 CONRADUS BAFILE, Archiep. tit. Antiochen. in Pisidia
Pro-Praefectus

L. 63 **S.**

63 **Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan.,** *a Secretis*

V

DERTOSEN. SEU BARCINONEN.

Beatificationis et canonizationis Servi Dei Henrici de Osso Cervello, sacerdotis, fundatoris Sororum Societatis S. Teresiae a Iesu.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, iisque adnexis in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.

<(Non iam est tempus ut imperfectiones in iis notentur quorum est alios instituere et docere! ... Iidem, licet in mundo conversari debeant, in mundo vivere, mundana tractare negotia, interius tamen mundum repudiare debent, ab eo alienos eiusque inimicos esse, non homines sed angelos esse ... Unus hac in re perfectus, plus quam imperfeeti multi efficiet **» (S. TER. ABUL.,** *Camino de perfección* **3, 3-4). Hos inter perfectos viros qui magna pro Deo perficere valent, Henricum de Osso Cervello Teresiae verbis descriptum dixeris, qui summo studio et in Christo manere et impigre in agro Domini laborare ad mortem usque nisus est, ut fructus afferret qui manerent (cfr.** *Io* **15, 16).**

Verus « homo Dei, ad omne opus bonum instructus » *[2 Tim.* **3, 17), nequissimis quibus vixit temporibus, indefatigabili navitate semet ipsum impendit pro animabus (cfr.** *2 Cor.* **12, 15), ut Deus in omnibus per Iesum Christum glorificaretur (cfr.** *1 Pt.* **4, 11) maxima cura annitens. Brevi vitae cursu, veram presbyteri, Iesu amici et ministri, imaginem in se manifestam praebuit, qui quasi « alter Christus » permansit benefaciendo, qui ubique verbo et exemplo Evangelium annuntiat, qui sanctam vitae novitatem inter homines exsuscitat. Eius consideratis vita et operibus, non miramur sacerdotem quemdam, qui eo familiariter utebatur, de ipso dixisse : « Neminem unquam novi qui, ut ille, Iesum Christum mihi praesentem redderet ». Quo fiebat ut, Christi Spiritu iugiter actus, operum sollicitudine et industria vir novorum temporum censeretur.**

Natus die 16 Octobris anno 1840 in pago v.d. *Vinebre,* **dioeceseos Dertosensis, in Hispania, Henricus parentes habuit Iacobum de Osso et Michaëlam Cervello, qui filium postridie baptismate regenerandum curarunt. Confirmatione die 27 Octobris a. 1849 recepta, ad prima**

studia natali in oppido incubuit, commercii operibus in pagis v. d. *Quinto de Ebro* **et** *Reus* **deinde a patre addictus. At, Sanctae Teresiae vitae lectione motus, de sacerdotii via aggredienda tredecim annos natus serio cogitare coepit, ad Deiparam confugiens ut propositum persequi valeret. Facultate sibi a patre, primitus repugnante, facta, humanitatis studiis Dertosae peractis, anno 1858 in eiusdem urbis seminarium recipi petiit, ac deinde philosophiae, mathematicae, physicae atque theologiae institutiones Dertosae partim et partim Barcinone accepit. Ad presbyteratus ordinem autem Dertosae die 21 Septembris a. 1867 evectus est.**

Eam continuo aggressus est operositatem qua verum se probavit Christi apostolum qui vigilat in omnibus, laborat, ministerium suum implet (cfr. *2 Tim.* **4, 5). Hominum, adulescentium et iuvenum praesertim, iidem labefieri conspiciens, neminemque esse qui eis frangeret panem, catechismo tradendo totum se tradidit, missionibus populo praedicandis instititit, animabus in viis Domini moderandis sedulo attendit, ut cooperatores in agro Domini excolendo suscitaret operam dedit. Itaque, dum physicas et mathematicas disciplinas dioecesano in seminario docet, scientiam sanctorum per vicos et oppida diffundit, « omnia omnibus factus, ut aliquos utique faceret salvos » (cfr.** *1 Cor.* **9, 22).**

Cum persuasum haberet prelum maius semper in dies momentum consequi, nullum sibi otium concedens, tempore sancte usus est, somno etiam horas detrahens, ut scripto traderet quae in populi bonum divulgare posset. Etenim Concilii Vaticani II adhortamenta praeveniens, (cfr. Decr. *Christus Dominus,* **n. 13), multas typis mandavit opellas ad fidem sustinendam, ad pietatem fovendam, ad Ecclesiae doctrinas propagandas, ad profanos etiam historiae eventus christiano sensu diiudicandos. Per haec, « sapientibus et insipientibus debitor »** *(Rom.* **1, 14) factus, omnibus obviam ire nisus est ut omnes Christum nossent et diligerent, omnesque Ecclesiam, signum cui maxime tunc contradicebatur, matrem et magistram sequerentur. Ecclesiam equidem a Servatore disiungere non poterat, quam universale salutis sacramentum noverat, sponsam indissolubili vinculo cum Christo ut mysticum eius corpus coniunctam. Nil mirum si Henricus, germanus Teresiae Abulensis discipulus, fratres universos ad Ecclesiae Summique Pontificis amorem traheret, si « Ecclesiae filium » veluti nomine proprio se prae omnibus palam praedicaret, quod et in suo sepulchrali lapide inscribi voluit.**

Impossibile est quanta peregerit, brevi comprehendere. Pias hominum, iuvenum et puellarum consociationes erexit; incepta innumera ut in diebus malis pietatem corroboraret (cfr. *Eccl.* **49, 4) promovit, commentarios edendos curavit (a. 1872), i. e.** *Revista Teresiana,* **quos ad mortem usque per singulos menses moderatus est; archiconfraternitatem Teresianam (a. 1873), actionis catholicae antesignanam, condidit. De fratrum societate titulo Sancti Ioseph deque « Missionariorum Teresianorum » congregatione constituendis cogitavit, qui suam apostolicam in tempus actionem per sequerentur. Dum autem universos ad orationem, ad amicale scilicet cum Deo colloquium, miro edito libello «** *El cuarto de hora de oración* **» (a. 1874), quindecies auctore vivente et quinquagies circiter deinde typis vulgato, adhortabatur, quaestiones omnes ad vitam hominum spectantes considerabat duceque Ecclesiae magisterio pro temporum necessitatibus iuxta Evangelium defendebat. Itaque, sicuti novis paedagogiae religiosae methodis studuit, ita et inter primos exstitit eorum qui societatis mutationes perscrutati, christianam operariorum problematis solutionem inquisierunt. Nam, statim ac Litterae Encyclicae « Rerum novarum » a Leone Pp. XIII editae sunt, Henricus opusculum «** *Catecismo de los obreros y de los ricos* **)) (a. 1891) conscripsit largeque diffundendum typis curavit.**

Magnus tamen eius opus « Societas Sanctae Teresiae » fuit, quam anno 1876 excitavit ex quodam Ludimagistrarum coetu quas antea collegerat ut fidelitate in Christum et Ecclesiam atque optima scientifica praeparatione, fermenti instar scholam intrinsecus animarent. Primas sodales, nomine Ordinarii Tarraconensis, die 1 Ianuarii a. 1879 ad vota nuncupanda admisit, quas in Christi sequela sancte instituit ut mulierum formationi omni modo provehendae prospicerent. Persenserat enim mulieres et in familia et in societate maiores in dies partes habituras, easque, mente excultas et evangelii dumtaxat spiritu plenas, salutari munere suo functuras. Suas proinde sorores <(Teresianas » Dei Famulus veras Christi discipulas esse voluit, Dei amore fragrantés, scientia divina et humana apprime referías ut in puellis sibi commissis futuras christianas matres, novae societatis veluti animam, pararent. Filias, praeter Hispaniae fines, in Lusitaniam, in Africam et in Mexicum mittere valuit, fructus plurimos per eas ad Ecclesiae emolumentum colligens.

At suo ex opere, Deo permittente qui sibi acceptos famulos per tentationem probat (cfr. *Tob.* **12, 13), amaritudinis calicem habuit, qui ad mortem usque ei bibendus fuit. Carmelitidum monialium mona-**

sterium Dertosae ex pia donatione erigendum curaverat, a quo haud longe Societatis suae novitiatum constituerat, ut Mariae vita Marthae operibus fulta iure civili agnosceretur, apostolica autem Marthae actio iugi Mariae oratione sustentaretur. Quod tamen, ex invidorum suasionibus, haud probatum monialibus fuit, quae controversiam iuridicam fundatori intulerunt. Novissimis illius litis temporibus et in sua Societate aliquam animorum dissensionem expertus est, summi sibi doloris causam. Utramque rem adversam fortiter tulit. Etsi iustitiae causam, ex conscientiae officio, defendens, sui immemor semper exstitit, a terrenis omnibus spiritu plene seiunctus, spe in tribulatione gaudens, in caritate Christi etiam adversarios complectens. Numquam conqueri auditus est. Portis in fide, perennis orationis studio cum Deo coniunctus videbatur, etiam filiarum suarum animum ad Deum erigere studens, qui « vulnerat et medetur » *(Iob.* **5, 18), et « fidelis, non patietur nos tentari super id quod possumus » (cfr.** *1 Cor.* **10, 13).**

Sanctae Teresiae monita semper prae oculis habens : <(Omnia transeunt ; per patientiam omnia consequi valemus ; Deus unus sufficit », diutinas tribulationes Dei dilectionis signum consideravit, qui cruce dilectos sibi amicos Primogenito conformes reddit, fide probat, spe ditat, ad caritatis perfectionem ducit. Passionis tempore praesertim Henrici virtus enituit, qui, nullis fractus difficultatibus, et maxima media in tribulatione, in suetum pro Ecclesia et animabus laborem incumbebat, Evangelium ad ultimam usque horam verbo et scripto praedicare pergebat, magis ac magis in oratione vigilabat, animi ac vultus hilaritatem inde hauriens quam cum universis communicabat. Eum Dei amicum et haud pauci ex eius hostibus praedicare coacti sunt, qui vehementem Servi Dei in Christum et Ecclesiam amorem et indefatigabilem pro hominum salute et perfectione navitatem invictamque animi fortitudinem demirati sunt.

Hominem virtutum fama praeclarum Deus subito sed non improviso ad se vocavit die 27 Ianuarii a. 1896 apud Fratres Minores loci v. *Gilet,* **archidioecesis Valentinae, quo Henricus recollectionis spiritualis causa concesserat. Novissimos dies in Spiritus Sancti actionem in animabus considerandam impendit, eoque palam reddidit sanctitatem qua eximius ab omnibus iam vivus praedicabatur, quam in fideli Spiritus Sancti motibus adhaesione invenerat, qui homines ad Christi imaginem iuxta temporum necessitates conformare non desinit.**

Super sanctimoniae fama, qua Servus Dei in vita et post mortem gavisus est, instructi sunt, annis 1925-1927, processus episcopali pote-

state in Curiis ecclesiasticis Dertosensi et Barcinonensi; quibus Romam transmissis, Causa beatificationis die 15 Iulii anno 1965 rite apud Apostolicam Sedem est introducta. Adornatus est deinde, annis 1966-1968, apud Curiam Dertosensem processus apostolicus super virtutibus in specie. De omnium processuum autem iuridica forma et validitate decretum exiit die 21 Iunii a. 1969. Officium vero historicum hagiographicum huius Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum *Inquisitionem* ex Officio concinnavit super peculiari quaestione de Dertosensi domo Novitiatus Congregationis Sororum ab eodem Famulo Dei conditae, eamque anno 1974 publici fecit iuris.

Servato deinde iuris ordine atque instante Rev.do P. Simeone a S. Familia, Ordinis Fratrum Carmelitarum Discalceatorum, postulatore huius Causae legitime constituto, agitata est apud eandem Sacram Congregationem disceptatio super virtutibus Servi Dei theologalibus et cardinalibus eisque adnexis, et quidem primum, die 2 mensis Decembris Anno Sacro 1975, in Congressu Peculiari Officialium Praelatorum Patrumque Consultorum; et deinde, die 27 mensis Ianuarii anno hoc 1976, in Congregatione Plenaria Patrum Cardinalium ad Vaticanum celebrata, ponente seu relatore Rev.mo Cardinali Pericle Felici. Summus autem Pontifex Paulus VI, cui praedicta omnia relata sunt per infrascriptum Pro-Praefectum, responsum affirmativum Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum ratum habens, mandavit ut decretum super virtutibus heroicis Servi Dei rite concinnaretur.

Hoc denique die Sanctitas Sua, accitis Cardinali ponente seu relatore Causae, infrascripto Pro-Praefecto, meque Antistite a Secretis ceterisque convocari solitis, iisque adstantibus edixit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine iisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Henrici* Osso *Cervello, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 15 mensis Maii A. D. 1976.

© CONRADUS BAFILE, Archiep. tit. Antiochen. in Pisidia
Pro-Praefectus

L. © S.

© Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., *a Secretis*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Lunedì, **12** Luglio **1976,** il Santo Padre Paolo **VI** ha ricevuto in solenne Udienza S. A. Em.ma fra' **ANGELO** de **MOJANA** di **COLOGNA**, Principe e Gran Maestro del Sovrano Militare Ordine di Malta, e i Consiglieri dell'Ordine Ospedaliero di San Giovanni di Gerusalemme, di Rodi e di Malta.

Mercoledì, **28** Luglio **1976,** il Santo Padre Paolo **VI** ha ricevuto in Udienza S. E. il Signor Don **MARCELINO OREJA AGUIRRE,** Ministro per gli Affari Esteri di Spagna, e Seguito.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Paolo VI ha nominato:

14 luglio 1976. S. E. Mons. Luciano Storero, Arcivescovo tit. di Tigimma, *Pro-Nunzio Apostolico in India.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

24 giugno 1976. S. E. Rev.ma Mons. José Freiré Palcâo, Arcivescovo di Teresina, *Membro della 8. Congregazione per la Dottrina della Fede.*

28 » » L'E.mo Signor Card. Eduardo Pironio, *Membro della S. Congregazione per l'Educazione Cattolica.*

4 luglio » S. E. Rev.ma Mons. Pierre-Marie Coty, Vescovo di Daloa, *Consultore della Pont. Commissione per le Comunicazioni Sociali.*

19 » » I seguenti ecclesiastici: P. Liberio Andreatta *(Italia);* **Mons. Maurice Bonneric** *(France)-,* **Don Antonio Castro** *(España))* **Don Giuseppe Conte** *(Italia) ;* **Mons. Harold Darcy** *(U.S.A.) ;* **Mons. Edmond Farhat** *(Liban);* **Mons. Francis Fanye** *(Great Britain);* **P. Wilhelm Moehler** *(Deutschland);* **P. Casimiro Przydatek** *(Polsica) ;* **Don Robert Rweyemanu** *(Tanzania) ;* **Don Giovanni Shirieda** *(Japan), Membri della «.Consulta Pastorale»,* **istituita nell'ambito della «Peregrinatio ad Petri Sedem».**

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato:

Protonotari Apostolici soprannumerari:

22	agosto	1975.	Mons. Cruz y Tuazon Maximiniano (Calbayog).
17	maggio	1976.	Mons. Grotsch Herman (Ratisbona).
»	»	»	Mons. Müller Konrad (Batisbona).
»	»	»	Mons. Puzik Enrico (Görlitz).
18	»	»	Mons. Läget Robert (Montpellier).
»	»	»	Mons. Poursines François (Montpellier).
»	»	»	Mons. Theron René (Montpellier).
29	»	»	Mons. Minella Ernesto (Feltre e Belluno).
14	luglio	»	Mons. Solari Luigi (Chiavari).

Prelati d'onore di Sua Santità:

22	agosto	1975.	Mons. Rosales y Raj Basilio (Calbayog).
4	marzo	1976.	Mons. Ortega Potenciano H. (Catarman).
9	»		Mons. Rabas Josef (Würzburg).
6	maggio		Mons. De Cos Pérez José (Santander).
»	»		Mons. Mappes Alfons (Essen).
»			Mons. Gritz Michele (Essen).
7			Mons. Laarhoven Giovanni A. (Bois-le-Duc).
17			Mons. Gross Enrico (Ratisbona).
»			Mons. Mussner Franz (Ratisbona).
»			Mons. Quasten Giovanni (Münster).
29			Mons. Ferraresi Guerrino (Ferrara).
			Mons. Gazzi Gino (Ferrara).
9	giugno		Mons. Iannone Antonio (Nola).
»	»		Mons. Olivero Camillo (Alba).
13	»		Mons. Neill D. O. (Lancaster).
»	»		Mons. Jung Paulus (Meissen).
28	»		Mons. Leoni Aldo (Mantova).

Cappellani d'onore di Sua Santità:

13	aprile	1976.	Mons. Cornuti Fiorenzo (Firenze).
17	maggio	»	Mons. Weiler Rodolfo (Wien).
»	»	»	Mons. Emminghaus Enrico (Wien).
	»	»	Mons. Gruber Francesco (Wien).
	»	»	Mons. Maurer Carlo (Wien).
	»	»	Mons. Offerì Giuseppe (Wien).
	»	»	Mons. Richwien Enrico (Wien).
»	»	»	Mons. Berghaus Günter (Essen).
	»	»	Mons. Bruns Giovanni G. (Essen).
»	»	»	Mons. Kohl August (Ratisbona).
18	»	»	Mons. Akkara George (Trichur).
»	»	»	Mons. Maliekal Antony (Trichur).
»	»	»	Mons. Muringathery Mathew (Trichur).

18	maggio	1976.	Mons. Palathingal Ephrem (Trichur).
	»	»	Mons. Thekkekara George (Trichur).
29	»	»	Mons. Berselli Rino (Ferrara).
»	»	»	Mons. Oenacchi Giuseppe (Ferrara).
»	»		Mons. Fortini Carlo (Ferrara).
»	»	»	Mons. Malacarne Giulio (Ferrara).
»	»	»	Mons. Melandri Mario (Ferrara).
5	giugno	»	Mons. Miggiano Salvatore (Otranto).
9	»	»	Mons. Stella Emilio (Alba).
12	»	»	Mons. Ungarelli Dante (Bologna).
20		»	Mons. Canturioni Divo (Grosseto).
28	»	»	Mons. Dorronsoro Juan José (San Sebastian).
os	luglio		Mons. Galeazzo Albino (Padova).

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha conferito :

II titolo di Gentiluomo di Sua Santità:

26	marzo	1976.	Al sig. Fischer Louis C. (Philadelphia).
»	»	»	Al sig. Gurash John (Philadelphia).
»	»	»	Al sig. McCloskey Matthew H. III (Philadelphia).

La Commenda con Placca dell'Ordine di S. Gregorio Magno:

11	giugno	1976.	Al sig. Rivadeneira Gaio *(Ecuador).*
26	»	»	Al sig. Billaud Bernard *(France).*
30	»	»	Al sig. Arcand Theodore *(Canada).*

La Commenda dell'Ordine di S. Gregorio Magno:

21	novembre	1975.	Al sig. Van den Eende Giuseppe (Anvers).
19	gennaio	1976.	Al sig. Melchart Giuseppe (Wien).
24	marzo		Al sig. Eijsink Rodolfo (Rotterdam).
26	»		Al sig. Gallagher James E. Jr. (Philadelphia).
»			Al sig. McGlinn Frank C. P. (Philadelphia).
»			Al sig. Trainer Raymond E. (Philadelphia).
»			Al sig. Zuecca Harold T. (Philadelphia).
27			Al sig. Doyle John (Portsmouth).
»			Al sig. Quick Sidney (Portsmouth).
9	maggio		Al sig. Van den Nieuwenhuyzen Jan (Anvers).
15	»		Al sig. Sampietro Umberto (Tortona).
18	»		Al sig. Vroom Guglielmo E. (Haarlem).
12	giugno	1976.	Al sig. Cerimele Giuseppe Riccardo P. (Roma).
»	»	»	Al sig. Lisai Tommaso *(Italia).*
»	»	»	Al sig. May er Rodolfo *(Italia).*
»	»	»	Al sig. Segala Umberto *(Italia).*

26	giugno	1976.	Al sig. Murell Julio César (Uruguay).
10	luglio	»	Al sig. Bartoli Luciano (Padova).
»	»	»	Al sig. Mainardi Leonildo (Padova).

Il Cavalierato dell'Ordine di S. Gregorio Magno:

21	novembre	1975.	Al sig. Stoffelen Francis (Anvers).
27	»	»	Al sig. Hilger Johannes (Aquisgrana).
9	marzo	1976.	Al sig. Michel Giuseppe M. (Bois-le-Duc).
20	»	»	Al sig. Steenbergen Daniele (Breda).
»		»	Al sig. Van der Krogt Teodoro (Rotterdam).
»		»	Al sig. Van Hövell Tot. W. (Bois-le-Duc).
»		»	Al sig. Van Roosmalen Giuseppe (Breda).
24		»	Al sig. Fortuin Giovanni G. (Bois-le-Duc).
»		»	Al sig. Heling Giovanni (Bois-le-Duc).
»		»	Al sig. Von den Eerenbeemt Enrico (Bois-le-Duc).
»		»	Al sig. Koevoets Cristiano (Breda).
26		»	Al sig. Beatty Francis J. (Philadelphia).
»		»	Al sig. Clark Jesse (Philadelphia).
»		»	Al sig. D'Angelo Alfred (Philadelphia).
»		»	Al sig. Forkin Thomas P. (Philadelphia).
		»	Al sig. Gambescia Joseph M. (Philadelphia).
»			Al sig. Keating Daniel J. Jr. (Philadelphia).
»		»	Al sig. LaManna Peter A. (Philadelphia).
»		»	Al sig. Trainer Edward J. (Philadelphia).
27		»	Al sig. Dickenson Henry N. (Portsmouth).
»		»	Al sig. Hatcher Peter (Portsmouth).
16	maggio	»	Al sig. Marriott George (Portsmouth).
17		»	Al sig. Graghs M. Sjef (Utrecht).
»		»	Al sig. Barbé Xavier A. M. (Bayeux).
»		»	Al sig. Coin Albert (Bayeux).
»		»	Al sig. Cordonnier Louis M. (Bayeux).
18			Al sig. O'Brien Oliver (Dublino).
29			Al sig. Tengrootenhuyzen Victor (Anvers).

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

29	maggio	1976.	Al sig. Ferrari Aggradi Filippo (Roma).
»	»	»	Al sig. Trifogli Alfredo (Ancona).
»	»	»	Al sig. Capasso Carlo (Firenze).
2	giugno	»	Al sig. Sironi Angelo (Milano).
»	»	»	Al sig. Cerami Vincenzo (Cefalù).

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

5	giugno	1975.	Al sig. De Jaco Luigi (Otranto).
17	febbraio	1976.	Al sig. Y. R. Thurman III *(U.S.A.).*
24	aprile	»	Al sig. Schwörer Hans (Friburgo).
18	maggio	»	Al sig. Renard Albert (Liegi).
29	»	»	Al sig. Bucciarelli Tommaso (Roma).

29	maggio	1976.	**Al sig. De Manincor Giuseppe (Ferrara).**
»	»	»	**Al sig. Marchetti Angelo (Ferrara).**
»	»		**Al sig. Mastellari Vittorio (Ferrara).**
»	»	»	**Al sig. Preti Luciano (Ferrara).**
»	»	»	**Al sig. Veronese Orlando (Ferrara).**
		»	**Al sig. Zangara Enrico (Ferrara).**
»	»		**Al sig. Marchese Eugenio (Genova).**
26	giugno	»	**Al sig. McMaughlin Giovanni (Des Moines).**
6	luglio	»	**Al sig. Delfino Francesco** *[Italia).*
»	»	»	**Al sig. Scalmana Angelo (Brescia).**
28	»	»	**Al sig. Della Chiesa Mario (Roma).**

II Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa :

7	gennaio	1976.	**Al sig. Hermans M. J. (Utrecht).**
20	marzo		**Al sig. Adriaens Giovanni (Roermond).**
»	»	»	**Al sig. Black Giorgio (Rottenburg).**
24	»	»	**Al sig. Bar Louis W. A. M. (Roermond).**
»	»	»	**Al sig. Bogmans Giovanni H. (Roermond).**
»		»	**Al sig. Schoenmkaers Giovanni J. H. (Roermond).**
»	»	»	**Al sig. Van Baal Giovanni (Roermond).**
s	»	»	**Al sig. Fober Leonardo C. (Bois-le-Duc).**
	»	»	**Al sig. Horsten Pietro G. A. J. (Haarlem).**
»	»	»	**Al sig. Nijpels Francesco (Haarlem).**
»	»	»	**Al sig. Landsman Pietro P. (Utrecht).**
»		»	**Al sig. Trienen Antonio G. L. (Utrecht).**
»	»	»	**Al sig. Hendrickx Francesco (Rotterdam).**
24	aprile		**Al sig. Fei jen Giovanni R. (Utrecht).**
»	»	»	**Al sig. Ootsvogel Engelberto G. F. (Utrecht).**
»	»	»	**Al sig. Van der Klaauw Teodoro (Haarlen).**
6	maggio	»	**Al sig. Willis Eugene (Dubuque).**
9	»	»	**Al sig. Fias Etienne (Liegi).**
»	»	»	**Al sig. Van den Henvel Robert (Anvers).**
17	»	»	**Al sig. Drathschmidt Paul (Görlitz).**
»	»	»	**Al sig. Van Meijgaarden Giovanni E. (Rotterdam).**
18	»	»	**Al sig. Mafaut Renato (Malines-Bruxelles).**
»	»	»	**Al sig. Van der Heijde Pietro D. A. (Bois-le-Duc).**
»	»	»	**Al sig. Ranaldo Michele** *(Italia).*
29	»	»	**Al sig. Alberti Mario (Ferrara).**
»	»	»	**Al sig. Fabbri Ermes (Ferrara).**
»	»		**Al sig. Pavani Paolo (Ferrara).**
»	»	»	**Al sig. Delen André (Anvers).**
»	»	»	**Al sig. Pohl Kurt (Freiburg).**
13	giugno	»	**Al sig. Ciambellini Fulvio (Roma).**
»	»	»	**Al sig. Gherardini Gabriele (Roma).**
»	»	»	**Al sig. Marzone Gian Luigi (Roma).**
24	»	»	**Al sig. Peters Alberto M. A. (Rotterdam).**
24	luglio	»	**Al sig. Arbenz Alfred J. (Coirà).**
10	agosto	»	**Al sig. Santi Primo Silvio (Roma).**

NECROLOGIO

16	**giugno**	**1976.**	**Mons. Antonio A. Brasca, Vescovo di Rafaela** *(Argentina).*
8	**luglio**	»	**Mons. Gaston Marie Jacquier, Vescovo tit. di Sufasar.**
11	»	»	**Mons. François Charrière, già Vescovo di Lausanne, Genève et Fribourg** *(Suisse).*
12	»	»	**Mons. Edmundo Quaglia Martínez, Vescovo di Minas** *(Uruguay).*
23		»	**Mons. Henry Joseph O'Brien, già Arcivescovo di Hartford** *(U.S.A.).*
»	»	»	**Mons. Vasil Hopko, Vescovo tit. di Midila.**
24	»	»	**L'E.mo sig. Cardinale Julius Döpfner, Arcivescovo di München und Freising** *(Deutschland).*

An. et vol. LXVTfl 30 Septembris 1976 N. 9

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA PAULI PP. VI

CHIROGRAPHUM PONTIFICIUM

Pretiosus calix Pii Pp. VI Ecclesiae Philadelphiensi muneri mittitur.

ORBEM NOVUM in praesenti studiosius intuemur animo, cum in eo sit, ut ibidem, ac quidem Philadelphiae intra fines Foederatarum Civitatum Americae Septentrionalis, **XLI** Conventus Eucharisticus internationalis agatur. Cuius rei causa permulti eodem congregabuntur, ut infiniti amoris divini Sacramentum, Fidei catholicae centrum et culmen, piis honorent obsequiis.

Qui religiosus eventus in sollemnem incidit memoriam primordiorum earundem Civitatum, alterius videlicet saeculi expleti ex quo eae sunt constitutae.

Movemur igitur, ut Ecclesiae Philadelphiensium, quorum urbs propterea etiam inclaruit quod ante duo saecula ibi declaratum fuit et pronuntiatum Civitates ipsas prioris illius aevi sui iuris factas esse, amantis animi Nostri affectum testemur, scilicet donum impertiamus eximium, quod ab ea repetitur aetate, qua in America illud feliciter contigit et beati Petri Cathedram Pius **VI**, Decessor Noster, tenuit.

E rebus autem peculiaribus eiusdem Summi Pontificis calicem selegimus pretioso obductum metallo, quem ei Caro-

lus III, Rex Neapolis et Siciliae, muneri dederat. Qui, cum fabre factus sit, ut sanguinem Christi, pretium Redemptionis nostrae et inexhaustae caritatis pignus, contineret, praeclarum est signum communionis, qua cum ipso Domino et inter nos coniungimur.

Hunc ergo calicem praedictae Ecclesiae Philadelphiensi dono mittimus, gaudentes quod ea firmam habet necessitudinem cum hac Apostolica Sede, ac fore confisi, ut eiusmodi vincula usque arctiora evadant.

Ex Aedibus Vaticanis, die xxvm mensis Iulii, anno MCMLXXVI, Pontificatus Nostri quarto decimo.

PAULUS PP. VI

CONSTITUTIO APOSTOLICA

QUILMENSIS

Detractis a dioecesi Avellanediensi in Argentina quibusdam territoriis nova constituitur cathedralis Sedes, nomine « Quilmensis ».

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ut spirituali Christifidelium utilitati, procurationi suae creditorum, aptius consuleretur, censuit Venerabilis Frater Antonius Quarracino, Episcopus Avellanediensis, ut diviso dioecesis suae territorio nova conderetur ecclesiastica circumscriptio. Quod ut fieret cum Apostolicae Sedi proposuisset, antea audita videlicet Conferentia Episcopali Argentinae nationis, Nos, ex sententia Venerabilis Fratris Pii Laghi, Archiepiscopi titulo Maurianensis et in Argentina Apostolici Nuntii, allatae expostulationi plane concedentes, sequentia decernimus. A dioecesi Avellanediensi territorium separamus, quod complectitur civiles districtus seu « partidos », vulgo nuncupatos Quilmes, Berazategui et Florencio Várela, iisque dioecesim constituimus *Quilmensem* **appellandam iisdemque circumscribendam finibus ac simul sumpti districtus quos**

diximus. Novae Ecclesiae sedem in urbe ((Quilmes » esse statuimus, episcopalis vero magisterii cathedram in paroeciali templo B. M. V. Immaculatae eadem in urbe exstante, quod ad cathedralis dignitatem attollimus. Eam praeterea suffraganeam facimus metropolitanae Sedi Platensi, eiusque Episcopum metropolitano Platensis Archiepiscopi iuri. Mensa episcopalis constituetur Curiae emolumentis, a fidelibus sponte oblata pecunia, et bonis, quae eidem obvenient ex praescripto canonis 1500 C. I. C. Donec Canonicorum collegium condatur, per alias tamen sub plumbo Litteras, consultores dioecesani deligantur ad normam iuris, qui Episcopo consilio et auxilio assistant. Seminarium item struatur ad pueros iuvenesque ad sacerdotium vocatos rite imbuendos et efformandos, prae oculis habitis normis decreti « Optatam totius » Concilii Vaticani II et peculiaribus S. Congregationis pro Institutione Catholica regulis; selecti autem alumni Romam mittantur, in Pontificium Collegium Pianum Latinum Americanum, philosophicis theologicisque disciplinis amplius imbuendi. Ad dioecesis regimen quod attinet, administrationem, Vicarii Capitularis electionem, fidelium iura et obligationes, ius commune ad amussim servetur. Mandamus insuper ut, his Litteris ad effectum deductis, sacerdotes dioecesi illi censeantur adscripti, in cuius territorio officium vel ecclesiasticum beneficium habeant; ceteri clerici Seminariique tirones ei, in qua legitime degant. Acta denique et documenta constitutam dioecesim respicientia ab Avellanediensi ad Quilmensem Curiam transferantur, in tabulario religiose custodienda. Haec quae praescripsimus ad effectum adducat Venerabilis Frater Pius Laghi, quem diximus, vel ab eo delegatus sacerdos, confectique negotii documenta sueto modo exaret ad Sacramque Congregationem pro Episcopis mittat. Has Litteras Apostolicas ratas esse sive nunc sive in posterum volumus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die undevicesimo mensis Iunii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo sexto, Pontificatus Nostri tertio decimo.

© IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

© SEBASTIANUS Card. B AGGIO
S. Congr. pro Episcopis Praefectus

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco £ß Plumbi

In Secret. Status tab., n. S08978.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Venerabili Dei Famulo Leopoldo a Castronovo sacerdoti professo Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum honores Beatorum decernuntur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Inter imagines clarissimas, quibus Iesus Christus, ut hominibus naturam suam munusque susceptum significaret, usus est, Boni Pastoris imago numeratur, quam nobis Ioannes Evangelista tradidit : « Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis ... Et alias oves habeo, quae non sunt ex hoc ovili, et illas oportet me adducere, et vocem meam audient, et fiet unum ovile et unus pastor » *(Io.* 10, 11-16). Quodsi Iesus infiniti amoris prolatandi officium atque unitatis conflandae consilium his brevibus verbis complexus est, eadem verba omnium operum summa habenda sunt Venerabilis Leopoldi a Castronovo, sacerdotis professi Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum, eademque meta, quo eius animi exspectationes convertebantur, quam ut contingeret suam vitam obtulit. Quapropter bonus pastor vere fuit Venerabilis Leopoldus, qui Dei caritatem ostendit, reconciliationis sacramento fratres peccantes in divinam gratiam restituens. Ad hoc ille contendit, ut unus grex cum Christo pastore fieret, in quem praesertim Slavicae gentes reciperentur; apud quas natus est, orientisque populi, qui a catholica unitate abhinc multa iam saecula desciverant. Venerabilis Leopoldus Castrinovi, in oppido vulgo Herceg-Novi appellato Catharensis dioecesis, in confinio Occidentem inter et Orientem sito, natus est d. xn mensis Maii anno MDCCCLXVI, duodecimus filius Croaticae familiae Petri Mandic et Carolae Carevic, quae nobilis genere olim fuerat, sed, tunc de gradu deiecta, tamen cotidianis operibus exercendis summaque cura liberis educandis humanam dignitatem servabat. Forti praeditus indole, puer, cui sacris aquis abluto Bogdan, Adeodato scilicet, nomen inditum erat, singulari pietate diligentique cura adhibita, ut bonus puer itemque sollers discipulus exsisteret, carus et Deo et hominibus fuit. Maturius exoptavit, ut Evangelii nuntius fieret, atque in Domini vinea operarius. Cum consilium cepisset, ut Capuccinorum Ordini nomen daret, in seraphico seminario Utinensi

humanitatis studia coluit, atque duodeviginti annos natus Bassani sacram vestem induit, die II mensis Maii anno MDCCCLXXXIV; nomenque ei inditum est Fratri Leopoldo. Tunc se totum dedidit, ut Francisci Assisiensis legem mentemque sectaretur. Studia philosophica et theologica Patavii et Venetiis persecutus est, ubi die xx mensis Septembris anno MDCCCXC sacerdos ordinatus est. Inde ab anno MDCCCLXXXVII a Deo se vocatum sensit totis viribus adlaborandi, ut Christianos orientales .seiunctos, praesertim Slavos, ad catholicam unitatem revocaret. Sed eius moderatores, quos fidenter voluntatis Dei interpretes existimabat, sacrae paenitentiae administrum eum voluerunt variis in locis dicionis Venetae, ultimo Patavii ab anno MCMIX ad annum MCMXLII in Sanctae Crucis templo. Itaque animabus, quae e cuncta regione ad eum affluebant, per triginta tres annos totum se ipsum donavit, et boni pastoris sedulitate atque sollertia, quam a Christo didicerat, cuius passionis dolores ad homines redimendos susceptos secum diu reputabat, quem autem praesertim in augusto Eucharistiae Sacramento adorabat. Innumeri quidem homines et omnium ordinum et omnium condicionum ad eum accurrerunt, quos semper ad cuncta paratus, summa patientia atque humanitate audiebat, etiam si, morborum causa, quibus laborabat, gravia incommoda toleraret. Cum autem semper in animo haberet, se ad id a Deo advocatum esse, ut populo suo salutem afferret, sacram paenitentiam Patavii administrans, hoc sibi constituit, ut sua consilia omitteret atque omnes crimina admissa confitentes pro suo ((Orientis populo » haberet. Itaque Venerabilis Leopoldus, ut alter Christus esset bonusque pastor, qui vitam suam daret pro ovibus suis, atque ut oves, quae ovile deseruerant, in unici pastoris ovile revocaret, tribunal commissis expiandis acceptum habuit. Qua ex re saepius, etiam singulari voto, summa animi magnitudine, nulla interposita condicione, se victimam obtulit, ut fratres seiuncti orientalium regionum ad plenam Ecclesiae unitatem redirent : hoc eius vitae propositum maximum fuit, immo eius ipsius vita, quod ut ad effectum adduceret, precibus, lacrimis, doloribus, sacerdotali ministerio, omnibus opibus usus est. Sacerdos oboedientiae causa in paenitentiae tribunali conclusus, et paenitentiae et Orientis populorum summus apostolus evasit. Piissime supremum diem obiit Patavii die xxx mensis Iulii anno MCMXLII, suavissimam illam Dei Matrem precatus, quam familiariter appellare et invocare sueverat Dominam suam. Quattuor annis post eius mortem die xvi mensis Ianuarii anno MCMXLVI dioecesanae inquisitiones institui coeptae sunt. Die xxv mensis Maii anno MCMLXII Ioannes Pp. XXIII Sacrae

tunc Rituum Congregationis suffragium ratum fecit, atque suapte manu Commissionem introductionis Causae obsignavit. Nos autem eius virtutes et théologales et cardinales heroicas esse ediximus die i mensis Martii anno MCMLXXIV. Postquam in duo miracula, quae a Deo effecta, eo intercedente, dicebantur, inquisitum est, cum Sacra Sanctis adsciscendis Congregatio maxima diligentia miracula perspecta vera esse asseveravisset, die xn mensis Februarii huius anni comprobationis decretum emisimus. Cum vero diem II mensis Maii statuissemus quo Venerabilis Leopoldus in Beatorum numerum referretur, Nos, in area coram S. Petri basilicam sollemniter litantes, haec verba ediximus : •« Nos, vota fratris nostri Hieronymi Bortignon, episcopi Patavini, necnon plurium aliorum fratrum in Episcopatu multorumque fidelium explentes, de Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum consulto, auctoritate Nostra apostolica facultatem facimus, ut venerabilis Servus Dei Leopoldus de Castronovo Beati nomine in posterum appelletur, eiusque festum die ipsius natali trigesimo mensis Iulii, in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ».

Quae his Nostris litteris ediximus firma esse et fore volumus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris die II mensis Maii, anno MCMLXXVI, Pontificatus Nostri tertio decimo.

8B **IOANNES Card. VILLOT,** *Secretarius Status*

Loco ¡$¡ Sigilli
In Secret. Status tab., n. 8089U.

n

Beata Maria Virgo a Guadalupe appellata principalis confirmatur apud Deum Patrona dioecesis Arausicanae in California.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Cum Nobis conscii essemus peculiaris et assidui cultus, quo iam diu Christifideles dioecesis Arausicanae in California Beatam Mariam Virginem a Guadalupe prosecuti sunt ut Americanorum Patronam, putavimus excipiendas esse preces Venerabilis Fratris Villelmi R. Johnson, illius dioecesis Episcopi, qui, communia et cleri et fidelium vota expromens cum suis ipsius compo-

sita, poposcit ut hoc sibi daretur, suae dioecesi Beatam Mariam Virginem sub memorato titulo principalem apud Deum habere Patronam ut liceret. Itaque non modo id, quod hac de re Venerabilis Prater Villelmus R. Johnson sua egit potestate, ratum Nos habemus, verum etiam, cupientes ut amor istorum filiorum sic vel magis erga B. M. V. Deiparam excitetur, de consilio Sacrae Congregationis pro Sacramentis et Cultu Divino deque Apostolica Nostra potestate Beatam Mariam Virginem sub titulo Dominae Nostrae « de Guadalupe » confirmamus principalem apud Deum Patronam dioecesis Arausicanae in California, cunctis adiectis iuribus atque liturgicis privilegiis; servatis tamen iis, quae ad normam Instructionis eiusdem Sacrae Congregationis « de Calendariis particularibus atque Officiorum et Missarum Propriis recognoscendis, n. 30)) servanda sunt. Contrariis quibuslibet haud obstantibus. Ceterum volumus hae Litterae Nostrae religiose serventur suosque effectus tam nunc quam in posterum habeant.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub Anulo Piscatoris, die xix mensis Iulii, anno MDMLXXVI, Pontificatus Nostri quarto decimo.

ffi IOANNES Card. VILLOT, *Secretarius Status*

Loco £B **Sigilli**

In Secret. Status tab., n. S08959.

III

Templum Beatae Mariae Virginis v. dei Colle, in loco Pescocostanzo, in finibus Archicoenobii Montis Casini, ad dignitatem Basilicae Minoris evehitur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Beatissimae Virginis Mariae, Christi Matris, amore animus Noster tam ardet, ut quotienscumque eius honor augendus agitur, id quam aequissime faciamus : est enim illa et Mater Ecclesiae, quam ceu navem ad aeterna litora ducit tuitione sua ; et hominum praesidium, portus, perfugium in huius vitae periculis, et exem piar denique omnium virtutum plenum, in quod filii intueantur, quod et imitentur. Quam ob rem, cum Venerabilis Prater Martinus Matronola, Abbas idemque Administrator Apostolicus archicoeno^i Montis Casini,

suo ipsius nomine, item cleri atque populi, id ab hac Petri Sede petierit, ut templum beatae Mariae Virginis vulgo dei Colle, in loco Pescocostanzo, in finibus ipsius Abbatiae Montis Casini, ad gradum et dignitatem Basilicae Minoris eveheretur, Nos tum eius sacrae aedis antiquitatem considerantes, tum structurae nobilitatem, tum monumenta quae pulcherrima condit, atque praesertim pietatem, quae veluti flamma ibi alitur in fidelium pectoribus, bene fieri censuimus si admotis precibus concederemus. Qua re, iis probatis quae Sacra Congregatio pro Sacramentis et Cultu Divino hac de re statuit, placet templum, de quo diximus, Beatae Mariae Virginis « dei Colle » ad dignitatem Basilicae Minoris evehi, cum iuribus et liturgicis concessionibus quae propria sunt harum aedium, iis nempe servatis quae, iuxta decretum « De Titulo Basilicae Minoris », die sexto mensis Iunii, anno MCMLXVIII, factum, servanda sunt. Contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub Anulo Piscatoris, die xix mensis Augusti, anno MDCCCCLXXVI, Pontificatus Nostri quarto decimo.

© **IOANNES Card. VILLOT,** *Secretarius Status*

Loco © Sigilli

In Secret. Status tab., n. S1Î888.

EPISTULAE

I

Ad E.mum P. D. Albinum S. R. E. Cardinalem Luciani, Venetiarum Patriarcham, quarto exeunte saeculo ab obitu Titiani Vecellii, insignis Itali pictoris.

Un sentimento di profonda gratitudine ci sospinge a intervenire nelle celebrazioni del quarto Centenario della morte di Tiziano Vecellio, particolarmente considerando la straordinaria felicità delle immagini con le quali egli ha arricchito il patrimonio iconografico della fede cristiana.

Fin dai primi secoli, attraverso i grandi cicli dei mosaici paleocristiani, la Chiesa ha educato i suoi figli a considerare Parte figurativa come prezioso strumento per rendere accessibile e quasi sensibile il mondo dello spirito. Nella complessa vicenda delle forme rappresen-

tative, Essa non ha mancato di continuare questo sollecito atteggiamento che, mentre avvalora il potere evocativo dell'immagine religiosa, vi riconosce i carismi onde il Signore ha colmato il cuore e la mente degli artisti.

Tale atteggiamento non è venuto meno neanche quando la cultura figurativa rinascimentale scoprì altri orizzonti alle espressioni plastiche, ma si è esercitato anzi con maggior fervore, talché non è merito secondario della Chiesa di aver fatto sì che la nuova iconologia cristiana diventasse un fatto popolarmente devozionale, convocando artisti come i Bellini, il Cima e il Carpaccio a esprimere con immagini inedite le antiche emozioni religiose.

Insigni studiosi hanno illustrato il significato e l'importanza del Tiziano nel momento da lui vissuto nella storia della pittura veneziana, A noi basterà ricordare, per comune edificazione, com'egli abbia specialmente dedicato, fin dagli anni giovanili e sotto l'insegnamento dei suoi maestri, lo studio attento e devoto al repertorio sacro; attenzione e studio che si rinnovano negli affreschi di Padova, dove, adottando un linguaggio più personale e articolato, racconta ai confratelli della Scuola del Santo i prodigi da Lui compiuti.

Nonostante le sollecitazioni della cultura umanistica allora al vertice del suo prestigio, la tematica del periodo immediatamente successivo, del Tiziano cioè ancor giovane, continua a manifestare un prevalente interesse religioso. A questa fase della sua attività gli studiosi ascrivono le numerose Sacre Conversazioni, la celebrazione più volte rinnovata del mistero del Cristo e del mistero dell'Assunta, di quest'ultimo giustamente famoso il grande dipinto di Santa Maria Gloriosa dei Prari, in cui l'artista, ormai nel pieno possesso dell'autonomia espressiva e dei mezzi stilistici, instaura una nuova visione dell'arte sacra.

Di ben pochi pittori, come di lui, può dirsi che non trascorse anno o mese e forse giorno in cui, pur nel consolidarsi d'un costume di vita che andava via via esemplificandosi su quello pagano, non richiami all'attenzione propria e dei suoi contemporanei la realtà e la vitalità dell'evento religioso da lui quotidianamente rivissuto e affrontato nelle opere, come la pietà pubblica e privata a lui chiedeva.

Sta a indicarlo la iterazione dei temi al suo spirito più congeniali, sì che da soli costituiscono quasi una *summa* pittorica dell'esperienza del grande artista cadorino : dalla Natività all'Adorazione dei Magi, dalla Circoncisione alle Tentazioni, dalla scena del Peccato originale a quella

del Tributo a Oesare, dalla Trasfigurazione all'ultima Cena, dalla Flagellazione all'incontro sulla strada di Emmaus, dalla Deposizione alla Resurrezione, dal Cristo schernito al Cristo morto, al Cristo benedicente, al Cristo glorioso, al Cristo dei numerosi « Noli me tangere ».

E quanto spesso non ha egli indugiato a modellare decine di volti di Maria Santissima, il volto della Madonna della Accademia di Carrara, della Madonna di san Rocco, delle tante Annunciate, della *Mater dolorosa,* **della Madonna in lacrime sul Cristo deposto, o raggiante di gioia davanti al Figlio risorto. Nella Deposizione del 1559, eseguita su commissione di Filippo II, accanto al volto in lacrime di Maria santissima, gli esperti ravvisano l'autoritratto del Tiziano nella figura di Giuseppe d'Arimatea. Potrebbe essere una testimonianza emblematica della fede del grande artista nell'opera di salvezza compiuta da Cristo redentore e di reverenza filiale verso la Vergine, Madre di Dio.**

Non è forse del tutto casuale che le immagini sacre dell'ultimo decennio, quelle che più frequentano la sua fantasia, siano le immagini del Cristo portacroce, dell'acce *Homo,* **della Maddalena penitente, e che egli lasci incompiuta, al par di Michelangelo, l'ultima Pietà, la Pietà dell'Accademia, dove nel particolare dell'ex-voto egli raffigurò sé medesimo con il figlio Orazio, ambedue inginocchiati dinanzi alla Vergine.**

Con tali documenti altissimi e dolenti che traggono luce dalla fermezza della sua pietà cristiana, il Tiziano conclude l'intensa e talora contraddittoria esperienza umana e ad essi affida l'estremo messaggio dell'arte sua come messaggio di fede e di speranza.

Ben sappiamo che l'eredità pittorica del Tiziano non è soltanto religiosa e cristiana; il rinascimento profano e pagano ebbe da lui celebri omaggi. Non saremo noi a negare la potenza della copiosa produzione pittorica a soggetto profano e pagano del Tiziano, né tanto meno negheremo alla nostra ammirazione i celebri ritratti e le altre figurazioni umanistiche che formano grande parte del tesoro artistico lasciato dall'incomparabile Maestro; ma nessuno vorrà contestare a nostro riguardo la appassionata preferenza per i celeberrimi capolavori, che egli lasciò a testimonianza della squisita e vigorosa religiosità personale ed a perenne alitante conforto sia della pietà iniziata alla visione contemplativa della dottrina cattolica, sia della devozione popolare educata tuttavia alla espressione estetica rinascimentale del sentimento religioso.

Così raccogliendo l'eredità del sommo Artista noi fisseremo i nostri

occhi incantati, ed ancor più i nostri cuori commossi, all'insuperabile iconografìa religiosa del grande Pittore, e ci sentiremo felici di dare fervida voce alla nostra preghiera davanti alle stupende immagini sacre che il Tiziano ci lasciò, documenti non solo dell'arte sua, ma altresì della fede da lui professata ed onorata, la quale a noi ancor oggi, come quella d'un genio del colore e della figura e come quella d'un maestro d'ispirazione religiosa e culturale, a noi lo rende vicino e presente.

Un'arte religiosa di tanto splendore e di tanto fervore sopravvive all'usura dei secoli, e parla ancor oggi con voce squillante per il suffragio stesso del tempo e dell'inconcussa celebrità.

Il nostro voto perciò altro non può essere che la celebrazione del centenario del Tiziano renda sempre degni i figli della sua terra, e la sua terra oggi è il mondo, di onorare la religione con la bellezza dell'arte, e di conservare alla presente ed alle future generazioni la stima vitale dei veri e dei sommi valori dello spirito umano e cristiano dall'arte stessa espressi e raffigurati.

E con tale voto siamo lieti di impartire la nostra particolare Benedizione Apostolica.

Dal Vaticano, 14 Luglio dell'anno 1976, decimoquarto del nostro pontificato.

PAULUS PP. VI

II

Ad E.mum P. D. Franciscum S. R. E. Cardinalem Seper, Summi Pontificis nominatum Missum Extraordinarium ad praesidendum ritibus millesimum commemorantihus annum a dedicatione sanctuarii Salonitani, B.M.V. « ab Insula » sacri.

Piis celebritatibus commemoratur, ut accepimus, in patria tua millesimus annus expletus a decessu Helenae reginae Croatarum, quae fuit « regni mater, pupillorum tutorque viduarum », quaeque primum sanctuarium Salonitanum, Beatae Mariae Virgini « ab Insula » dicatum, condidit, atque tertium decimum r evolutum saeculum ab initis eiusdem gentis cum Apostolica Sede negotiis, quae deinde viam ei aperuerunt ad Christiana sacra suscipienda. Quibus sollemnibus, per Annum ductis, qui Marialis appellatur, proximo mense Septembri finis imponetur.

Non agitur tantum, ut liquet, de recolendis rebus gestis, ad histo-

riam spectantibus/ sed etiam, ac quidem potissimum, de eventuum recordatione, quae pietatis afferat incrementa ideoque salubrem vim habeat ad ipsam vitam Christianam praesentem.

Volentes autem religiosae celebrationi, qua praedicta sollemnia terminabuntur, maius addere decus et aliquo modo interesse, te, Venerabilis Frater Noster, Missum Extraordinarium Nostrum renuntiamus, mandantes, ut sacris ritibus Nostro nomine praesis.

Haec gemina commemoratio feliciter in animi conspectu ponit coniunctionem inter formam vivendi ex baptismo, qua homines paschali Christi mysterio inseruntur eiusque Ecclesiae incorporantur, atque pietatem erga Beatam Mariam Virginem, quae quidem « pertinet ad naturam ipsam christiani cultus)).*

Laetamur sane quod Croatae per longum saeculorum cursum peculiari devotionis affectu semper ferebantur in Dei Genetricem, nomine ((Reginae Croatiae » et « Advocatae Croatiae » invocatam ; cui rei documento sunt tot sacraria Marialia totque sacrae peregrinationes ad eandem Deiparam Virginem colendam eiusque munera impetranda istic institutae.

Id etiam cum laude enuntiandum esse arbitramur populum istum per hominum aetates inconcussa fidelitate haesisse huic Apostolicae Sedi, quae universo caritatis coetui praesidet.[2]

Christifideles ergo Croatae in his celebritatibus excitari se sentiant, ut religionis catholicae, a maioribus acceptae, iugiter sint testes firmi et heredes actuosi, arctam servantes coniunctionem cum Petri Successore et Episcopis suis.

Vehementer demum optantes, ut ex iisdem sollemnibus spirituales fructus oriantur nec pauci nec leves, tibi, Venerabilis Frater Noster, Archiepiscopis, Episcopis, sacerdotibus, religiosis, fidelibus, videlicet pietatis causa peregrinatoribus Croatis necnon ex aliis gentibus Iugoslaviae, qui, eiusdem fidei eiusdemque caritatis vinculo conexi, in sanctuarium Salonitanum istud, hac oblata occasione, congregabuntur, Benedictionem Apostolicam, caelestis gratiae et roboris auspicem, amanter in Domino impertimus.

Ex Aedibus Vaticanis, die xv mensis Augusti, in Sollemnitate Assumptionis B. Mariae V., anno MCMLXXVI, Pontificatus Nostri quarto decimo.

PAULUS PP. VI

[1] **Adhort. Apost. *Marialis cultus, A.A.S.* 66 (1974), p. 162.**
[2] **Cfr. S. Ignat. M., *Ad Rom.*, Praef., ed. Funk, I, 252.**

NUNTIUS GRATULATORIUS

Em.mo Iosepho Humberto S. R. E. Cardinali Quintero, Archiepiscopo Caracensi, L exactis annis a suscepta presbyterali ordinatione.

Adpetente quinquagesima anniversaria die suscepti a te sacerdotii, crescit, gliscit, augescit amor Noster erga te magno cum gaudio coniunctus. Dies enim agitur fausta atque exspectata tum a te, Venerabilis Frater, tum etiam a tuo populo atque natione. Ac Nos quidem, quibus nihil gratius aut sollemnius, quam ut Venerabiles Fratres Nostri pro dignitate honorentur,[1] his committimus Litteris ut et gratulentur tibi de summi Dei beneficiis magnopere, et gratiam Nostram referant laboribus parem, quos pro Ecclesia, maxime Venetiolana, tot per lustra tulisti.

Diximus auream hanc diem primum omnium tibi memorabilem esse. Nam per sacerdotium te Deus a reliquo populo segregavit, atque in eo te posuit, ut sacrificia laudis offerres atque divina hostia litares in summi Dei gloriam. Mediatorem praeterea te voluit caelum inter et terram, facta potestate turbatos conscientia culpae animos, ceu Auctus sedare, in adorandi Filii Dei similitudinem qui mare placavit.[2] Cum autem, fiante Spiritu, Episcopatus honor accessit, atque in Apostolorum successores annumeratus es, tum multiplicato studio te tuaque omnia in Christianam causam impendisti, fidei nostrae provehendae gratia.

Sed gaudia tua, praeter te, etiam Ecclesia sancta participat. Quam sane non fugit fuisse te sacerdotem, primum, doctrina, pietate, integritate ornatum ; deinde Auxiliarem prudentem ac fidelem, mox Episcopum, seu pastorem, qui quicquid haberet virium, opum, auctoritatis, in gregis bonum profuderit, Emeritae primum, in Caracensi metropoli postea, iam longum tempus. Anno vero MCMLX, a Ioanne XXIII, Decessore Nostro, in Patrum Cardinalium Collegium adlectus, id totis viribus annisus es, ut amplissimam dignitatem quam Ecclesia dedisset, virtute aequares.

Placet etiam, Venerabilis Frater Noster, praecipuos laboris tui fructus paucis recensere ; hi sunt : Seminarium interdioecesanum, iis excipiendis structum, qui adulti ad sacerdotium vocarentur; opus, seu,

[1] Cfr. Greg. Magn. *Ad Eulog.*, 8, 30; *PL* 77, 933.
[2] Cfr. *Mt.* 8, 26.

ut aiunt, Fundatio a Ioanne XXIII cognominata; item plurimae conditae paroeciae ac tuo consilio nonnullae dioeceses, in fidelium commodum, templa restituta. Ad hoc, Pontificiae Legationes, quibus functus es apud varios populos in coetibus atque religiosis consessibus. Illuc etiam spectavisti sapienter, ut amicitiae rationes, quae Ecclesiam inter atque Rempublicam Venetiolanam intercédèrent, arctiores faceres, magna cum civium utilitate. Neque praetereundum est coluisse te etiam et historicas disciplinas, et litteras, et artes; idque tam egregie, ut ingenii tui monumenta praeclara exstent.

Horum praemium factorum Deus nimirum dabit, iustus iudex; Nos vero laudem et gratiam tribuimus, quantum licet. Quoniamque adhuc certas, in media acie constitutus, Deo optimo maximo pro te preces adhibemus assiduas, atque tibi, Venerabilis Frater Noster, Coadiutori et Auxiliaribus, civilibus potestatibus, clero populoque tuo, Nobis carissimis, et cunctis quos amas, Benedictionem Apostolicam impertimus, amantissime.

Ex Aedibus Vaticanis, die xvii mensis Iulii, anno MCMLXXVI, Pontificatus Nostri quarto decimo.

PAULUS PP. VI

HOMILIA

In urbe Volsiniis inter Missarum sollemnia habita, quo die et hora XLI Congressus Eucharisticus Internationalis feliciter Philadelphiae, in Foederatarum Civitatum Americae Septemtrionalis urbe, absolutus est. *

Venerati Fratelli e Figli carissimi!

Noi tutti, in questo momento, siamo a Filadelfia, in America, dove si celebra, nel fervore della sua conclusione, il Congresso Eucaristico Internazionale. Bolsena è a Filadelfia. Non è soltanto un collegamento televisivo, che, per un magico prodigio della scienza e della tecnica, trasferisce la scena e la voce di questa cerimonia in quel continente lontano e in quella grandiosa assemblea; è un collegamento spirituale, ma, nel suo genere, ancor più reale, che ci fa partecipare in unità r di fede, di culto, di carità a quella straordinaria celebrazione; è l'apparte-

* Die 8 mensis augusti a. 1976.

nenza alla medesima Chiesa cattolica, che ci riempie di meraviglia e di gaudio nella esaltazione della sua unità e della sua universalità, proprie della nostra religione cattolica, e proprie del mistero eucaristico, che ce ne dà la certezza e in qualche misura anche la spirituale esperienza. Ricordiamo le classiche parole di San Paolo, proprio relative all'Eucarestia : « Noi, pur essendo molti — scrive l'Apostolo —, siamo un corpo solo; noi tutti infatti che partecipiamo dell'unico pane)).[1] L'unico pane, di cui ora parliamo, è Cristo, Cristo stesso, non solo rappresentato e significato, ma personalmente, realmente reso presente nel sacramento dell'Eucarestia, memoriale incruento, ma autentico, dell'unico suo sacrificio redentore.

Bolsena non dimentica, ed oggi ripresenta a noi e al mondo il miracolo compiuto nel santuario della sua santa Cristina, il quale miracolo ha ravvivato nella Chiesa d'allora e ravviva tuttora la coscienza interiore e ha perpetuato il culto esteriore, pubblico e solenne, dell'Eucarestia, del quale Orvieto e Bolsena conservano ed alimentano nel mondo l'inestinguibile fiamma.

E per quanto grande ed inesauribile sia il mistero eucaristico, e per quanto breve sia l'attimo ora riservato alla nostra riflessione, noi non possiamo tralasciare la considerazione centrale, che il Congresso Eucaristico di Filadelfia ha scelto per uniformare e moltiplicare i nostri pensieri sul mistero eucaristico.

Perché il Congresso ci presenta il mistero eucaristico, ch'è essenzialmente mistero di presenza reale di Gesù e di vero memoriale della sua Passione sotto l'aspetto esteriore di Pane e di Vino, che non è poi altro in sostanza che Cristo stesso rivestito di quella apparenza. Cristo-Pane, Cristo-Vino, perché?

Oh! quale teologia può sgorgare da così elementare questione!

Basti a noi accennare a due punti di tale dottrina. Il primo punto è quello della fame e della sete, esigenza continua, molteplice, ineludibile, che entra nella definizione dell'uomo. L'uomo è un essere che ha fame e sete. Cioè un essere insufficiente per se stesso; un essere dai continui e molteplici bisogni di nutrizione, dalla cui soddisfazione dipende la sua presente esistenza. Dall'aria per respirare, dal latte materno appena egli varca le soglie della vita, dal cibo e dalla bevanda materiali più volte al giorno, alle cento altre cose a cui tende la sua vita per costituzionale necessità, il sapere, il possedere, il godere, sem-

[1] *1 Cor* 10, 17.

pre questo essere che si chiama uomo ha necessità di avere dal di fuori di lui ciò che manca alla sua esistenza, al suo sviluppo, alla sua salute, alla sua felicità. Perciò desidera, perciò studia, perciò lavora, perciò vuole, soffre, prega, spera, aspetta ; sempre è teso a qualche complemento che lo sorregga e lo faccia vivere in pienezza, e, se possibile, sempre. Questo quadro di esistenza, ch'è quella reale, di tutti, può essere riassunto in una sola emblematica espressione : l'uomo è un vivente bisognoso di pane, d'un suo pane che lo nutra, lo integri, gli allarghi e gli prolunghi la sua sempre avida e caduca esistenza. Un'esistenza tesa nello sforzo di mantenersi e di dilatarsi, ma condannata a sperimentare la propria insufficienza e caducità, e a subire alla fine una morte fatale. Non vi è in terra pane che le basti ; non vi è dalla terra pane che la renda immortale.

Ed ecco allora la divina parola del Signore Gesù : « Io sono il pane della vita ... se uno mangia di questo pane vivrà in eterno».[2] La vita umana ha in Cristo, per chi crede alla sua Parola, il suo compimento, il suo pegno di vita immortale.

Sì, Fratelli e Figli, ricordiamolo bene : Cristo è il pane della vita. E questo significa un'altra cosa, pure assai importante. È questo il secondo punto. Come il pane ordinario è proporzionato alla fame terrena, così Cristo è il pane straordinario, proporzionato alla fame straordinaria, smisurata dell'uomo, capace, smanioso anzi di aprirsi ad aspirazioni infinite.[3] Noi abbiamo spesso la tentazione di pensare che Cristo non corrisponda in realtà ai bisogni, ai desideri, ai destini dell'uomo; dell'uomo moderno specialmente, che spesso si illude d'essere nato per altro alimento superiore che non quello divino, e d'essere riuscito a saziarsi d'altre conquiste, che non quelle della fede, ovvero che sospetta essere la religione uno pseudo-alimento, praticamente vacuo e vano.

No; Cristo non si copre di queste sembianze alimentari per deludere la nostra fame superiore, ma si riveste delle apparenze di cibo materiale, oltre che per farci desiderare quello spirituale, ch'è Lui stesso, per riconoscere e per rivendicare le esigenze legittime della vita naturale. È Lui, che prima di annunciare Se stesso come pane del cielo ha moltiplicato il pane della terra fino alla sazietà di coloro che per ascoltarlo lo avevano seguito in una zona disabitata, e che non avevano

[2] *Gv* 6, 48-51.
[3] Cfr. S. Agostino, *Confessioni 1,* 1.

di che mangiare;[4] è Lni che ha rivolto all'umanità l'incomparabile invito : « Venite a me, voi tutti, che siete affaticati ed oppressi ; ed io vi ristorerò ».[5] È Lui, che non più sotto le specie di pane e di vino, ma sotto quelle d'ogni essere umano sofferente e bisognoso, svelerà all'ultimo giorno, quello del giudizio finale, che tutte le volte che noi abbiamo soccorso qualcuno, abbiamo soccorso Lui, il Cristo : ((Io ho avuto fame e voi mi avete dato da mangiare ; Io ho avuto sete, e voi mi avete dato da bere; ... ».[6]

Così che l'Eucarestia diventa per noi non solo il cibo per ciascuna delle nostre anime, per ciascuna delle nostre comunità cristiane; ma stimolo di carità per i fratelli d'ogni specie (ricordiamo la parabola del buon samaritano[7]), che hanno bisogno di aiuto, di comprensione, di solidarietà, caricando così l'azione del bene sociale d'un'energia, d'un idealismo, d'una speranza che, finché Cristo sarà con noi con la sua Eucarestia, non verranno meno giammai. Cristo è il pane della vita. Cristo è necessario, per ogni uomo, per ogni comunità, per ogni fatto veramente sociale, cioè fondato sull'amore e sul sacrificio di sé, per il mondo. Come il pane, Cristo è necessario !

NUNTIUS TELEVISIFICA

Ea occasione factus ex urbe Volsiniis, in Italia, qua XLI Congressus Eucharisticus Internationalis in urbe Philadelphia perfectus est. *

To all of you in Philadelphia,

To you, Americans; to you, men and women from all parts of the world, assembled for the International Eucharistie Congress.

It is the Bishop of Rome who speaks to you, the Successor of the Apostle Peter, the Pope of the Catholic Church, the Vicar of Christ on earth.

He speaks to greet you, to assure you of his prayers, to have you hear in his voice the echo of Christ's word, and thus, to some extent, to open up to you the deep meaning of the mystery that you are celebrating.

[4] *Gv* 6, 11, ss.
[5] *Mt* 11, 28.
[6] *Mt* 25, 35.
[7] *Lc* 10, 33, ss.

* Die 8 mensis augusti a. 1976.

We ask you to be silent, to be silent now and to try to listen within yourselves to an inner proclamation !

The Lord is saying: "Be assured, I am with you".[1] I am here, he is saying : because this is my Body ! This is the cup of my Blood !

The *mystery of his présence* **is thus enacted and celebrated : the mystery of his sacramental, but real and living présence. Jesus, the Teacher of humanity, is here ; he is calling for you.[2]**

Yes, he is calling you, each one by name! The mystery of the Eucharist is, above ali, a personal mystery : personal, because of his divine présence—the présence of Christ, the Word of God made man; personal, because the Eucharist is meant for each of us : for this reason Christ has become living bread, and is multiplied in the sacrament, in order to be accessible to every human being who receives him worthily, and who opens to him the door of faith and love.

The Eucharist is a *mystery of Ufe!* **Christ says : "He who eats this bread shall live!".[3]**

The Eucharist is a mystery of suffering, yes; and a mystery of death ! A mystery of redemptive passion ; a *mystery of sacrifice,* **consummated by Christ for our salvation. It is the mystery of the Cross, reflected and commemorated in the sacrament which makes us share in the Lord's immolation, in order to associate us in his Résurrection. Today, in time, the Eucharist is the food for our earthly pilgrimage; tomorrow, in the life to come, it will be our everlasting happiness.**

The Eucharist is, therefore, a *mystery of love.* **It makes ali of us who eat the same bread into a single body,[4] living by means of one Spirit. It makes us one family : brothers and sisters united in solidarity with one another,[5] and ali of us dedicated to giving witness, in mutuai love, to the fact that we really are the followers of Christ.[6]**

May it always be this way, beloved Brethren, and sons and daughters !

With our Apostolic Blessing: In the name of the Pather and of the Son and of the Holy Spirit. Amen!

[1] **Cf.** ***Mt*** **28:20.**
[2] **Cf.** ***Jn*** **11:28.**
[3] ***Jn*** **6:51.**
[4] **Cf.** ***1 Cor*** **10-17.**
[5] **Cf.** ***Eph*** **4:16.**
[6] **Cf.** ***Jn*** **13:35.**

NUNTIUS SCRIPTO DATUS

Ad Exc.mum Virum Amadou Mahtar M'Bow missus, Praesidi Generali Consociationis inter Nationes cui presse UNESCO appellatio, X recurrente die per totum orbem terrarum populorum elementariae eruditioni fovendae dicato.

Monsieur le Directeur général,

En vous adressant, l'année dernière, Notre message à l'occasion de la Journée mondiale de l'Alphabétisation 1975, Nous vous redisions la satisfaction avec laquelle le Saint-Siège avait accueilli l'initiative d'une telle « Journée », qui en arrive cette année à sa dixième célébration.

Durant ces dix années, Nous avons suivi avec intérêt l'activité de l'UNESCO dans sa lutte contre le fléau de l'analphabétisme. Nous avons encouragé les programmes spécifiques qu'elle a entrepris, par exemple en faveur des jeunes, des femmes, des migrants. A diverses reprises, aussi, Nous avons affirmé l'adhésion chaleureuse du Saint-Siège à ces initiatives de valeur, et Nous avons rappelé avec instance aux catholiques combien il était important d'intensifier leurs efforts en faveur de l'alphabétisation, dans la fidélité à une longue tradition d'aide culturelle dont l'apport a été et demeure considérable.

Un dixième anniversaire suggère l'établissement d'un bilan : n'est-il pas opportun de chercher à évaluer de manière approfondie et sereine les buts atteints, afin d'y puiser un nouvel élan pour de nouveaux engagements? L'analphabétisme, en effet, fléau qui est loin d'être circonscrit, fait encore croître chaque année le nombre des millions d'hommes, parmi lesquels beaucoup de jeunes, qui se trouvent mis à l'écart du courant vital du développement intégral et qui, par là même, se trouvent dans l'impossibilité de tenir leur juste place dans la société.

Nous pensons donc qu'il convient d'intensifier la lutte contre l'analphabétisme dans un esprit de coopération renouvelé et même, en un certain sens, nouveau, qui unisse l'individu, la communauté familiale et locale, les infrastructures publiques et privées, les Gouvernements, et, au delà, toute la communauté internationale.

* Die 8 mensis septembris a. 1976.

C'est pourquoi il Nous semble que des efforts s'imposent dans deux directions. Il faut d'une part faire toujours mieux comprendre à ceux auxquels on s'adresse la justification de l'action entreprise, et d'autre part, il convient d'alerter davantage encore l'opinion publique, nationale et internationale, de ses responsabilités réelles dans cette oeuvre de coopération.

Quelle persévérance dans l'action peut-on espérer si cette dernière ne s'appuie pas sur la conviction personnelle? En nombre de cas, il serait donc opportun d'entreprendre auprès des bénéficiaires de l'alphabétisation une campagne destinée à les convaincre fortement que les efforts qui leur sont demandés sont avant tout à leur bénéfice et servent à leur propre progrès. Il doivent aussi d'ailleurs être persuadés qu'au droit de recevoir des organismes responsables toute l'assistance possible pour les aider à se libérer du joug pesant de l'analphabétisme^ répond le devoir de poursuivre avec persévérance leur effort d'enrichissement spirituel, moral et culturel ; que l'amélioration de leurs conditions de vie doit entraîner un effort proportionné pour contribuer à l'amélioration de la qualité de la vie pour toute la communauté, et à son progrès social.

II ne manque pas, cependant, de situations déplorables qui se révèlent bien difficiles à changer. L'âge, le poids des habitudes ou une certaine crainte de s'engager sur la voie du changement font qu'un certain nombre de membres d'une communauté ne se sentent pas l'énergie nécessaire pour sortir de leur situation. Les campagnes d'information collective devraient s'adresser aussi à eux pour les convaincre au moins de ne pas mettre d'obstacle au développement de l'instruction, et de leur inspirer même le désir d'aider ceux qui peuvent en bénéficier : Nous pensons ici particulièrement aux jeunes qu'il faut sortir de l'analphabétisme et aux femmes qui sont fréquemment victimes des situations de fait ou des habitudes. Il faut souhaiter que les efforts déjà accomplis pour leur assurer, même aux plus pauvres, le droit à l'éducation, soient poursuivis et renforcés. Il faut penser, en effet, que les femmes en particulier peuvent devenir, grâce à leur action éducative auprès de leurs enfants, des agents très efficaces pour la promotion de l'alphabétisation.

Comment ne pas relever aussi l'importance de la « Journée » et ;des campagnes d'information vis-à-vis de l'opinion publique?

Il importe de faire connaître de manière toujours plus complète et détaillée l'ampleur du problème de l'analphabétisme et de ses conséquen-

ces. H est essentiel, en outre, de susciter dans l'opinion une conscience très vive de l'unité du genre humain afin de percevoir clairement les devoirs précis qui s'imposent au nom de la solidarité, non seulement à l'intérieur de la communauté locale ou nationale, mais au plan universel, au-delà des frontières entre pays ou continents.

Une opinion publique ainsi formée pourra se convaincre de son devoir de coopération, malgré les sacrifices imposés ; elle saura même soutenir les nouvelles initiatives prises par les pouvoirs publics pour mieux résoudre ce problème, soit à l'intérieur, soit dans le domaine de la collaboration entre les pays privilégiés et ceux qui ont besoin d'aide.

En vous présentant ces quelques réflexions, nous vous adressons nos vœux fervents pour le plein succès de la dixième Journée mondiale de l'Alphabétisation et des nouveaux efforts de lutte contre l'analphabétisme. Cette œuvre est une de celles qui font le plus honneur à l'Organisation dont vous êtes actuellement le Directeur général, et qui unit, au dévouement et à l'expérience de vos valeureux collaborateurs, l'assentiment et l'appui unanime de tous les hommes de bonne volonté.

Du Vatican, le 28 Août 1976.

PAULUS PP. VI

SS.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Paulus divina Providentia Pp. VI, successivis Decretis S. Congregationis pro Episcopis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere. Nimirum assignavit :

Die 10 Augusti 1976. — **Titulari episcopali Ecclesiae Volsiniensi Exc.mum P. D. Nicolaum E. Walsh, hactenus Episcopum Yakimensem, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Raimundi G. Hunthausen, Archiepiscopi Seattlensis.**

Die 22 Augusti. — **Cathedrali Ecclesiae Kerriensi R. P. D. Kevin McNamara, e clero dioecesis Leoniensis et magistrum Theologiae in in Collegio Sancti Patricii.**

Die 24 Augusti. — **Cathedrali Ecclesiae Vayne Castrensi-Southbendensi Exc.mum P. D. Villelmum E. McManus, hactenus Episcopum titularem Mesarfeltensem.**

— **Titulari episcopali Ecclesiae Tepeltensi R. D. Danielem A. Hart, e clero archidioecesis Bostoniensis, quem deputavit Auxiliarem Em.mi P. D. Humberti S. R. E. Cardinalis Medeiros, Archiepiscopi Bostoniensis.**

Die 30 Augusti. — **Cathedrali Ecclesiae Bellevillensi Exc.mum P. D. Villelmum R. Cosgrove, hactenus Episcopum titularem Trisipensem.**

SACRA CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE SEU DE PROPAGANDA FIDE

i

LICHINGAENSIS

DECRETUM

De mutatione nominis dioecesis Cabralopolitanae

Cum Exc.mus ac Rev.mus Dominus Aloisius G. Ferreira da Silva, Episcopus Cabralopolitanus, proposuisset ut praesens denominatio suae dioecesis ita permutaretur ut deinde, iuxta novam appellationem ab autoritatibus civilibus nuper adoptatam, Lichingaënsis nuncupantur, haec Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, re mature perpensa, optatis praelaudati Ordinarii inhaerendum esse censuit.

Itaque eadem Sacra Congregatio, vigore facultatum sibi a Ss.mo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Papa VI concessarum, supra memoratam propositionem adprobavit ac praesens ad rem Decretum confici iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die xxix mensis Iulii a. D. MCMLXXVI.

© D. S. LOURDTJSAMY, *Secr.*

L. *B* S.

Ioannes Belej, *Off. Praep.*

II

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI, successivis decretis Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere ; nimirum praefecit :

Die 31 Maii 1976. — **Metropolitanae Ecclesiae Salisburiensi Exc. P. D. Patricium Chakaipa, hactenus Episcopum titulo Rucumensem.**

— Metropolitanae Ecclesiae Kuchingensi, nuper erectae, Exc. P. D. Petrum Chung Wan Ting, hactenus Episcopum titularem Acellensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Volturnensi R. P. D. Iosephum Ferraioli, presbyterum archidioecesis Romanae, Praelatum honorarium Sanctitatis Suae, ab officiis Secretariae Status, quem archiepiscopali dignitate ornavit atque Apostolicum in Republica Ghanensi Pro-Nuntium constituit.

— Cathedrali Ecclesiae Kotakinabaluensi, noviter erectae, Exc. P. D. Simonem Michaelem Fung Kui Heong, hactenus Episcopum titularem Catabitanum.

— Cathedrali Ecclesiae Miriensi, noviter erectae, Exc. P. D. Antonium Dionysium Galvin, hactenus Episcopum titularem Letaeum.

— Cathedrali Ecclesiae Ondoènsi Exc. P. D. Franciscum Folorunso Alongé, hactenus Episcopum titularem Tignicensem.

— Cathedrali Ecclesiae Belopolitanae R. P.D. Iulium Duarte Langa, eiusdem dioecesis Vicarium Generalem.

— Cathedrali Ecclesiae Quelimanensi R. P. Bernardum Philippum Governo, Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum sodalem, Capitularem eiusdem dioecesis Vicarium.

— Cathedrali Ecclesiae Tetiensi R. P. Paulum Manjate, Congregationis Presbyterorum a SS.mo Sacramento, e Belopolitanae dioecesis clero.

— Titulari episcopali Ecclesiae Gegitanae R. P. Athanasium Bala, Congregationis Sancti Spiritus sodalem, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc.mi P. D. Andreae Loucheur, Episcopi Bafiensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Rusubbicarensi R. P. D. Victorem Leonem Stephanum San Miguel, Ordinis Fratrum Discalceatorum B.

Mariae V. de Monte Carmelo, quem Vicarium Apostolicum Kuvaitensis vicariatus deputavit.

Die 8 Iulii. — **Cathedrali Ecclesiae Ambaniaënsi R. P. Ferdinandum Botsy, Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum sodalem, eiusdem dioecesis Vicarium Capitularem.**

— **Cathedrali Ecclesiae Kyotensi R. D. Raimundum K. Tanaka, e clero Takamatsuënsi, dioecesanae curiae Cancellarium.**

— **Cathedrali Ecclesiae Sikassensi R. D. Ioannem Mariam Cissé, ex archidioecesi Bamakoënsi eiusdemque Seminarii maioris rectorem.**

— **Titulari episcopali Ecclesiae Menefessitanae R. P. Etsou Nzabi Bamungwabi, Congregationis Immaculati Cordis Mariae sodalium in regione submoderator em, quem archiepiscopali dignitate ornavit atque Coadiutorem cum iure successionis Exc.mi P. D. Petri Wijnants, Archiepiscopi Mbandakani-Bikoroënsis constituit.**

Die 8 Septembris. — **Cathedrali Ecclesiae Lyallpurensi Exc. P. D. Paulum Andreotti, hactenus Episcopum titulo Afufeniensem.**

SACRA CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

I

RHEDONEN.

Beatificationis et canonizationis Servae Dei Mariae Ameliae Fristel, fundatricis Congregationis Sororum a « Sanctis Cordibus Iesu et Mariae ».

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, iisque adnexis in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.

« Christifideles omnes, cuiusvis status et condicionis, quatenus christiani et Iesu Christi membra, Capitis sui, id est Iesu Christi, vitam ex toto sanctam agere tenentur **». Hoc ex Sancti Ioannis Eudes doctrina (cfr.** *La vie et le royaume de Iesus,* **P. 6, c. 1 ;** *Oeuvres,* **Vannes 1905,**

p. 441), persuasum habuit Dei Famula Maria Amelia Fristel, quae inde a iuventute in Societatem Filiarum Cordis Mariae matris admirabilis, ab eo conditam, recepta magno studio ad caritatis perfectionem vel in saeculo, Maria duce, contendere visa est, quae germanam Christi discipulam, cum eius mystico corpore coniunctam, addecet.

Ipsa namque, parentibus Maclovio et Rosa Le Marescal, die 10 Octobris anno 1798 in urbe vulgo appellata *Saint-Malo,* in Britannia Minore, nata est, eodemque die Christo per sanctum baptisma regenerata, nominibus receptis Amelia et Virginia. Fortiter, eo aevo Gallicam eversionem proxime subsequente, ad fidem et pietatem educata, die 6 Aprilis anno 1809 Eucharistico pane primum est refecta. Interea, patre orbata, cum matre ad urbem Rhedonensem se transtulerat, ubi et saeculi vanitatibus, matri obsequens, indulgere aliquantulum visa est, et in studia diutius incumbere valuit. Ad pristinum tamen brevi revocata fervorem, dum orationem et mortificationem diligentius colit, pauperibus et infirmis domi et in publicis nosocomiis invisendis, solandis se donat, quos Christi membra habet et veneratur, ad eos curandos vehementi Spiritus ardore allecta.

Decem et octo annos nata, voto castitatis emisso, Iesu fortissime adhaeret, indeque nulla potuit unquam matris suasione a proposito dimoveri. Iesum enim in sponsum se assumpsisse asserebat et cum eo aegrotos, senes, pauperes in dotem accepisse, quos thesaurum a Christo sibi traditum censeret. Post breve vitae religiosae experimentum apud Sorores a Sacris Cordibus et ab adoratione perpetua, domum regreditur apud oppidum v. *Paramé,* ibique, anno 1822 inter filias Cordis Mariae recipitur, officio se adstringens in caelibatu propter regnum caelorum ad mortem usque perseveraturam. Huius societatis anno 1831 moderatrix est renuntiata, quod munus ad mortem usque obivit, vitam religiosam in saeculo in spiritu Sancti Ioannis Eudes ducens, in orationem et Ecclesiae servitium incumbens. Domi matri et fratribus infirmis diu amantissime adfuit, novitiatum quoddam ita peragendo pro vita quam doloribus sublevandis deinde impendere debebat.

Incredibile namque est quanta pia virgo ad proximorum necessitates sublevandas et divina fide dumtaxat dives incoeperit et invicta fortitudine exsecuta sit, peculiari etiam opere, vulgo *Bureau de charité* anno 1836 instituto, quo ad caritatis opera omne genus praestituto ordine, aliis etiam adiuvantibus, conferre valide posset. Mater caritatis et pauperum reddita et nuncupata, a. 1846 ex pia donatione domum ((des Chênes » senibus recipiendis aperire valuit, quam beatae

Mariae Virgini, saluti infirmorum, dicatam voluit, illic et ipsa sedem eligens, ut infirmis praesto esset eisque liberius inserviret, vitae norma a Ludovico de la Morinière, generali Eudistarum moderatore, recepta.

Succrescente autem in eius corde caritatis igne, multiplicatisque puellis eius vestigia in pauperum adiutorium prementibus, benedictione suasionibusque Sancti Ioannis Mariae Vianney permota, a. 1853 novam Congregationem Sororum a Sanctis Cordibus Iesu et Mariae in loco *Paramé* **condidit, statutis quoad substantiam e Regulis Filiarum Cordis Mariae sancti Ioannis Eudes desumptis, eisque sapienter iuxta adiuncta accommodatis. Religioso habitu a Vicario generali Rhedonensi recepto votisque religiosis una cum sex sociis die 11 Novembris a. 1853 nuncupatis, Maria Amelia, ut inde vocata fuit, novae sodalitatis moderatrix constituta est, cuius primigenio fini, a. 1856, licet primum, exiguo coetu perspecto sororum novo muneri exsequendo haud paratarum, renitens, et opus** *Petites Ecoles,* **Episcopi optatis obsequens, addidit, triginta quattuor scholas pueris, praesertim rudioribus, instituendis hic et illic ultimis vitae annis deinde erectis, caritate ad omnia amplectenda urgente.**

Caritas enim praecipua Mariae Ameliae fuit virtus, qua omnis Christi sponsae ornatus et illuminabatur et vivificabatur. Iesu amore vel in minimis acta, Ei summa fide adhaerebat, velut oratio vivens ex iugi cum Deo unione apparens, cuius in praesentia semper ambulabat. Eius vultum semper quaerens, terrena parvipendebat vel, melius, luce supernaturali perfusa considerabat, omnibus libera ut omnia in Christi pauperumque servitium adduceret. Ita ex Deo fiduciam hauriebat qua humilitatem suam Omnipotentis fortitudine fulciebat, ad grandia in Dei gloriam et fratrum laetitiam invicto animo peragenda. Nulla etenim fuit fratrum miseria, cui opere non subveniret; nulla necessitas cui cor non aperiret ; nullus dolor quem pro posse non solaretur ; nulla corporis et spiritus infirmitas, cui non mederetur. Debili licet et haud firma valetudine, ad senium usque fortis admodum in omnibus exstitit, nulla sui ipsius ratione habita ut Christum opere sequeretur, qui dilexit nos et tradidit semet ipsum pro nobis *(Eph.* **5, 2). Christum aspicere eumque amare non poterat, quin et ipsum in fratribus et fide videret et opere diligeret. Hac theologali vita perfusa, in omnibus doloribus, anxietatibus, necessitatibus oppressis, minimos Christi fratres quaerebat, mystici eius corporis membra, quae materna dilectione et alere et fovere praecipuum officium et summum gaudium censebat. Tali vitae ratione, opere in se exprimebat quod Sanctus Gregorius**

Nazianzenus edicebat : « *Servi Christi et fratres et coheredes. Christum, quamdiu licet, visitemus, Christum curemus, Christum alamus, Christum vestiamus, Christum colligamus, Christum honoremus, quoniam omnium Dominus misericordiam vult, non sacrificium* » **(Or. 14, De** *pauperum amore,* **40;** *P.C,* **35, 909).**

Haec dum nulla intermissa requie Maria Amelia praestat, ex repetita sanguinis in cerebrum effusione, Sacramentis recreata et ad Dei voluntatem plene se conformans, die 8 Octobris a. 1866, sanctitatis fama celebris, ad Deum contemplandum vocata est, quem in fratribus et videre et servire unice nisa fuerat.

Super eadem autem fama adornatus est annis 1924-1925 processus ordinaria potestate in Curia archiepiscopali Rhedonensi atque, servatis servandis, Causa beatificationis Servae Dei introducta est apud Sedem Apostolicam die 13 mensis Iunii anno 1934. Instructus est deinde, annis 1948-1950, apostolica auctoritate in eadem Curia Rhedonensi, processus super virtutibus in specie eiusdem Servae Dei ; de iuridica autem utriusque processus forma et validitate decretum exiit die 19 Octobris a. 1953.

Servato deinde iuris ordine, instituta est apud Sacram hanc pro Causis Sanctorum Congregationem disceptatio super virtutibus theologalibus et cardinalibus iisque adnexis Servae Dei, et quidem primum in Congressu, qui dicitur, Peculiari Officialium Praelatorum Patrumque Consultorum die 27 Octobris anno 1970 habito; deinde, praemissa *Inquisitione* **de quibusdam animadversionibus in Servae Dei vitam ab officio historico-hagiographico eiusdem Sacrae Congregationis concinnata et anno 1974 publici iuris facta, celebratus est, die 4 Novembris a. 1975, alter Congressus Peculiaris. Secuta est denique Congregatio Plenaria Patrum Cardinalium, die 27 mensis Ianuarii anni huius 1976 ad Vaticanum coadunata, relatore seu ponente Rev.mo Cardinali Gabriele Maria Garrone; qui quidem Cardinales, omnibus perspectis et perpensis, unanimi consensione affirmarunt Servam Dei omnes christianas virtutes heroum in modum coluisse.**

De hisce omnibus facta Summo Pontifici Paulo VI, per subscriptum Pro-Praefectum in Audientia diei 5 Aprilis eodem anno, relatione, Sanctitas Sua affirmativum responsum Patrum Cardinalium ratum habens, Decretum super heroicis Servae Dei virtutibus concinnari mandavit.

Quod cum rite factum esset, hodierno die ad se accitis Rev.mo Cardinali Gabriele Maria Garrone, Causae ponente seu relatore, infrascripto Pro-Praefecto meque Antistite a Secretis Sacrae Congregatio-

nis ceterisque de more con vocandis, eisque adstantibus edixit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, iisque adnexis, in gradu heroico Servae Dei Mariae Ameliae Fristel, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 15 Maii A. D. 1976.

© CONRADUS BAFILE, Archiep. tit. Antiochen. in Pisidia
Pro-Praefectus

L. © S.

© Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., *a Secretis*

II

PARISIEN.

Beatificationis et canonizationis Servi Dei Nicolai Barré, sacerdotis professi Ordinis Minimorum, fundatoris Congregationum Sororum a Iesu Infante et Sororum a Providentia.

SUPER DUBIO

An eius Causa introducenda sit.

« Inter omnia educationis instrumenta peculiare momentum habet schola, quae vi suae missionis dum facultates intellectuales assidua cura excolit, recte iudicandi capacitatem evolvit, in patrimonium culturae a generationibus praeteritis acquisitum introducit, sensum valorum promovet, vitam professionalem praeparat, inter alumnos diversae indolis et condicionis amicalem consortionem pariens mutuam se comprehendendi dispositionem fovet; insuper velut quoddam centrum constituit cuius operositatem et profectum una participare debent familiae, magistri, varii generis consociationes vitam culturalem, civicam, religiosam promoventes, societas civilis, et tota communitas humana » (CONC. VAT. II, *Decl. de Educatione Christiana,* **n. 5).**

Inter eos autem qui catholicis scholis condendis vel ordinandis, quibus Ecclesia in scholarum campo praesentiam ostendit, praeclaram contulerunt operam, recensendus est Servus Dei Nicolaus Barré, de

cuius introducenda Causa beatificationis apud Apostolicam Sedem nuperrime est disceptatum.

Is ortum duxit in urbe episcopali Ambianensi in Gallia die 21 mensis Octobris anno 1621, parentibus Ludovico Barré et Antonia Pelle, qui postquam lustrali aqua ablutum et regeneratum voluerunt, pietatem, christianos mores et scholasticam eius institutionem magnopere curarunt.

In Ambianensi Collegio Sancti Nicolai deinde, ductu et disciplina Patrum Societatis Iesu, externus alumnus studia exercuit Famulus Dei, diligentia pari cum frequentia multum proficiens in animi cultu et sacramentali vita, discipulis ac magistris omnimodam aedificationem praestans. Undevicesimum aetatis annum cum ageret, Ordinis Minimorum conventum natali in urbe situm, mense Octobri anno 1640 ingressus est, sanctorum scientiam profanis disciplinis praeponens. Eodem anno Lutetiam Parisiorum missus, religiosa vota nuncupavit et in celeberrimum Regiae Plateae claustrum eiusdem Ordinis Minimorum translatus est. Pietate et ingenio praestans, Dei Famulus adhuc diaconus, quod rarum est, tironibus condiscipulis praeficitur ad philosophicas disciplinas prius tradendas, deinde theologicas. Viginti annos theologiae docendae cathedram, omnium quidem plausu et profectu, tenuit, virum eximia doctrina atque virtutibus praeditum se praebens.

Multi equidem ministerio exemploque Servi Dei ad catholicam fidem moresque christianos conversi sunt, ita ut eius virtutum fama efficacisque actuositatis late pervulgaretur. Quod tamen eum insignem reddidit tum Rothomagi tum aliis in locis, fuit opus Scholarum Christianarum a Caritate, ab ipso in pago cui vulgo nomen *Sotteville* **anno 1662 initum. Quo autem melius institutioni puerorum ac puellarum consuleretur, distinctas familias Fratrum pro pueris, Sororum pro puellis constituit, Seminaria quoque pro ipsis instituendo, quibus statuta et regulas addidit tali sapientia tantaque prudentia referta, ut eorum exemplo multa eiusdem generis Instituta se conformarent. Nec satis; sed iisdem Institutis et auxilio et consiliis Servus Dei profuit. Qua in re memoratu sunt digna efficax eius opera in bonum Instituti a Nicolao Roland Remis condito, necnon consilia Sancto Ioanni Baptistae de la Salle in fundando Instituto Fratrum Scholarum Christianarum data.**

Signis temporum tempestive respondens, opus Nicolai Barré longe lateque sese dilatavit etiam post eius obitum, qui Lutetiae Parisiorum, die 31 mensis Maii anno 1686, contigit.

Sanctitatis autem fama, quam Famulus Dei post se reliquit, per saecula perseveravit, donec tandem sodales Minimorum Ordinis ambaeque familiae Sororum, quae ab eo conditae fuere, superatis temporum difficultatibus, petierunt ut processus episcopali auctoritate instruerentur super fama sanctitatis vitae, virtutum et miraculorum in genere, super scriptis et super cultu publico Servo Dei non exhibendo. Qui processus anno 1930 apud Curiam archiepiscopalem Parisiensem adornati, Romam transmissi sunt. Interim postulatoriae litterae pervenerunt multae Summo Pontifici adhibitae, ut Causa beatificationis Servi Dei rite apud Apostolicam Sedem introduceretur.

Cum autem Causa huius Servi Dei instituenda ac pertractanda esset ad normam Litterarum Apostolicarum « Già da qualche tempo » motu proprio die 6 Februarii a. 1930 a Pio Papa XI datarum, Sectio Historica Sacrae tunc Rituum Congregationis *Positionem* **super introductione et super virtutibus eiusdem Servi Dei ex officio concinnavit. Scriptis vero Famulo Dei tributis rite examinatis, edita sunt Decreta duo, die scil. 5 Maii a. 1936 et die 1 Iunii a. 1968, quibus edicebatur ex capite scriptorum nihil obstare Causae progressioni.**

Instante demum Rev.do P. Alfredo Bellantonio, Ordinis Minimorum, huius Causae legitime constituto postulatore, habitus est die *21* **Novembris a. 1975 Congressus Ordinarius S. Congregationis pro Causis Sanctorum; quem secuta est, die 20 Ianuarii anni huius, Congregatio Peculiaris Patrum Cardinalium, in qua Em.mus ac Rev.mus Dominus Gabriel Maria Garrone, Causae ponens seu relator, dubium proposuit discutiendum :** *An introducenda sit Causa beatificationis in casu et ad effectum de quo agitur,* **deque ea rettulit. Et Patres Cardinales unanimi consensione responderunt adfirmando, Causam nempe esse introducendam, si Summo Pontifici placuisset.**

De hisce omnibus facta, die subsignata per infrascriptum Pro-Praefectum, Paulo Papae VI fideli relatione, Sanctitas Sua responsum Patrum Cardinalium ratum habuit et confirmavit.

Datum Romae, die 5 Aprilis A. D. 1976.

© CONRADUS BAFILE, Archiep. tit. Antiochen. in Pisidia
Pro-Praefectus

L. © S.

© Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., *a Secretis*

III

MEDELLEN.

Beatificationis et canonizationis Servae Dei Laurae a S. Catharina Senensi (in saec. Mariae Laurae a Iesu Montoya Upegui), fundatricis Congregationis Sororum Missionalium a B.M.V. Immaculata et a S. Catharina Senensi.

SUPER DUBIO

An eius Causa introducenda sit.

« Quamvis cuilibet discipulo Christi onus fidei disseminandae pro parte sua incumbit, Christus Dominus semper e numero discipulorum vocat quos vult ipse, ut sint cum illo et ut mittat eos gentibus praedicare (cfr. *Me.* 3, 13). Quare per Spiritum Sanctum, qui charismata prout vult ad utilitatem dividit *(1 Cor.* 12, 11), vocationem missionariam in cordibus singulorum inspirat simulque in Ecclesia suscitat Instituta, quae munus evangelizationis ad totam Ecclesiam pertinens tamquam proprium officium suscipiant » (CONC. VAT. II, Decr. *Ad Gentes,* 23).

Hoc missionalis operis charismate, per peculiare Institutum a se conditum exercendo, Serva Dei Laura Montoya Upegui insignis apparet.

Ipsa in urbe episcopali Iericonensi, Columbiana in dicione, die 26 mensis Maii anno 1874 nata est ex legitimis coniugibus Ioanne a Cruce Montoya et Maria a Doloribus Upegui, vitae genere morumque probitate praeclaris, et salutari lavacro, Maria Laura a Iesu inditis nominibus, eodem nativitatis die expiata.

Vix trimula, patre orbata est, quem impii homines trucidaverunt; propterea Servae Dei institutio maximis privationibus et sacrificiis a matre curata est. Materna disciplina eaque egregia usa, ad pietatis rationes se conformare mature coepit. Ad sacram Synaxim die 10 mensis Iulii a. 1881 primum accessit atque eodem die Confirmationis sacramento fuit roborata. Ut matris viduae ac fratrum necessitatibus subveniret, magisterii studiis Medellensi in urbe vacavit; quibus feliciter expletis, undeviginti annos nata legitimum impetravit diploma ludi magistrae statimque docendi munus in Schola Superiore loci cui nomen *Amalfi* suscepit, et deinde in variis aliis Regionis Antioquensis in Columbia collegiis. In erudiendis autem puellis doctrina, prudentia, peritia, zelo et caritate excelluit; eius de christiana doctrina praelectiones, ab ipsamet apte paratae et eloquenti efficacia explanatae, magnam in tota regione adeptae sunt celebritatem.

Cum eius laus in omnium ore versaretur in urbe *Medellin,* **eidem commissum est magisterium et regimen Collegii puellarum ab Immaculata Conceptione nuncupati, cuius praecipuus finis erat adulescentularum religiosa institutio, ea quidem tempestate cum scholastica formatio in saecularem condicionem esset redacta. Paucis vero annis ibidem feliciter elapsis, contradictionis, incusationis et persecutionis voces adversus eam absurde coortae sunt, contra quas se, iussu quidem conscientiae sui moderatoris, scripto libello defendit.**

Iuvenis autem Laura, interioris vitae semper amantissima, de vita umbratili Carmelitidum Medellensium amplectenda cogitabat. Animo tamen contemplando miserandum, in quo versabantur, statum autochtones in Columbiae silvis et montibus, statuit ut vires suas omnes ad apostolatum inter illos devoveret. Quem in finem iam anno 1908 iter instituit primum in imperviis quos Indii incolebant locis ; at missionale opus verum inire valuit anno 1914, quando, deposito docendi munere in Collegio ab Immaculata et urbe *Medellin* **relicta, ad locum vulgo appellatum** *Dabeiba,* **una cum quinque piis magnanimisque virginibus se contulit, communionem vitae cum Indiis, in quantum status religiosus patiebatur, instauratura. Quod milites ad exitum perducere umquam valuerunt, quod civiles auctoritates perarduum iudicabant, quod vel viri missionales nondum aggrediendum censebant, Dei Famula, superno acta instinctu, humilium feminarum cordibus assequendum commisit. Insurrexere tum difficultates omne genus, quas Famula Dei, spem in Deo reponens et sub umbra alarum eius incedens, superare confidebat. Et ecce, prima expeditio, quae** *Obra de los Indios* **fuit nuncupata, initium exstitit Congregationis, quae, die 1 Ianuarii a. 1917 canonice erecta ab Ordinario Antioquensi, nomen accepit Missionariarum Immaculatae Conceptionis et Sanctae Catharinae Senensis. Dei Serva nominata fuit prima exordientis Congregationis Moderatrix, quod munus magna cum laude prudentiae, fortitudinis, caritatis animarumque zelo duodecim annos tenuit; quibus transactis, per sexennium a munere vacavit, ad quod iterum electa est anno 1938 in eoque ad diem usque supremum mansit, quem piissime obiit die 21 mensis Octobris a. 1949, in suburbio urbis Medellensis quod vulgo** *Belencito* **dicunt. « Sanctam » obiisse conclamatum est. Quo autem die funeris exequiae sunt celebratae, perfrequens populus veluti triumphi splendore visus est excitari.**

Sollerti vero Servae Dei ac diligenti operae tribuendum est missionale Institutum ab eadem conditum non solum in Columbiana Republica altas radices egisse, verum etiam suas extendisse propagines in Aequatoriana et Venetiolana Dicione, ubi nonaginta et duo excitata sunt domicilia cum fere quingentis Sororibus non sine magno animarum

lucro et humani generis Redemptoris triumpho. Post autem viginti a Servae Dei obitu annos, Institutum hoc, intra fines undecim Nationum diffusum, amplius mille et tercentas Religiosas professas numerabat.

Sanctitatis fama, qua in vita et morte Serva Dei claruerat, magis in dies percrebruit atque supernis signis visa est confirmari. Quapropter Causa de Beatorum Caelitum honoribus eidem decernendis coepta est agitari. Constructi sunt itaque annis 1963-1964, in curia archiepiscopali Medellensi, processus ordinarii super fama sanctitatis vitae, virtutum et miraculorum in genere, super scriptis et super cultu publico eidem Famulae Dei non adhibito, quorum acta Romam transmissa sunt. Interim plurimae epistulae Cardinalium, Archiepiscoporum, Episcoporum aliorumque Sacerdotum et Laicorum ad Summum Pontificem pervenerunt, quibus postulabatur ut Causa beatificationis Servae Dei rite apud Apostolicam Sedem introduceretur.

Servato deinde iuris ordine, prodiit die 22 Iunii anno 1973 decretum super Famulae Dei scriptis, quo haec Sacra Congregatio edixit nihil Causae progressioni obstare. Deinde, instante Rev.do P. Theodoro Zamalloa, Ordinis Ss.mae Trinitatis atque postulatore legitime constituto, die 8 mensis Iulii anno 1975 habitus est Congressus Peculiaris S. Congregationis pro Causis Sanctorum, in quo Praelati Officiales Patresque Consultores disceptaverunt super dubio num Causa Servae Dei introducenda esset; qui quidem adfirmando responderunt. Quem coetum excepit Congregatio Peculiaris Patrum Cardinalium, die 20 Ianuarii anni huius 1976 celebrata, in qua, Em.mo ac Rev.mo Domino Silvio Oddi, relatore, iterum dubium est discussum : *An introducenda sit Causa praedictae Servae Dei, in casu et ad effectum de quo agitur.* Et Em.mi Patres Cardinales, omnibus mature perpensis, responderunt affirmative, esse scilicet Causam introducendam, si Summo Pontifici placuisset.

Referente demum de praemissis omnibus infrascripto Pro-Praefecto, in Audientia diei 5 Aprilis huius anni, Paulus Papa VI rescriptum Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum ratum habuit et confirmavit.

Datum Romae, die 5 Aprilis A. D. 1976.

CONRADUS BAPILE, Archiep. tit. Antiochen. in Pisidia,
Pro-Praefectus

L. © S.

© Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., *a Secretis*

IV

NEAPOLITAN.

Beatificationis et canonizationis Servae Dei Mariae Iosephinae a Iesu Crucifixo (in saec.: Iosephinae Catanea), monialis professae Carmelitae Discalceatae.

SUPER DUBIO

An eius Clausa introducenda sit.

« Melius est pro Christo pati quam mira peragere », asseruit Sanctus Ioannes a Cruce *(Dichos de luz y amor,* 5, 12), eiusque repetebat spiritualis filia Maria Iosephina a Iesu Crucifixo. Cum haec enim pertransiret benefaciendo et sanando omnes, prae charismatibus universis, quibus eam Deus donavit, caritatem sectata est, amoris conformationem cum Iesu sponso inquirens, summum animi gaudium habens maximamque actionis apostolicae fecunditatem *Christo confixam esse cruci* (cfr. *Cal.* 2, 19).

Dei Famula, parentibus Francisco Catanea et Concepta Messina, die 18 Februarii anno 1894 Neapoli nata, quadriduo post sacro baptismate donata est, nominibus receptis Iosephina, Anna Maria, Thoma. Anno 1904, mense Maio, et ad sacram Eucharistiam primo accessit et per Confirmationem Spiritus Sancti sigillo signata est, quo ad fortia pro Christo agenda est instructa. Nam puellula adhuc valetudine laborare coepit, unde et studia primaria ad tempus differre debuit, quae tamen deinceps cum laude et perfecit et absolvit, scholas etiam commercii et stenographiae, ut aiunt, frequentans in eisque diploma consequens.

Divino acta instinctu, matre etsi primum renitente, brevi de vita religiosa amplectenda cogitare coepit, exemplis etiam sororis natu maioris excitata, quae in novum Carmelitidum discalceatarum asceterium Neapoli erigendum incumbebat. Apud illam cum a. 1918 se recepisset, vulgo nuncupata <(spagnola » tabe correpta est, atque arteriarum, pulmonum et membranae cerebri inflammatione graviter affecta est et in vitae discrimen adducta. His omnibus, per brachii sancti Francisci Xaverii appositionem die 26 Iunii a. 1923 perfecte et confestim, ut

fertur, liberata, non multo post, divina permittente Providentia, aliis infirmitatibus perculsa est, quas per totum vitae decursum ex Crucifixi sponsi amore forti et hilari animo toleravit, in Cruce vitam hauriens quam cum fratribus communicaret, quos, iubentibus superioribus, et recipere, et audire, et solari debuit, et cum conventualis domus erigebatur et cum eadem in monasterium secundi Ordinis Carmelitarum Discalceatarum, ipsa etiam adlaborante, evecta (a. 1932), die 30 Ianuarii a. 1933 habitum Teresianum induere et die 6 Augusti eodem anno vota sollemnia nuncupare laetabunda valuit.

Licet enim invita ac toto animi desiderio ad Domini verba in sancta contemplatione audienda secus pedes Christi protensa, per horas et horas cotidie ad locutorium accedere debuit, et homines innumeros cuiusvis condicionis et sexus amanter suscipere, qui ad « monialem sanctam », ut Dei Famulam vulgo vocabant, accurrebant, solamen in spiritus et carnis doloribus, lucem et spem in fidei anxietatibus, fortitudinem in adversis, consilium in dubiis petentes. Sui suorumque dolorum immemor, fratrum cruciatus et labores in seipsam suscipiebat, universos humilibus et incensis verbis ad fidem in nimiam Christi caritatem erigendo, cuius peculiaris dilectionis signum crucem et habebat et praedicabat. Huiusmodi autem verbis, quae Spiritu dictante prolata quandoque videbantur, et abscondita cordium revelabat, et ad conversionem trahebat, et ad perfectionis iter vel in difficillimis circumstantiis terendum adhortabatur, animorum et corporum salutem haud raro tribuendo. Haec dum verbis et operibus, fratrum consolatrix, peragit, persuasum habens sine sanguinis effusione remissionem non fieri (cfr. *Hebr.* **9, 22), Cruci Christi magis ac magis adhaeret, ut ea quae desunt passionum Christi pro corpore eius quod est Ecclesia in carne sua adimplens (cfr.** *Col.* **1, 24), animarum mater in Cruce cum Christo fieret.**

Vera Teresiae Abulensis filia, orationis spiritu enitere visa est, quem et per communionem supernaturalem cum fratribus dolore cruciatis iugiter fovebat, nihil antiquius habens, iuxta praecipuum Regulae suae praescriptum, quam die ac nocte in lege Domini meditari et in orationibus vigilare. Diris etenim vexata infirmitatibus, rioctes insomnes in oratione impendebat, seipsam hostiam et oblationem cum Christo pro Ecclesia et hominibus offerens. Inde et vires hauriebat ad fidelitatem vel in minimis Teresianae vitae actibus summo caritatis fervore exhibendam ea in Neapolitana Sanctorum Teresiae et Iosephi « ai Ponti

Bossi » communitate, quam diutina precum expectatione canonice in monasterium erectam desideravit, vitae exemplis roboravit et sustinuit, ut Subpriorissa diu materno affectu est prosecuta, cuiusque moderatrix unanimi sanctimonialim suffragio a. 1945 est electa.

Hoc cum munus prudenter, Dei omnipotentia nisa, obiret, multis excruciata et probata doloribus, virtutibus omnibus dives, sacramentis pluries recreata, die 14 Martii a. 1948, dominica Passionis recurrente, Calvarii sui iter cum Christo summe dilecto consummavit. Quam autem cum in vivis adhuc ageret sanctitatis famam large sibi, cum divina bonitate humiliter certans, comparaverat, mire post mortem auctam universi conspexerunt, cum per duas hebdomadas eius corpus nullo corruptionis signo notatum videre potuerunt.

Unde nihil mirum si eodem, quo Famula Dei mortua est, anno, scilicet die 27 Decembris a. 1948, archiepiscopus Neapolitanus processum ordinarium informativum super fama sanctitatis vitae, virtutum et miraculorum in genere adornare coepit, quem die 18 Februarii a. 1952 absolutum, Romam transmisit. Interim quam plurimae Litterae S. R. E. Cardinalium, archiepiscoporum, episcoporum multorumque clericorum ac laicorum ad Summum Pontificem pervenerunt Causae introductionem apud Apostolicam Sedem efiäagitantes.

Servatis itaque omnibus de iure servandis, Sacra tunc Rituum Congregatio, scriptis eidem Servae Dei tributis rite perpensis, decreto diei 26 Maii a. 1965, approbante Paulo Papa VI, ad ulteriora procedi posse edixit.

Propterea, instante Rev.do P. Simeone a S. Familia, Ordinis Carmelitarum Discalceotorum postulatore generali, disceptationes habitae sunt die 9 Decembris Anno Sacro 1975, in Congressu Peculiari Officialium Praelatorum Patrumque Consultorum Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum; postea, die 17 Februarii hoc anno 1976, in Congregatione Peculiari Patrum Cardinalium, in qua Em.mus ac Rev.mus Dominus Humbertus Mozzoni, Causae ponens seu relator, dubium sequens ad discutiendum proposuit : *An introducenda sit Causa, in casu et ad effectum de quo agitur,* **deque ea rettulit. Et Em.mi Patres, omnibus mature perpensis, respondere censuerunt :** *Affirmative, seu Causam introducendam esse, si Summo Pontifici placuerit.*

Facta postmodum de praemissis omnibus Beatissimo Patri Paulo VI, subscripta die per infrascriptum Pro-Praefectum in Audientia ipsi con-

cessa, relatione, Sanctitas Sua responsum Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum ratum habuit et confirmavit.

Datum Romae, die 5 Aprilis A. D. 1976.

© CONRADUS BAFILE, Archiep. tit. Antiochen. in Pisidia
Pro-Praefectus

L. © S.

© Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., *a Secretis*

V

RUREMUNDEN.

Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Ludovici Tijssen, Sacerdotis saecularis.

SUPER DUBIO

An eius Causa introducenda sit.

Christus Dominus ad caelos ascensurus novissimum discipulis tradidit testamentum: *«eritis mihi testes... usque ad ultimum terrae))* *(Act.* 1, 8). Hoc iugiter boni presbyteri praestant quos Spiritus incessanter Ecclesiae donat ut, secundum cor Christi in dilectione ambulantes (cfr. *Eph.* 5, 2), testes illius ad fines usque temporum exsistant, verbo veritatis illum praedicantes eumque in se agentem operibus manifestantes. Fidelibus his Christi testibus Dei Famulus Ludovicus Tijssen, Neerlandicus sacerdos, accensendus est, qui nostro, quo vivimus, saeculo Boni Pastoris imaginem in se exhibuit, animam suam pro ovibus generose impendentes ut vitam habeant et abundantius habeant (cfr. *Io.* 10, 11. 10). Humili ad ultimum usque fidelitate, oratione ac sui donatione Christum sequi nisus est, eius erga omnes referens misericordiam et bonitatem, dignus quidem qui a quodam sibi familiari presbytero verbis a divo Paulo mutuatis salutaretur : « Apparuit benignitas et humanitas Domini nostri Iesu Christi» (cfr. *Tit.* 3, 4).

Dei Servus parentibus fide divitibus Gerardo Tijssen et Dorothea Jacobs, in oppido v. *Wessen,* dioeceseos Ruremundensis, in Hollandia, die 1 Novembris anno 1865 natus est, eodemque die per sacrum Baptisma Christo regeneratus eiusque mystico corpori coagmentata^ nominibus Ludovico, Petro, Huberto, Iosepho receptis. Primis studiis in

natali pago exactis, insignis pietatis et in pauperes misericordiae specimina inde ab infantia coniunxit, quas a prima suscepta Eucharistica communione mire adauxit.

Quattuordecim annos natus ab avúnculo Huberto Jacobs, loci v. *Helden-Dorp* parocho, receptus, ab eodem humanioribus litteris est institutus, donec anno 1882 in seminarium minus Rolducense admitti petiit. Litterarum studiis eo anno perfectis/per biennium philosophiae addiscendae institit, donec theologicum cursum anno 1885 in maiore Ruremondensi seminario est aggressus. Quae ingenio aliquantulum tardo assequi haud faciliter poterat, diligenti mentis contentione obtinere conabatur, quantum prae naturalibus mentis qualitatibus sedulum studium et assidua animi industria Dei potentia fisa valeant, felici exitu probans. Biennio exacto et diaconatus suscepto Ordine, ad Rolducense seminarium minus est missus ut adulescentibus invigilaret. Studiis theologicis interea perfectis, anno 1888 ad presbyteratum Ruremundae assumptus est.

Cum autem Rolduci superiorum exspectationibus optime respondisset, statim ac sacerdos factus, illuc iterum missus est, iuvenibus educandis et instituendis ad annum usque 1911 addictus. Quo in munere adeo excelluit ut et disciplinae praefectus renuntiatus fuerit, per vitae exempla prae primis discipulos et consodales ad officia diligenter perfungenda trahens.

Anno 1911 parochus loci v. *Susteren* constitutus, usque ad annum 1919 impigre fidelibus in veritatis et caritatis pascuis deducendis institit, pastoralis ministerii opera iugi oratione, ardenti in Eucharistiam et Deiparam devotione, sui ipsius abnegatione suffulciens. Cum anno 1919 parochus-decanus paroeciae principalis urbis *Sittard* invitus renuntiatus est, Breviarium et precatoriam Rosarii B. Mariae Virginis coronam prae manibus tenens ad novum gregem suum accessit, inde demonstrans quibus fideret viribus, quibus inniteretur instrumentis ut peccato bellum inferret fratresque ad Christum sequendum adducere vellet. Onus potius quam honorem prae oculis habens, suetae sibi evangelicae abnegationis ac paupertatis vitae formae adhaesit, ut quae verbis doceret operum testimonio probaret, omnesque ad Christum dirigendum et ad sentiendum cum Ecclesia et Romano Pontifice post se alliceret.

Vir vere eucharisticus, Missae sacrificium pietatis suae suaeque vitae centrum habebat, diutina et protracta in oratione coram SS. Sacramento fidem et caritatem manifestans, quo fonte indefatigabilis

pro sibi commisso grege navitas manaret simul palam ostendens. Quia si fideles parochum suum — quem « sanctum » et censebant et vocitabant — iugem esse orationem mirabundis oculis conspicere poterant, suavem Christi amicum, virum cum beata Maria Virgine, cum angelis et sanctis perenni colloquio coniunctum, eum simul consolatorem in aifiictionibus, prodigum in necessitatibus, comitem in doloribus, socium in aegritudinibus, bonorum operum excitatorem, indeficiens semper praesidium in omnibus ultro libenterque invenire potuerunt. Sibi pauper, fratribus ditissimus fuit, quos et a malo fortiter avertere et ad Deum eiusque amorem trahere omnibus adhibitis curis annisus est. Quod sibi in honorem Spiritus Sancti propositum praestituerat : « Parum loqui, semper orare, pro Deo solo vivere », una cum ardenti zelo apostolico, cum vigilanti de grege cura, cum sollicita pro omnibus industria in rem deducendum curavit. Qui sui semper immemor, cor gerebat pro aliis maternum, hoc e perenni cum Deipara filiali commercio hauriens, cuius Rosarii coronam manibus prorsus semper gerebat et piissime recitabat eamdem precationem contemplationis scholam habens, ad paschale Christi mysterium cum Maria vivendum hortamentum praevalidum, donationis apostolicae in spiritu Christi et Mariae iuvamen.

Hac in generosa sui ipsius donatione ad finem usque perseveravit, nulla fere aegritudinum rheumaticarum et iecoris ratione habita, quas per peti dulce habuit, donec in valetudinarium receptus, die 20 Februarii anno 1929 animam Deo reddidit. Qui sanctitatis fama iam vivus fruebatur, eadem largius post mortem potitus est, eamque Deus supernis signis confirmare visus est.

Quae sanctitatis opinio in dies increbruit atque longe diffusa est. Quapropter apud episcopalem Curiam Ruremundensem instructi sunt annis 1957-1960 processus informativi super eadem fama sanctitatis vitae, virtutum et miraculorum in genere, super scriptis et super cultu liturgico eidem Servo Dei non praestito. Qui processus absoluti Romam sunt transmissi ad Sacram tunc Rituum Congregationem. Interim plures et crebrae litterae ad Summum Pontificem pervenerunt, quibus introductio Causae beatificationis apud Apostolicam Sedem expostulabatur. Et Sacra eadem Congregatio scriptis eidem Servo Dei tributis attente perpensis, die 10 mensis Decembris a. 1964 decrevit nihil obstare quominus ad ulteriora Causa ipsa progredi posset.

Instante igitur Rev.mo Domino Iosepho Damen, Pontificii Batavorum in Urbe Collegii rectore, huius Causae postulatore, Congressus

Peculiaris Officialium Praelatorum ac Patrum Consultorum Sacrae huius Congregationis pro Causis Sanctorum die 11 Decembris a. 1975 habitus est. quem secuta est Congregatio Peculiaris Patrum Cardinalium die 17 Februarii a. 1976 celebrata, in qua Em.mus ac Rev.mus Dominus Marius Cardinalis Nasalli Rocca di Corneliano, Causae ponens seu relator, dubium disceptandum posuit : *An introducenda sit Causa Servi Dei Ludovici Tijssen, in casu et ad effectum de quo agitur,* deque ea rettulit. Et Patres Cardinales, re diligenti studio perpensa, responderunt adflrmando, si Summo Pontifici placuisset.

Facta deinde Paulo Papae VI de praedictis omnibus relatione per infrascriptum Pro-Praefectum, in Audientia diei 5 Aprilis hoc anno eidem concessa, Sanctitas Sua responsum Em.morum Patrum Cardinalium ratum habuit et confirmavit.

Datum Romae, die 5 Aprilis A.D. 1976.

© CONRADUS BAFILE, Archiep. tit. Antiochen. in Pisidia,
Pro-Praefectus

L. © S.

© Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., *a Secretis*

VI

ZAMOREJNT. IN MEXICO

Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Leonardi Castellanos, Episcopi Tabasquensis.

SUPER DUBIO

An eius Causa introducenda sit

« Numquam est Dei amor otiosus; operatur magna, si est; si vero operari renuit, amor non est » (S. Gregorius Magnus, *Horn.* 30 *in Evang.,* 2 - ML 76, 1221). Hic amor, numquam otiosus, nota veluti peculiaris exstitit Dei Famuli Leonardi Castellanos, qui saeculo XIX exeunte et XX ineunte indefatigabilis boni pastoris et sacerdos et episcopus in se speciem praebuit, qui Deum vehementer diligit et animam pro ovibus dat, nullam sibi requiem concedens ut omnes Christo lucrifaciat.

Leonardus noster die 5 Novembris anno 1862 in loco- v. *Ecuandu-*

reo, intra Zamorensis dioeceseos fines, in Mexico, natus est, parentesque habuit Ferdinandum Castellanos et Lutgarden item Castellanos, qui filium postridie baptizandum curarunt et deinde ad pietatem ac misericordiam in pauperes instituerunt. Beatae Mariae Virginis inde ab infantia cliens pientissimus, eamdem et matrem venerabatur et devotis cotidie obsequiis colebat. Eius sub tutela et ad Confirmationem recipiendam (die 22 Februarii a. 1866) et, deinde, ad Eucharistiam primum participandam sese praeparavit, magno paulo post in catechismum amore excellens quem coaetaneis pro modulo suo tradere in gaudiis iam tunc habebat.

Anno 1875 Zamoram concessit atque in seminarium dioecesanum, primitus ut alumnus externus, deinde interior, admissus est, spectatae virtutis, orationis et sollertis in studiis diligentiae laude insignis. Die 20 Martii a. 1886 sacerdotio auctus est et ad natale oppidum missus ut viribus aliquantum fractis consuleret. At, sui immemor, igne Spiritus Amoris actus, fratribus totum se dedit, atque in adulescentes sacra doctrina instituendos, in confessiones audiendas et infirmos solandos eo cum spirituali fructu incubuit, ut paulo post vicarius cooperator deindeque, anno 1889, eiusdem loci v. *Ecuandureo* parochus constitutus fuerit. Ab itinere sancte inito nullo pacto devians, pauperibus evangelizandis, animabus ad viam perfectionis moderandis, aegrotis per fidei solamina in spem erigendis diligentissime institit, Christum in se viventem omnibus exhibens qui Patris gloriam quaerit et animam pro ovibus suis ponit.

Anno 1905 canonicus ecclesiae cathedralis Zamorensis et dioecesani seminarii rector renuntiatus est, novaque sibi praeter exspectationem credita munera humiliter acceptavit et magna sollertia in laudem exsecutus est. Iuvenibus in sortem Domini vocatis sacerdotalis sanctitatis et actuositatis exemplum opere potius quam verbis proferre enisus est, iugi cum Deo communione, vitae austeritate, sacrae doctrinae amore fortiter et suaviter omnes praecedens. Canonicalem autem dignitatem sanctioris vitae operibus, intensioris orationis studio, ferventiore praedicatione exornare conatus est, paupertate, humilitate et caritate erga omnes pro vitae proposito assumptis.

In his fideliter perseveravit etiam cum anno 1908 ad sedem amplissimae dioecesis Tabasquensis, sacerdotum copia destitutae, a Sede Apostolica designatus fuit. Ordinatione episcopali humillime die 27 Septembris eodem anno accepta, die 4 Octobris ad sibi commissam Ecclesiam, paupertate dumtaxat divitem, fidenter accessit. Spiritus ignibus

combustas, quod fidei operibus f rigidum invenit, fervore caritatis replere enisus est; quod operibus languidum conspexit, luce Evangelii illuminare et confirmare sategit. Non quae sua erant quaerens, omnia omnibus factus est, pauperibus generose subveniendo, opera socialia excitando, parvulis divinae et humanae doctrinae panem frangendo, verbum Dei absque lassitudine praedicando, ad conversionem per paenitentiae sacramentum — cuius sapiens minister iugiter exstitit — omnes vocando.

Quod simpliciter omnino, pauper in universis cum pauperibus, praestabat, suavi semper spiritus laetitia refertus, quam in diutina oratione et in generosa abnegatione hauriebat. Nil mirum si populus Tabasquensis, ut iam prius christifideles et clerus locorum *Ecuandureo* **et** *Zamora,* **pastorem suum sanctum praedicarent et venerarentur, quem et audire et in perfectionis viam sequi officium indeclinabile, eius spectatis exemplis, censebant. Inde fiebat ut quocumque Leonardus pastoralis ministerii causa pergeret, veluti ver gratiae et fidei exsurgeret et fideles, Christi dulcedine affecti, quam a pastore radiare videbant, ad fidem operibus sanctis probandam traherentur.**

Leonardus autem noster, brevem vitae cursum se habiturum aliquomodo persentiens, nulli labori parcebat, cum vitae etiam discrimine ut fructus afferret qui in Dei laudem manerent. Cum autem lues quae vocatur febris flava dire inter gregem suum serperet, vitam pro ovibus ponere non dubitavit. Nam, filiis cum generose ea tempestate assisteret, et ipse tabe affectus est, morboque per octiduum plena animi moderatione tolerato, die 19 Maii anno 1921, sanctitatis fama insignis, ad praemium recipiendum vocatus est, quod Deus servis bonis et fidelibus servat.

Sanctitatis autem fama, qua Servus Dei vivus inclaruit, post ipsius obitum, supervenientibus, uti fertur, miris a Deo eius intercessione patratis, longe lateque diffusa invenitur et in dies succrescit. Ex quo factum est, ut ad canonicas inquisitiones super eadem fama sanctitatis vitae, virtutum et miraculorum in genere, ordinaria potestate anno 1953 in Curia Zamorensi deventum sit, quae anno 1960 expletae sunt Romamque transmissae. Interim Cardinales, archiepiscopi, episcopi, plurimique sive e clero sive e laicis in dignitate constitutis, Summo Pontifici instantes preces obtulerunt, ut Causa beatificationis huius Servi Dei apud Apostolicam Sedem institueretur. Et Sacra tum Rituum Congregatio, scriptis Servi Dei ad iuris normam perpensis, die 1 Iulii anno 1964 nihil obstare decrevit quominus ad ulteriora procedi posset.

Servatis itaque omnibus de iure servandis, instante Rev.do P. Theodoro Zamalloa, Ordinis SS.mae Trinitatis, huius Causae postulatore legitime constituto, habitus est, die 22 mensis Ianuarii a. 1976, peculiaris Congressus Officialium Praelatorum Patrumque Consultorum S. Congregationis pro Causis Sanctorum super dubio num Causa eiusdem Servi Dei introducenda esset. Officialibus autem Praelatis Patribusque Consultoribus affirmative respondentibus, ventum est ad Congregationem Peculiarem Patrum Cardinalium die 30 mensis Martii eodem anno 1976 celebratam, in qua Em.mus ac Rev.mus Dominus Cardinalis Agnelus Rossi, Causae ponens seu relator, dubium posuit : *Ad introducenda sit Causa in casu et ad affectum de quo agitur.* **Et iidem Patres Cardinales, re mature perpensa, affirmative responderunt, seu Causam esse introducendam, si Summo Pontifici placuisset.**

Super quibus omnibus facta postmodum per infra scriptum Pro-Praefectum Summo Pontifici Paulo VI relatione, in Audientia subsignata die habita, Sanctitas Sua responsum Em.morum Patrum Cardinalium ratum habuit et confirmavit.

Datum Romae, die 23 Aprilis A.D. 1976.

© CONRADUS BAFILE, Archiep. tit. Antiochen. in Pisidia,
Pro-Praefectus

L. © S.

© Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., *a Secretis*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Venerdì, **3** settembre **1976,** il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in Udienza S. E. il Sig. **PIERRE ELLIOTT TRUDEAU**, Primo Ministro del Canada, con la Consorte.

Sabato, **4** settembre **1976,** il Santo Padre ha ricevuto in Udienza il Sig. **JONATHAN LEABTJA**, Primo Ministro del Lesotho, con S. E. il Sig. **CHARLES DUBE MOLAPO**, Ministro degli Affari Esteri, e Seguito.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietto della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

1 settembre 1976. Mons. Tommaso Mariucci, *Capo ufficio nella Segreteria di Stato.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

Protonotari Apostolici soprannumerari:

6	**maggio**	**1976.**	**Mons. Wüstefeld Franz (Paderborn).**
29	**»**	**»**	**Mons. Natalucci Mario (Ancona).**
»	»	**»**	**Mons. Dottori Giuseppe (Jesi).**

Prelati d'onore di Sua Santità:

24	**aprile**	**1976.**	**Mons. Hungerbühler Patrick (Butare).**
29	**maggio**	**»**	**Mons. Carnevali Ermanno (Osimo).**
	»	**»**	**Mons. Larivera Nicola (Ancona).**
»		**»**	**Mons. Martin Juan (Oran).**
13	**giugno**	**»**	**Mons. Schwer Karl A. (Freiburg).**
26	**»**	**»**	**Mons. Ratzinger Giuseppe Giorgio (Ratisbona).**

16	luglio	1976.	Mons. Oerrone Antonio (Trivento).
»	»	»	Mons. Bianchi Mariano (Apuania).
»	»	»	Mons. Peranzi Giovanni B. (Apuania).
17	»	»	Mons. Benaglio Vittorio (Brescia).

Cappellani di Sua Santità:

20	marzo	1976.	Il sac. Bauer Antonio (Rottenburg).
»	»	»	Il sac. Baumgartner Giuseppe (Rottenburg).
»	»	»	Il sac. Grassle Erwin (Rottenburg).
»	»	»	Il sac. Huber Norbert (Rottenburg).
»	»	»	Il sac. Mayer Robert (Rottenburg).
24	aprile	»	Il sac. Schuh Guglielmo (Freiburg).
8	giugno	»	Il sac. Montanaro Nicola (Albenga-Imperia).
9	»	»	Il sac. Bellinati Dante (Adria).
»	»	»	Il sac. De Stefani Giuseppe (Adria).
»	»	»	Il sac. Masiero Romano (Adria).
»	»	»	Il sac. Monzeglio Diego (Adria).
»	»	»	Il sac. Mora Mario (Adria).
»	»	»	Il sac. Padovan Ettore (Adria).
»	»	»	Il sac. Partesani Agostino (Adria).
»	»	»	Il sac. Pieressa Luigi (Adria).
»	»	»	Il sac. Stocco Guido (Adria).
»	»	»	Il sac. Zanirato Antonio (Adria).
26	»	»	H sac. Gullo Francesco (Rossano Calabro).
16	luglio	»	H sac. Arrighi Francesco (Crotone).
»	»	»	Il sac. Del Sole Ugo (Crotone).
»	»	»	Il sac. Mungari Pasquale (Crotone).
»	»	»	Il sac. Pantisani Pasquale (Crotone).
»	»	»	Il sac. Ferraro Mario (Cariati).
»	»	»	Il sac. Rizzuti Francesco (Cariati).
»	»	»	Il sac. Cavarretta Francesco (Santa Severina).
»	»	»	Il sac. Cosentini Renato (Santa Severina).
»	»	»	Il sac. Piccolo Raffaele (Santa Severina).
»	»	»	Il sac. De Simone Edmondo (Trivento).
»	»	»	Il sac. Fioritto Antonio (Trivento).
»	»	»	Il sac. Fracasso Filippo (Trivento).
»	»	»	Il sac. Orlando Antonio (Trivento).
»	»	»	Il sac. Dzidujzko Francesco (Leopoli dei Latini).
»	»	»	Il sac. Russi Arsenio (Pisa).
17	»	»	Il sac. Merola Nicola (Capua).
»	»	»	Il sac. Laballa Nicola (Pompei).
»	»	»	Il sac. Gerali Ettore (Pontremoli).
»	»	»	Il sac. Michelangeli Federico (Orte).
24	»	»	U sac. Moggia Giovanni (La Spezia).

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha conferito il titolo di:

Gentiluomo di Sua Santità:

29 giugno 1976. Al sig. De Gregorio Michele Vincenzo (Roma).

Addetto di Anticamera:

29 giugno 1976. Al sig. Prosperi Massimo (Roma).
» » » Al sig. Rosati Riccardo (Roma).

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha conferito:

La Gran Croce dell'Ordine di san Gregorio Magno:

1 luglio 1976. Al sig. Petrilli Giuseppe (Roma).

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno:

23 agosto 1976. Al sig. Badr Mohamed Moustafa *(Rep. Araba d'Egitto).*

La Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno:

29 giugno 1976. Al sig. Rocchi Giuseppe (Roma).

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno:

5 luglio 1976. Al sig. Du Laurens Frédéric *(Francia).*
6 » » Al sig. De Leva Francesco (Roma).
» » » Al sig. Scanzonetti Franco (Roma).
» » » Al sig. Hassan Issa S. Issa *(Rep. Araba d'Egitto).*
7 » » Al sig. Murell Julio C. *(Uruguay).*
25 » » Al sig. Friedrich Goffredo *(Germania Federale).*

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno:

24 marzo 1976. Al sig. Todhunter Giovanni *(East Anglia).*

Il Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa:

25 febbraio 1976. Al sig. Masci Alessandro (Roma).
» » » Al sig. Regi Rosario (Roma).

29 luglio 1976. Al sig. Pallucchini Ruggero (Roma).
4 agosto » Al sig. Perrini Matteo (Ruvo e Bitonto).
» » » Al sig. Perrini Vito (Ruvo e Bitonto).

NECROLOGIO

2 agosto 1976. Mons. Luis V. Arroyo Paniego, Vicario Apostolico già di Requena *(Perù)*.
Mons. Enrique A. Angelelli Carletti, Vescovo di La Rioja *(Argentina)*.
Mons. Luigi Oldani, Vescovo tit. di Gorgi, Ausiliare dell'Em.mo Card. Arcivescovo di Milano *(Italia)*.
Mons. Andreas Rohracher, Arcivescovo già di Salisburgo *(Austria)*.
11 » » Mons. Nicanor Carlos Gavinales Chamorro, Vescovo già di Portoviejo *(Ecuador)*.
13 » » Mons. losé de Matos Pereira, Vescovo di Barretos *(Brasile)*.
18 » » Mons. Juan Niccolai, Vescovo già di Tari ja *(Bolivia)*.
21 » » Mons. Ricardo Rösch, Vescovo di Concordia *(Argentina)*.
3 settembre » Mons. Ramón Pastor Bogarín Árgana, Vescovo di San Juan Bautista de las Misiones *(Paraguay)*.
Mons. Anthony Denis Gal vin, Vescovo di Miri *(Malaysia)*.

An. et vol. LXVHI 31 Octobris 1976 N. 10

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA PAULI PP. VI

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

POTENTINAE

Nova provincia ecclesiastica « Potentina » in Italia constituitur atque archidioecesis eodem nomine vocata dignitatem accipit metropolitanae Ecclesiae.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quo aptius spiritali consuleretur commodo Christifidelium in Italica regione Lucania degentium, a Nobis petitum est ut archiepiscopali Ecclesiae Potentinae dignitas sedis metropolitanae tribueretur atque una provincia ecclesiastica, eademque unica sede metropolitana praedita, ea in regione constitueretur. Quocirca, re probe considerata auditaque sententia locorum Ordinariorum, quorum intererat, nec non initis consiliis cum Episcopali Conferentia Italica, Nos, animum ad bonum animarum potissimum intendentes, summa potestate Nostra Apostolica, ad expostulata quod pertinet, haec quae sequuntur decernimus et iubemus. Potentinam archidioecesim, quam diximus ad dignitatem sedis metropolitanae evehimus, iuribus et privilegiis ei collatis, quae ceterarum eiusdem honoris Ecclesiarum sunt propria; ecclesiasticas autem provincias Acheruntinam et Materanensem simul exstinguimus. Provincia vero ecclesiastica Potentina noviter constituta, quae unica exinde ibi erit, constabit ex ipsa metropolitana archidioecesi eodem nomine vocata atque ex suffraganeis Ecclesiis hic enumeratis : Acheruntina et Materanensi, servantibus suam archiepiscopalem dignitatem Pastoribus

in praesenti eas regentibus; Murana et Venusina, antehac metropolitanae Ecclesiae Acheruntinae suffraganeis; Anglonensi-Tursiensi et Tricaricensi, hactenus metropolitanae Ecclesiae Materanensi suffraganeis; Marsicensi, Melphiensi, Montis Pelusii et Rapollensi, hucusque Apostolicae Sedi immediate subiectis. Nos praeterea Potentinum pro tempore Antistitem dignitate et gradu Metropolitae perpetuo insignimus, iuribus et privilegiis nec non oneribus et officiis auctum iure statutis, quae ad omnes Metropolitas pertinent; Collegio autem Canonicorum Ecclesiae Potentinae honorem metropolitanorum Canonicorum conferimus. Haec, quae praescripsimus decreta, ad effectum curet adducenda Venerabilis Frater Romulus Carboni, Archiepiscopus titulo Sidoniensis et in Italia Apostolicus Nuntius, cui et facultatem facimus ut alium ad hoc deleget presbyterum, cuius utcumque erit authenticum peractae exsecutionis instrumentum ad Sacram Congregationem pro Episcopis cito transmittere, usitato more signatum sigilloque impressum. Volumus denique Apostolicas has Litteras tam nunc quam in posterum ratas esse, contrariis haud obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die uno et vicesimo mensis Augusti, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo sexto, Pontificatus Nostri quarto decimo.

© IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

© SEBASTIANUS Card. RAGGIO
S. Congr. pro Episcopis Praefectus

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*
Godefridus Mariani, *Proton. Apost.*

Loco ₤B Plumbi
In Secret. Status tab., n. 312927.

II
BOIANENSIS - CAMPOBASSENSIS

Nova Provincia ecclesiastica in Italiae finibus constituitur, « Boianensis-Campobassensis », cuius Ecclesia princeps erit haec eadem Boianensis-Campobassensis.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad apicem sacerdotalis auctoritatis divino evecti consilio, ut in beatissimi Petri similitudinem (cfr. *Io.* 21, 15-17) gregem Christi pasceremus, omnibus quidem viribus, opibus eo contendimus, quantum ma-

xime possumus, ut munus hoc ingens et sanctum recte tueamur. Est enim « officium amoris pascere dominicum gregem » (Aug. *In Io.* 21, 15-17) ; amor autem omnia vincit. Qua re, cum Venerabiles Fratres sacrorum Antistites regionis Molisanae, normis decreti sacrosancti Concilii Vaticani II « Christus Dominus », n. 40, obsequentes, iam unanimi consensu ab hac Apostolica Sede petierint, ut archiepiscopalis Ecclesia Boianensis-Campobassensis ad dignitatem Sedis metropolitanae eveheretur, ut una eiusdem nominis provincia ecclesiastica in eadem regione constitueretur, Nos iusta reputatione negotio considerato, atque Italorum Episcoporum audita Conferentia, admotae expostulationi concedendum esse putavimus. Quae cum ita sint, Ecclesiam Boianensem-Campobassensem, Apostolicae Sedi adhuc recto subiectam, ad gradum metropolitanae Sedis tollimus nempe iuribus congruis factis; novam praeterea provinciam ecclesiasticam condimus, cuius haec eadem Ecclesia erit metropolitana, eae vero quae sequuntur, suffraganeae; hae sunt: Triventina, hucusque Sanctae Sedi immediate subiecta; Aeserniensis et Venafrana, Thermularum et Larinensis, ab Ecclesiis metropolitanis Capuana et Beneventana distractae. Scilicet novae Sedi metropolitanae iura concedimus, onera facimus, quae aliis; item Collegio Canonicorum dignitatem damus Collegii metropolitani. Ceterum, ad haec quae mandavimus perficienda, Venerabilem Fratrem Romulum Carboni legamus, Archiepiscopum tit. Sidoniensem ac in Italia Apostolicum Nuntium, vel quem ipse delegaverit, modo clericum. Re vero acta, documenta exarentur, quorum exemplum sincere conscriptum ad Sacram Congregationem pro Episcopis cito mittat. Contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die uno et vicesimo mensis Augusti, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo sexto, Pontificatus Nostri quarto decimo.

© IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

© SEBASTIANUS Card. BAGGIO
S. Congr. pro Episcopis Praefectus

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*
Godefridus Mariani, *Proton. Apost.*

Loco £8 Plumbi
In Secret. Status tab., n. 312926.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Templum S. Annae in urbe Curaçao, quae est in dioecesi Gulielmopolitana, ad gradum et dignitatem Basilicae Minoris evehitur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Si quis consideret, vel breviter, beatissimam Annam fuisse castissimae Virginis Mariae Matrem, e qua « natus est sol iustitiae, Christus Deus noster)) *(Brev. Roman,* **vet. Comm. testor. B.M.V., Bespons. VII), is facile intelleget cur christianus populus a primis usque saeculis tantae mulieris dignitatem et sanctitatem obsequio ac pietate prosecutus fuerit, quae obsequia non solum in divinam Christi Matrem tandem cadere confidebat, sed etiam fontem esse gratiarum atque supernorum causam donorum. Neque Nos abnuimus quicquid religionem tam venerandam augere possit. Quam ob rem, cum Venerabilis Frater Villelmus Michael Ellis, Episcopus Gulielmopolitanus, sua ipsius vota significans itemque cleri ac populi suae dioecesis, ab Apostolica Sede petiisset, ut templum S. Annae dicatum, quod in sua dioecesi exstat, ad gradum et dignitatem Basilicae Minoris eveheretur : esse enim et antiquum, et cum gloria rerum gestarum civilium et religiosarum Insulae coniunctum, et arte atque pietate insigne, et, quod maius est, metam a quam plurimis, religionis causa erga beatissimam illam Virginis Matrem atque ipsum Deum, petitam; Nos tum optatis huius Venerabilis Fratris concedere volentes, tum curas Sacrae Congregationis assiduas pro Gentium Evangelizatione quodammodo rependere cupientes, aeque admotis precibus indulgemus. Qua re, iis probatis quae Sacra Congregatio pro Cultu Divino hoc de negotio statuit, factis olim a Nobis potestatibus, aedem S. Annae sacram, in dioecesi Gulielmopolitana, ad gradum et dignitatem Basilicae Minoris tollimus, cum iuribus atque liturgicis concessionibus iustis, servatis tamen quae decretum « De titulo Basilicae Minoris », die sexto mensis Iunii, anno MDCCCCLXVIII factum, iubet. Contrariis nihil obstantibus.**

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxin mensis Novembris, anno MDCCCCLXXXIV, Pontificatus Nostri duodecimo.

93 IOANNES Card. VILLOT, *Secretarius Status*

Loco SB **Sigilli**

In Secret. Status tab., n. 269291.

II

Cathedrale templum archidioecesis Philadelphiensis Latinorum ad dignitatem Basilicae Minoris evehitur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Semper hoc proprium fuit huic Apostolicae Sedi, eos, qui bene de re catholica de animorumque bono meruerint, pari studio et officio gratiam referre. Quod nimirum idcirco haec beatissima Petri Sedes agit, ut simul aequitatis legi obtemperet, iustitiae propriae, simul etiam animos ad maiora aggredienda stimulet. Qua re, volentibus Nobis Venerabili Fratri Nostro Ioanni S. R. E. Cardinali Krol, Archiepiscopo Metropolitae Philadelphiensi Latinorum cleroque populoque universo eius Sedis rependere merita, quorum in Ecclesiam magna exstant : nam et pietate semper floruit archidioecesis illa, et fide sancta erga Christum, et coeptis ad christianam religionem alendam, augendam, propagandam ; accedit et hoc : quod templum eius maximum, egregiae artis monumentum, quasi centrum fuit XLI Conventus Eucharistici omnium nationum, magna cum populi frequentia animorumque fructu nuper celebrati, bene fieri visum est, si templum illud cathedrale, Basilicae Minoris titulo ac dignitate cohonestaremus. In spem ergo ingressi, fore ut hoc benevolentiae Nostrae indicium Praesuli eiusque Ecclesiae acceptum sit atque ad usque altiora moveat, templum cathedrale de quo mentionem fecimus, ad honorem Basilicae Minoris tollimus, cum iuribus et liturgicis concessionibus, quae concedi consueverunt talibus aedibus, iis servatis, quae iuxta decretum « De titulo Basilicae Minoris », die sexto mensis Iunii factum anno MDCC(XLXVIII, servanda sunt. Contrariis non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub Anulo Piscatoris, die ix mensis Septembris, anno MDCCCCLXXVI, Pontificatus Nostri quarto decimo.

© IOANNES Card. VILLOT, *Secretarius Status*

Loco © Sigilli

In Secret. Status tab., n. 312789.

III

Templum Beatae Mariae Virginis vulgo « de Guadalupe », Mexicopoli prope antiquum dicatum, titulo ac dignitate Basilicae minoris exornatur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Sacra illa aedes, quae, Beatae Mariae Virgini Guadalupensi dicata, Mexicopoli prope antiquam ecclesiam nuper exstructa est, merito ob structurae genus et potissimum ob religionis cultum praedicatur. Provido igitur consilio Venerabilis Frater Noster Michael Darius S. R. E. Cardinalis Miranda y Gómez, Archiepiscopus Mexicanus, petiit ut ad hanc novam aedem gradus et dignitas Basilicae Minoris, veteri templo Beatae Mariae Virgini « de Guadalupe » tributae transferrentur in perpetuum, plane confisus fore ut exinde marialis cultus magnum suscipiat incrementum auctumque. Quibus precibus libenti animo obsecundantes Nos, e Sacrae Congregationis pro Sacramentis et Cultu Divino consulto, Apostolica potestate Nostra harum Litterarum vi statuimus, ut templum quod diximus, Deo consecratum in honorem Beatae Mariae Virginis « de Guadalupe », titulum ac dignitatem Basilicae Minoris consequatur, quae priori templo tributa erant, omnibus adiectis iuribus et privilegiis, quae templis hoc nomine insignibus rite debentur. Mandamus praeterea ut ea ad amussim serventur, quae iuxta Decretum « De titulo Basilicae Minoris », die vi mensis Iunii, anno MCMLXVIII, datum servanda sunt. Contrariis quibusvis non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die iv mensis Octobris, anno MCMLXXVI, Pontificatus Nostri quarto decimo.

© IOANNES Card. VILLOT, *Secretarius Status*

Loco ✠ Sigilli

In Secret. Status tab., n. 814559.

EPISTULAE

I

Summi Pontificis rescriptum ad litteras Suae Gratiae Rev.mi Doctoris Friderici Donaldi Coggan, Archiepiscopi Cantuariensis, de sacerdotali mulierum ministerio.

We write in answer to your letter of 9 July last. We have many times had occasion to express to your revered predecessor, and more lately to yourself, our gratitude to God and our consolation at the growth of understanding between the Catholic Church and the Anglican Communion and to acknowledge the devoted work both in theological dialogue and reflection and in Christian collaboration which promotes and witnesses to this growth.

It is indeed within this setting of confidence and candour that we see your présentation of the problem raised by the developments within the Anglican Communion concerning the ordination of women to the priesthood.

Your Grâce is of course well aware of the Catholic Church's position on this question. She holds that it is not admissible to ordain women to the priesthood, for very fundamental reasons. These reasons include : the example recorded in the Sacred Scriptures of Christ choosing his Apostles only from among men; the constant practice of the Church, which has imitated Christ in choosing only men ; and her living teaching authority which has consistently held that the exclusion of women from the priesthood is in accordance with God's plan for his Church.

The Joint Commission between the Anglican Communion and the Catholic Church, which has been at work since 1966, is charged with presenting in due time a final report. We must regretfully recognize that a new course taken by the Anglican Communion in admitting women to the ordained priesthood cannot f ail to introduce into this dialogue an élément of grave difficulty which those involved will have to take seriously into account.

Obstacles do not destroy mutual commitment to a search for reconciliation. We learn with satisfaction of a first informal discussion of the question between Anglican représentatives and those of our Secrétariat for Promoting Christian Unity, at which the fundamental theological importance of the question was agreed on. It is our hope

that this beginning may lead to further common counsel and growth of understanding.

Once again we extend every fraternal good wish in Ohrist our Lord.

From the Vatican, 30 November 1975.

PAULUS PP. VI

II

Alterum Summi Pontificis ad Suam Gratiam Rev.mum Doctorem Fridericum Donaldum Coggan, Archiepiscopum Cantuarienseni, datum rescriptum de mulierum sacerdotio.

As the tenth anniversary comes round of your revered predecessor's visit to Rome, we write to reciprocate with all sincerity the gratitude and the hope which, in recalling that historie occasion, you express in a letter recently handed to us by Bishop John Howe.

It is good to know that the résolves taken, the dialogue entered upon ten years ago, have continued and spread to many places, and that a new spirit of mutuai considération and trust increasingly pervades our relations.

In such a spirit of candour and trust you allude in your letter of greeting to a problem which has recently loomed large : the likelihood, already very strong it seems in some places, that the Anglican Churches will proceed to admit women to the ordained priesthood. We had already exchanged letters with you on this subject, and were able to express the Catholic conviction more fully to Bishop John Howe when he brought your greetings. Our affection for the Anglican Communion has for many years been strong, and we have always nourished and often expressed ardent hopes that the Holy Spirit would lead us, in love and in obédience to God's will, along the path of reconciliation. This must be the measure of the sadness with which we encounter so grave a new obstacle and threat on that path.

But it is no part of corresponding to the promptings of the Holy Spirit to f ail in the virtue of hope. With ali the force of the love which moves us we pray that at this criticai time the Spirit of God may shed his light abundantly on all of us, and that his guiding hand may keep us in the way of reconciliation according to his will.

Moreover, we sincerely appreciate the fact that you have expressed

a désire to meet us, and we assure you that on our part we would look upon such a meeting as a great blessing and another means of furthering that complete unity willed by Christ for his Church.

From the Vatican, 23 March 1976.

PAULUS PP. VI

III

Ad Exc.mum P. D. Robertum Carniello, Episcopum Volaterranum, XIX exeunte saeculo ab obitu Sancti Lini Papae.

Volaterrana Ecclesia, ut ad Nos est allatum, sollemnia apparat honori Sancti Lini, beati Petri successoris et martyris, quem Pius IX, Decessor Noster, principalem eiusdem dioecesis caelestem Patronum renuntiavit.

Laudabili sane consilio anniteris, Venerabilis Frater, ut hae celebritates ad vitam ipsam communitatis dioecesanae pertineant et hanc salubriter excitent. Te enim auctore, eidem communitati propositum est, ut se interroget et perscrutetur, ratione habita sacerdotum, religiosorum, laicorum, qui eam efficiunt.

Merito quidem inflammandi sunt animi dilectione et sollicitudine, quibus Ecclesiam particularem suam prosequantur, quae si spirituali vigore pollet, id in universam Ecclesiam, hoc est in Corpus Christi mysticum, redundat. Quapropter presbyteri et ii, qui votorum sponsione Deo sunt obligati, virtutes colant oportet, quas status ipsorum postulat, atque studio animarum semper renovando exardescant, haec verba Sancti Augustini considerantes : « non potestis ostendere quantum ametis Deum, nisi quantum apparueritis amare lucra Dei ».[1] Laici quoque impelli se sentiant, ut, muneris sui magis conscii/mundum, in quo degant, christiano spiritu imbuant.[2]

In his praeterea sollemnibus titulus gloriosus et imago praeclara martyrii menti obversantur; quod quidem, ut notum est, testimonium significat. Hoc praestantissimum quidem est in iis, qui pro Christo mortis supplicium subeunt, sed incruenta eius ratio, et ea nobilis, ab omnibus, qui Christiano nomine censentur, poscitur, quatenus Fidei testes, praesertim vitae suae exemplo, hominibus exsistant.

[1] *Serm. 296,* 10, 11; *PL* 38, 1338.

[2] Cfr. Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* n. 43.

Denique coniunctio cum Apostolica Sede et cum eo, qui beati Petri heres est eiusque locum tenet, hac oblata occasione animis videtur impense inculcari. Nova igitur veluti luce haec fulgeant verba Concilii Oecumenici Vaticani Secundi : « Eomanus Pontifex, ut successor Petri, est unitatis, tum Episcoporum tum fidelium multitudinis, perpetuum ac visibile principium et fundamentum ».[3]

Percupientes igitur, ut haec celebratio in dioecesis Volaterranae spiritualem profectum cedat, tibi, Venerabilis Frater, sacerdotibus, religiosis et fidelibus, curae tuae commissis, Benedictionem Apostolicam, caelestium donorum pignus Nostraeque benevolentiae testem, libenter impertimus. >

Ex Aedibus Vaticanis, die xvin mensis Augusti, anno MCMLXXVI, Pontificatus Nostri quarto decimo.

PAULUS PP. VI

IV

Ad Em.mum P. D. Michaelem Darium S. R. E. Cardinalem Miranda y Gómez, Archiepiscopum Mexicanum, nominatum Missum Extraordinarium ad praesidendum celebritati Dedicationis novi templi B. V. B. a Guadalupe sacri.

Gaudio spiritali mox exsultabit catholicus populus Mexicanus propter dedicationem novi Templi, quod amplitudine, opere, decore egregium, honori Beatae Mariae Virginis a Guadalupe est conditum, ut primaria quaedam sedes pietatis marialis et impulsionis evangelicae fieret in ista regione. Hic vero eventus non solum ad ipsos Mexici Christifideles pertinet, sed patriae eorum fines egreditur, cum cultus, qui Guadalupensi Virgini adhibetur, per multas orbis terrarum partes pervasero. Atque Nos fatemur amore ferri in Deiparam, hoc titulo ornatam, cuius sacrario Rosam ex auro conflatam, eximium honoris signum, anno MCMLXVI tribuimus.

Est quidem mirabile quod, cum semina Fidei in terra ista iacta essent, Beata Dei Genetrix Ioanni Didaco se conspiciendam obtulit, quasi novum populum christianum maternis curis fovere et adiuvare vellet. Profecto per saeculorum cursum non destitit genti Mexicanae adesse, maxime cum haec contenderet, ut libertatem suisque legibus vivendi copiam adipisceretur.

[3] Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 23.

Nostris vero temporibus, quibus magnitudo progressionum ac difficultatum propria est, hoc sanctuarium novum Guadalupense fideles hortari videtur, ut universalem Mariae maternitatem altius perpendant et, eiusdem aetatis postulationes ac necessitates agnoscentes, vitam praeceptis divini Filii illius conforment, fere secundum illud : ((Quodcumque dixerit vobis facite ».[1] Ita fiet, ut hoc Templum evadat symbolum veri templi spiritalis, quod omnes simul atque etiam singuli aedificent oportet.

Quaedam autem, hac oblata occasione, particulatim consideranda occurrunt. In Ecclesia, quae est Populus Dei, communitas fratrum in peregrinatione constituta, humiles, pauperes, derelicti, aerumnosi, iniustitiam patientes locum obtinent potiorem. Novo igitur quodam animorum impetu erunt nisus suscipiendi, ut illorum condicioni iusta afferantur remedia atque sic evangelicum nuntium reapse ad effectum deducatur. Iuvat etiam memorare — quod alias scripsimus — « Mariam a Nazareth, Dei voluntati plane quidem obseeutam, mulierem fuisse nec res vitaeque casus inerter ferentem nec alios avertentem quadam religione devinctam, sed eam potius, quae scite proclamaret Deum esse vindicem humilium vique oppressorum hominum ».[2]

Praeterea graves quaestiones, quae ad matrimonium et ad familiam necnon ad vitam infantis etiam non nati pertinent, attentiorem catholicorum diligentiam postulant. Non enim licet christianum coniugium et quae cum eo arcte conectuntur, seiungi a lege divina, quam Ecclesiae doctrina declarat.

Menti Nostrae obversatur etiam iuventus, quae, ardens et magnanima, ad optima quaeque coniti valet, tamen hodie saepe tot obnoxia est illecebris falsarum opinionum et voluptatum, quibus a recto et honesto abducatur. Sedulae quidem curae iis sunt impendendae, in quibus futura sors Ecclesiae et Nationis magnam partem est posita.

Vera ergo pietas erga Beatam Mariam Virginem, quae non in evanida quadam animi commotione consistit, sed perfectos Christi discipulos efficit, qui sint terrenae civitatis artifices simulque ad aeternam alacres contendant, vim habeat oportet ad hominum vitam dirigendam, alendam, provehendam.

Mente igitur intuentes Templum istud Guadalupense atque populum Mexicanum, quem habemus carissimum, sollemni dedicationi quodam modo interesse cupimus per Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalem,

[1] *Io. 2,* 5.
[2] Adhort. Ap. *Marialis cultus,* 37; *A.A.S.* 66 (1974), pp. 148-149.

qui Nostram gerat personam. Itaque, te, Venerabilis Frater Noster, Missum Extraordinarium Nostrum eligimus et renuntiamus, mandantes, ut praedictae celebritati Nostro nomine praesideas. Probe quidem fore speramus, ut, pastorali studio tuo operante ac Deipara Virgine intercedente, exinde ampla spiritualium fructuum copia percipiatur.

Haec dum pulsant animum Nostrum, tibi, Venerabilis Frater Noster, ceteris sacris Pastoribus, magistratibus, sacerdotibus et Christifidelibus, qui ad novum Templum istud dedicandum confluant, Benedictionem Apostolicam, superni auxilii pignus Nostraeque dilectionis testem, libentissime impertimus.

Ex Aedibus Vaticanis, die xxix mensis Septembris, anno MCMLXXVI, Pontificatus Nostri quarto decimo.

PAULUS PP. VI

NUNTII GRATULATORI!

I

Ad Em.mum P. D. Conradum S. R. E. Cardinalem Ursi, Archiepiscopum Neapolitanum, XXV expleto anno ab eius episcopali ordinatione.

Quoniam magna semper cum consolatione spectavimus procul insignem cursum navitatis pastoralis tuae, Venerabilis Frater Noster, ac probe insuper novimus quanto animi studio promptaeque voluntatis nisu contendas tu etiam nunc ipsum satis facere maioribus certe officiis, quibus in ista Archidioecesi gravaris, idcirco benignissimi has tibi litteras scribere cupimus ut ad perhonorificum sane vitae tuae eventum praeterita opera tua convenienter illustremus, praesentia onera subsidio Nostrae cohortationis levemus, futura incepta tua bene precando et ominando adiuvemus.

Cogitamus iam optatum illum diem extremum mensis Septembris, quo viginti quinque abhinc annos — propter tuam pridem spectatam sacerdotii diligentiam et fidelitatem erga Ecclesiam Matrem ac sollicitam animarum curationem — advocatus es sacramentoque evectus ad Episcopatum ut dein omnes ingenii tui facultates ac mentis virtutes nec non amplam eruditionem et copiosam apostolatus experientiam alacriter conf erres ad multo excelsius munus legitime ducendi Populi Dei. Cogitantes igitur Nos primordia eadem fausta industriae episcopalis tuae ac simul res a te interea praeclare gestas, facere non possumus quin ex

animo tibi fraternis omnino verbis gratulemur de longiore hoc ministerio quod totum in Evangelii famulatu collocavisti et quod neminem fugit quantopere ipsum Ecclesiae spirituali decori profuerit.

Tribus gregibus carissimis adhuc pastorem bonum te praebuisti qui valde te coluerunt ac dilexerunt vicissim et quibuscum propterea Nos libenter consociare volumus hanc gratulabundi sensus Nostri significationem. Cum universis ergo sacerdotibus religiosis fidelibus illis, qui singulari existimatione te cognoverunt decem annos Episcopum Neritonensem et quinque annos Archiepiscopum Acheruntinum ac deinde Antistitem Neapolitanum, maxime Nobis nunc placet perspectas extollere Episcopatus tui proprietates quibus nempe luculenter signavisti muneris tui multiplicis perfunctionem simulque impressisti vestigia clara in cuiusque memorati gregis progressione.

Episcopatum concreditum tibi vere tum decoravisti cum ad communia administrationis officia eximie addidisti intefatigabilem apostolatus fervorem constantemque operum pastoralium impulsionem, praesentem singularum paroeciarum curam et suavitatem morum, aerem difficultatum intellegentiam et meditatas occurrendi eis rationes. Hinc nimirum tibi conciliavisti benevolentiam cleri ac populi eodemque tempore solidum emolumentum portavisti hominibus sollertiae episcopali tuae commissis. Ideo non sine causa vehementer quidem exoptamus ut in statione tua Neapolitana vigil tu recte etiam posthac scias adhibere easdem virtutes pastorales ad renovatam istius populi gubernationem, sacerdotum tuorum familiaritatem, omnium apostolatus copiarum consensionem salutarem assequendam.

Scito Nos tibi et amatissimo gregi tuo his cum affectibus ac sensibus adfuturos esse die tricesimo huius mensis Septembris, dum procul divinum custodem et principem pastorum rogabimus ut diem istum tibi exhilaret, animum tuum confirmet, coepta pastoralia prosperrimo exitu cumulet, et superno suo lumine roboreque semper te adiuvet. Quae quidem caelestia dona tibi, Venerabilis Frater Noster, affatim impetret Apostolica Benedictio quam amantissime ad te transmittimus quamque similiter pertinere volumus ad Episcopos Auxiliares, clerum et familias religiosas nec non singulos christifideles Archidioecesis Neapolitanae.

Ex Aedibus Vaticanis, die VII mensis Septembris, anno MCMLXXVI, Pontificatus Nostri quarto decimo.

PAULUS PP. VI

II

Ad Em.mum P. D. Valerianum S. R. E. Cardinalem Gracias, Archiepiscopum Bombayensem, quinquagesimum complentem annum a suscepta presbyterali ordinatione.

Peculiari cum amoris affectu et egregia cum existimatione mens Nostra ad te convertitur, adventante vitae tuae, quam Deo et Ecclesiae consecrasti, eventu felici : etenim mox quinquagesimum annum implebis ex quo, divinae gratiae impulsioni prompto alacrique animo obtemperans, sacerdotium iniisti.

In sacro ordine constitutus, ad multiplicia opera studiose incubuisti, ut catholicam fidem in archidioecesi Bombayensi, populo perfrequenti, constabilires ac propagares. Iuvat quidem memorare te iuvenibus catholicis studiorum Universitatem obeuntibus necnon sodalibus ab Actione Catholica sedulas frugiferasque curas adhibuisse. Nec praeterire volumus te, variis apostolatus formis intentum, libros conscripsisse, quibus rem christianam promoveres.

Dignus propterea es visus, qui ad sacerdotii plenitudinem evehereris ; ordinatus Episcopus titulo Thennesiensis factusque Auxiliaris Archiepiscopi tum Bombayensis, post sat breve tempus ad hanc ipsam sedem, quae est permagni momenti, es assumptus. Paucis iterum annis elapsis, primus e clero Indico in Cardinalium Collegium es merito adlectus et sic cum hac Apostolica Sede, quam singulari obsequio es semper prosecutus, etiam arctius coniunctus.

Navitas tua apostolica, ex quo archidioecesim illam moderandam suscepisti, visa est reddi vehementior latiusque excurrere : te enim annitente, ut quaedam attingamus, permultae paroeciae, sacrae aedes, scholae sunt conditae, opera, ad caritatis officia et sociale adiumentum spectantia, admodum aucta, vocationes ecclesiasticae, praesertim ex autochthonibus oriundae, effloruerunt, catholicorum numerus per annos singulos accrevit.

Quis autem oblivisci poterit xxxviii Conventus Eucharistici Internationalis, Bombayae celebrati, cui Nosmet ipsi ad breve tempus interfuimus, admirati fervorem filiorum Ecclesiae nostrae, reverentes sensum religionis, $ui in Indis, etiam alieno cultui addictis, penitus insidet, voluntatem intuentes ad progressionem nitendi? Qui quidem Eucharisticus Coetus effecit, ut Ecclesia catholica plausum et probationem

in ista Natione sibi conciliaret et praeiudicatae opiniones circa eam tollerentur.

Ut in pauca conferamus, imaginem pastoris praebere studuisti, qui impelleretur et « caritate veritatis » et « necessitate caritatis » ;[1] ideoque in communi laude et honore versans, nequaquam solum apud « domesticos fidei)).[2]

Haec omnia subeunt mentem, cum de hoc iubilaeo sacerdotali tuo cogitamus, quod tibi ex animo gratulamur. Noveris quidem velimus dilectione Nos et precibus semper tibi sociari et cupere impense, ut Deus diu te sospitem servet et eximiis suavissimisque donis suis locupletet.

Haec habuimus, quae ad te, Venerabilis Frater Noster, scriberemus. Vota autem flagrantia Nostra confirmet Apostolica Benedictio, quam tibi necnon Venerabilibus Fratribus Auxiliaribus tuis, clero, religiosis et fidelibus universis, curae tuae commissis, libentissime impertimus.

Ex Aedibus Vaticanis, die x mensis Septembris, anno MCMLXXVI, Pontificatus Nostri quarto decimo.

PAULUS PP. VI

HOMILIA

In Basilica Vaticana inter Missarum sollemnia habita, qua occasione beata Beatrix da Silva Meneses in Sanctorum album relata est. *

Noi non possiamo tessere il breve elogio della nuova Santa, solito a farsi al momento d'una canonizzazione, che sembra proiettare le sembienze di un volto glorioso davanti al nostro sguardo giubilante, perché come l'aspetto del viso straordinariamente bello e puro di Beatrice da Silva rimane velato per lunghi anni della sua vita terrena, fino alla sua morte beata, così troppe linee del suo aspetto biografico non sono giunte a noi che per riflesso, nella documentazione storica, quasi *per speculum in aenigmate,* da cui essa traspare in figura innocente, umile e luminosa, ma senza lasciare alla nostra umana, e pur legittima curiosità alcun segno di personale espressione. Vengono alle labbra le parole dante-

[1] Cfr. S. Augustin., *De Civ. Dei,* 19, 11; PL 41, 647.
[2] Cfr. *Gal.* 6, 10.

* Die 3 mensis octobris a. 1976.

sehe : « O v'è Beatrice? » ;[1] o quelle bibliche risonanti di mistico amore : « O mia colomba, ... mostrami il tuo viso, fammi sentire la tua voce, perché la tua voce è soave, il tuo viso è leggiadro ».[2] Perché infatti nessuna parola di questa Santa è pervenuta a noi nelle sue sillabe testuali, nessuna eco perciò della sua voce; oh! nemmeno alcuno scritto di sua mano, nessun ritratto della sua faccia, troppo avvenente, così si disse, per non essere, ai suoi giovani anni, motivo di turbamento. E nemmeno uno statuto definitivo della regola per la famiglia religiosa, che Ella tuttavia fondò, inaugurandone con la sua morte la nascita.

Ma allora una domanda sorge nell'animo di chi volge l'attenzione e la devozione a questa cittadina del cielo : leggenda è la sua vita? mitica l'opera sua? No, no : Beatrice da Silva, prima d'essere nel regno eterno del cielo, è stata cittadina della terra : e la sua anagrafe, anzi l'opera sua di Fondatrice d'una nuova e tuttora fiorentissima famiglia religiosa, quella delle Monache Francescane della Santissima Concezione di Maria, non lasciano alcun dubbio, e sostengono di particolare certezza e di edificante esemplarità la storia agiografica di questa splendida figura.

Santa Beatrice da Silva, portoghese d'origine, passò la maggior parte della sua esistenza terrena in terra di Spagna. Ci si permetta dunque di rendere omaggio a queste due nobili Nazioni utilizzandone la lingua per tracciare, con rapidi tocchi, il profilo biografico di una Donna, che non con gli scritti, ma con l'eloquenza ben più convincente della vita, parla al nostro cuore di credenti.

Summus Pontifex sic Lusitano eloquio perrexit:

Beatriz da Silva nasceu em Ceuta, cidade do Norte de Africa voltada paro o Mediterráneo, nessa época sob o dominio da Coroa de Portugal. O feliz evento verificou-se em 1426, muito provavelmente, embora alguns biógrafos falem do ano de 1424.

Nasceu portuguesa, portanto. Seu pai, Dom Ruy Gomes da Silva, quando jovem, havia combatido na conquista da referida cidade de Ceuta, em 1415; e com tanto denodo e valor se houve, que o Capitáo da praça, o nobre Dom Pedro de Meneses o premiou, dandolhe em Matrimonio a sua proprio filha Isabel. Era esta, por diversas alianças, aparentada com as casa reais de Espanha e Portugal.

Deste Matrimònio nasceram 11 filhos, criados e educados com amor e com a esclarecida prudencia da alma profundamente crista dos pro-

[1] *Par.* 32, 85.
[2] *Cant. 2,* 14.

progenitores, sobretudo da mâe. Para além de Beatriz, destes ha a salientar o Beato Amadeu da Silva, o qnal abraçou em Italia a Ordern de Säo Francisco e deu origem a um ramo da Ordern dos Frades Menores reformados, eonhecidos por Amadeus.

Pelo ano de 1433 foi o pai de Beatriz da Silva e Meneses nomeado Alcaide-mor da viia de Campo Maior, em Portugal, para onde se transferiu com toda a familia. Em Portugal, portanto, transcorreu a nova Santa os tempos da sua meninice e juventude, cultivando as excelsas qualidades da sua alma privilegiada e preparando-se para futuras provacöes. A experiencia de sofrimentos físicos e moráis, como prova de amor, é frequente no caminho a percorrer por aqueles a quem o Senbor quer dar a coroa da vida, prometida aos que O amam.[1]

Deinde lingua Hispanica dixit:

En el año 1447, al casarse Isabel, hija de Juan príncipe de Portugal, con Juan II Rey de Castilla, llevó consigo a tierras de Castilla a Beatriz, la cual había complido los veinte años.

Sin embargo, pasado cierto tiempo, debido a que su belleza provocaba la admiración de los nobles o, quizá, porque la misma reina temía ver en ella una peligrosa rival, Beatriz abandonó la corte real e ingresó en el monasterio de Santo Domingo, de la Orden de Santo Domingo, en el que durante treinta años se dedicó únicamente a Dios.

Después de estos casi treinta años de dedicación a Dios, decidió fundar un nuevo monasterio u Orden de la Inmaculada Concepción, en honor del Misterio de la Inmaculada Concepción y para la propagación de su culto. Así pues, el año 1484 abandonó el monasterio de Santo Domingo y pasó, con algunas compañeras, a una casa llamada Palacios de Galiana, que le había donado la reina Isabel la Católica.

El día treinta de abril de 1489, a petición de Beatriz y de la misma Reina Isabel, el Papa Inocencio VIII autorizó la fundación del nuevo monasterio y aprobó las principales reglas que, entre tanto, habrían de observarse en el mismo.

Sin embargo, antes de que, conforme al permiso pontificio, iniciara la vida regular en el nuevo monasterio, Beatriz subió a los cielos. No obstante, su Instituto no desapareció y, a pesar de algunas dificultades, se con vertió en una verdadera Orden religiosa y obtuvo su propia regla el año 1511.

[1] Cfr. *Tg.* 1, 12'.

Italica lingua iterum adhibita, sic postea locutus est:

Questo, in sintesi, è quanto le fonti storiche ci dicono di Santa Beatrice da Silva. Ed ora l'animo sosta pensoso davanti a questa fragile figura di donna velata, che un certo alone di mistero rende anche più suggestiva, e si domanda se Ella abbia un messaggio per l'uomo di oggi, psicologicamente così lontano dal mondo popolato di cavalieri, principi e dame, dal quale Ella trasse i natali.

Sì, certamente, dobbiamo rispondere.

Vi è intanto il messaggio rappresentato dall'opera stessa di Santa Beatrice, l'ordine delle Concezioniste, sbocciato dal suo cuore innamorato di Dio. La nuova Famiglia religiosa, diffusasi rapidamente nelle diverse Nazioni europee e poi anche nel Nuovo Mondo, da poco scoperto (la prima fondazione Concezionista nel Messico risale al 1540), è anche oggi validamente rappresentata nella Chiesa : con le circa 3000 monache, che popolano gli attuali 150 monasteri sparsi nel mondo, l'Ordine testimonia la sua vitale presenza nella Chiesa, una presenza che si qualifica per l'impegno della penitenza e della contemplazione. La stretta clausura, determinata dalla Regola in tutti i dettagli con parecchi anni di anticipo sulla riforma Tridentina ed anche al presente onorata dalle Concezioniste, che hanno preferito essere assenti fìsicamente da questa celebrazione per essere in Dio spiritualmente più vicine alla loro Madre, proprio questo intende favorire l'intimo raccoglimento, necessario ad un più intenso e continuato colloquio con Dio. Come non ricordare a questo riguardo le parole, di sapore prettamente francescano, con le quali il cap. X della Regola insiste sulla dimensione orante e contemplativa dell'Ordine? « Considerino attentamente le Suore che soprattutto devono desiderare di avere lo Spirito del Signore e la sua santa operazione, con purità di cuore e devota preghiera; e purificare la coscienza dai desideri terreni e dalle vanità del secolo ; e diventare per amore uno spirito con Cristo loro Sposo ». Per l'uomo moderno, preso dentro il vortice delle impressioni sensibili moltiplicate dai mass-media fino al limite dell'ossessione, la presenza di queste anime silenziose e vigili, protese verso il mondo delle realtà « non visibili »[1] non rappresenta forse un richiamo provvidenziale a non smarrire una dimensione essenziale della sua natura, quella cioè della vocazione a spaziare sugli orizzonti sconfinati del divino?

[1] Cfr. *2 Cor* 4, 18; *Bm* 8, 24 s.

C'è un secondo messaggio, che avvicina Santa Beatrice all'esperienza nostra, facendoci apprezzare tutta l'attualità della testimonianza che Ella ci propone. Noi viviamo in una società permissiva, che pare non conoscere più frontiere. Il risultato è sotto gli occhi di tutti : l'espandersi del vizio in nome di una malintesa libertà, che, ignorando il grido indignato delle rette coscienze, deride e conculca i valori dell'onestà, del pudore, della dignità, del diritto altrui, quei valori cioè su cui si regge ogni ordinato consorzio civile. Ebbene, la società nobiliare del periodo rinascimentale, il mondo delle corti, quale è dipinto dalle cronache dell'epoca, presenta molto spesso, pur con nobili eccezioni, un panorama nel quale ben si rispecchiano certe tristi esperienze di oggi.

Fu quello l'ambiente nel quale la nostra Beatrice maturò la sua scelta : resasi conto ben presto delle' passioni, che la sua eccezionale bellezza le suscitava attorno, come fiore che, spuntato in terreno melmoso, si protende verso l'alto con l'intatta corolla per raccogliere il primo raggio di sole, così la nobile fanciulla « senza più dilazione nel decidere — è il suo primo biografo che racconta — prese la strada e abbandonò l'inquietudine della corte, fuggendo da essa, per venire a ricercare la legge della conversazione salutare, dopo il cui adempimento entrasse nella terra promessa ai Santi ». Né a questo si limitò lo slancio della sua determinazione verginale : « Ricordandosi — è ancora il suo antico biografo che parla — della bellezza che aveva ricevuto da Dio, decise che nessun uomo e nessuna donna avrebbe visto la sua faccia finché vivesse ».

Esagerazione? I Santi rappresentano sempre una provocazione al conformismo delle nostre abitudini, spesso ritenute sagge semplicemente perché comode. Il radicalismo della loro testimonianza vuol essere una scossa alla nostra pigrizia e un invito alla riscoperta di qualche valore dimenticato; il valore, ad esempio, della castità come coraggioso autocontrollo degli istinti e gioiosa esperienza di Dio nella limpida trasparenza dello spirito. Non è, questa, lezione attualissima per gli uomini d'oggi?

Ma un'ultima parola vuole dirci stamane Santa Beatrice da Silva. È forse la parola più importante, perché in essa è racchiuso il segreto della sua esperienza spirituale e della sua santità ; questa parola è il nome di Maria e precisamente di Maria Immacolata. La candida nitidezza della Vergine fu l'ideale della sua vita ; lo sottolinea il suo primo biografo : « le fu accresciuta la grazia di una particolare devozione alla Concezione senza macchia della Regina del cielo, della quale, dacché

seppe qualcosa, fu intimamente devota)). Tale devozione Ella lasciò, in significativa eredità, alle sue figlie spirituali, disponendo che quella fosse la caratteristica distintiva del nuovo Ordine, « un ordine — per usare le parole di un altro suo antico biografo — dove per ufficio, come pure per significazione d'abito e regola, approvata dalla santa Chiesa di Roma, fosse questa Santissima Concezione della gloriosa Vergine onorata, dichiarata e con lodi continue esaltata ». In tal modo, non pochi secoli prima della proclamazione del dogma e mentre ancora fervevano le dispute teologiche, l'Immacolata Concezione si rivelava forza viva nella storia della salvezza e nella vita della Chiesa, suscitando un Ordine contemplativo che dal niveo fulgore della « Tutta pura » traeva ispirazione e slancio per una più generosa consacrazione a Cristo, nel quotidiano sforzo di nulla sottrarre alla dolce sovranità del suo amore.

Questo è messaggio valido anche per noi, artefici di un progresso che ci esalta e ci spaventa insieme per la sua intrinseca ambiguità, portatori di aspirazioni nobilissime e succubi tuttavia di umilianti debolezze, per noi uomini moderni « tormentati tra la speranza e l'angoscia ».[2] Come non sentire il fascino di Maria, che « con la sua materna carità si prende cura dei fratelli del Figlio suo ancora peregrinanti e posti in mezzo a pericoli ed affanni »,[3] come non provare il bisogno di protendere verso di Lei le nostre mani, spesso incerte e brancolanti, per essere la Lei sorretti e guidati sulle strade sicure che conducono al suo Figlio?

Questo è l'invito che, quale sintesi di tutta la sua esperienza spirituale, ci rivolge oggi Santa Beatrice da Silva : guardare a Maria Immacolata, seguirne l'esempio, invocarne la protezione, perché nel provvido disegno di salvezza (da Madre di Gesù ... sulla terra brilla ... innanzi al peregrinante Popolo di Dio quale segno di sicura speranza e di consolazione, fino a quando non verrà il giorno del Signore ».[4]

Demum lingua Lusitana atque Eispanica sic Summi Pontificis oratio constitit :

Honra e gloria a Portugal, nobre Pais de fidalga tradiçâo de fidelidade eclesial, hoje em festa com a festa da Igreja, ao ser canonizada urna sua filha : apelo e estímulo em particular para os portugueses. Por vós,

[2] Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* n. 4.

[3] Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 62.

[4] Cfr. *2 Pt* 3, 10: Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 68.

amados filhos presentes, com realce para os parentes da nova Santa, o Nosso cordial saudar e votos de todo o bem, com o celeste valimento de Santa Beatriz da Silva, para o querido Portugal.

¡Honor y alabanza a España, que ha sabido cultivar y conservar con tanto esmero este nuevo brote de santidad ! El viene a acrecentar el rico patrimonio espiritual de esta Nación bendecida, que ha dado al mundo ejemplares tan eximios en el camino de la virtud, del seguimiento de Cristo, de fidelidad a la Iglesia.

Pueda el ejemplo de la nueva Santa suscitar, sobre todo en las jóvenes generaciones, una floración abundante de espiritualidad. Así lo pedimos a Santa Beatriz da Silva, mientras le suplicamos que proteja constantemente a España y a la Iglesia.

NUNTIUS RADIOPHONICUS

Ad universos Franciscalis Familiae sodales, DCCL exeunte anno a beato seraphici eorum Patris obitu. *

Pace a voi, in Gesù Cristo nostro Signore!

A voi, Figli e Figlie di San Francesco, convenuti in Assisi per celebrare insieme presso la tomba del vostro serafico Padre il settecentocinquantesimo anniversario della beata sua morte, e per risvegliare in voi lo spirito della beata sua vita.

Noi abbiamo ricevuto con commossa riconoscenza l'invito a noi rivolto di partecipare a cotesto esaltante e fatidico incontro ; ma impediti di corrispondervi con la nostra personale presenza, vogliamo tanto più essere tra voi col nostro spirito mediante questa nostra Benedizione Apostolica.

Sì, Fratelli Ministri Generali e Provinciali delle quattro Famiglie Francescane del primo Ordine, e voi tutte rappresentanti del secondo Ordine, Figlie di Santa Chiara, e voi esponenti del terzo Ordine Francescano, e quanti nel nome di San Francesco siete riuniti per riviverne lo spirito, studiarne la storia, seguirne gli esempi, invocarne la protezione; tutti, sì, siate benedetti!

Benedetti per cotesto raduno commemorativo, che professa un'esem-

* Die 30 mensis septembris a. 1976.

piare fedeltà di memoria e di amore all'incomparabile Santo, che proietta su di voi il suo nome e qualifica le vostra religiosa professione ! Benedetti per la fraterna armonia, che cotesta convocazione dimostra e conferma fra le vostre diverse ramificazioni dell'unica radice francescana! Benedetti per l'esemplare concordia e per la mutua collaborazione con cui le vostre differenti denominazioni francescane intendono vittoriosamente testimoniare ormai ai vostri rispettivi aderenti, alla santa Chiesa, al mondo la medesima palpitante carità francescana. E benedetti ancora per le sapienti intenzioni spirituali, penitenziali, apostoliche, che hanno mosso i vostri passi a recarvi ad Assisi per aprire insieme le celebrazioni commemorative del vostro antico e sempre ispirante Fondatore.

Gloria, sì, a S. Francesco !

E benedetti voi che ne celebrate la memoria e ne perpetuate l'ardua e gioconda scuola evangelica. Ancora il paradosso della cristiana Povertà, Egli il Poverello, seguace del Signore d'ogni ricchezza che per noi si è fatto povero, ancora, ancora oggi lo presenta e lo attualizza, raddrizzando l'asse della nostra umana mentalità, curva sul primato dei beni temporali, e lo rivolge al regno dei cieli, alla economia della carità, alla dovizia dello spirito.[1] Poi Francesco, libero come uccello che ritrova lo spazio del cielo, vede dall'alto la bellezza innocente delle creature, che non più insidiano, ma sostengono il suo slancio celeste; e tutte egli saluta cantando con amica poesia, grande come il cosmo fratello, umile come ogni cosa terrena sorella. E pellegrino se ne va, e cammina, e sale ...

E benedetti voi, seguaci della sua ascensione, che arrivate al monte della visione, dove Cristo crocifisso stampa le sue stimmate dolorose e gloriose nel privilegiato contemplante discepolo, ormai emblema della vostra eroica scuola di penitente dolore e di infiammato amore.

Benedetti voi, Figli di così singolare famiglia, che da secoli accompagna appassionatamente la storia sempre più turbinosa e mutevole, e ne tiene il rapido passo, senza stancarsi, senza fermarsi. « Comprendete la vostra vocazione » ![2] vivendola ed annunciandola ! Voi non rappresentate un ascetismo anacronistico in questo mondo moderno, che aspira come a sommità dello sforzo civilizzatore di convertire le pietre della terra in cibo per l'umana esistenza; ma voi siete gli alunni/del

[1] Cfr. *2 Cor 8,* 9.
[2] *1 Cor* 26.

Vangelo eterno, affrancati nello spirito per la primaria e da voi preferita ricerca del regno di Dio, da cui ogni necessario e giusto alimento temporale può derivare nell'abbondanza della giustizia e della carità.

Voi benedetti, Figli e Figlie di San Francesco, nell'abbigliamento regale della vostra umiltà e nell'aureola popolare della vostra letizia, ancor oggi saprete discendere in mezzo alle folle del mondo del lavoro e ancora oserete farvi amici i poveri, i sofferenti, i diseredati, gli orfani, i carcerati, i dispersi nei vicoli marginali degli splendidi ed infelici viali della ricchezza e del piacere. Voi benedetti, evangelisti della Parola di Cristo, voi maestri della sapienza cristiana, voi modelli delle virtù di preghiera e di sacrificio, che fanno santa la Chiesa, difendete il silenzio e l'isolamento dei vostri rifugi conventuali ; e poi uscite ancora a salutare e a convertire il mondo annunciando ancora e sempre il vostro ((Pace e bene », portando con voi l'immortale San Francesco, con la nostra Apostolica Benedizione.

ALLOCUTIONES

I

Ad Excellentissimum Virum Ruben Victorem Emmanuelem Blanco, Argentinae Reipublicae apud Sedem Apostolicam cum auctoritate Legatum, Summo Pontifici demandati muneri testes Litteras tradentem. *

Señor Embajador:

En estos momentos en los que nos presenta las Cartas que lo acreditan como Embajador Extraordinario y Plenipotenciario de la República Argentina ante la Santa Sede, nuestra primera palabra quiere ser para dar a Vuestra Excelencia nuestra cordial bienvenida, desearle un feliz desarrollo de la alta misión que hoy inicia y asegurarle nuestra benévola colaboración en el cumplimiento de la misma.

La presencia de Vuestra Excelencia en esta sede, nos hace pensar, con renovada viveza, en un País lejano geográficamente, pero entrañablemente cercano a Nos : Argentina, parte señalada de nuestra constante premura y objeto permanente de nuestro afectuoso recuerdo.

* Die 27 m. Septembris, a. 1976.

Sì ((la preoccupación por todas las iglesias »[1] es un deber de nuestro ministerio, no podía menos de dirigirse hacia una importante porción del Pueblo de Dios que requiere, en las delicadas vicisitudes que atraviesa, atención creciente y cuidado ininterrumpido. Es la respuesta que Nos, la Santa Sede y la Iglesia debemos dar a la llamada expectante del pueblo argentino que —como Vuestra Excelencia ha indicado— siente a la Iglesia como algo consustancial a su vida, a su patrimonio nacional, a sus valores más caracterizantes.

En efecto, la fe individual y colectivamente vivida por los argentinos, así como la actividad secular de la Iglesia en Argentina han dejado huellas profundas, cuyo benéfico influjo social es vivamente sentido, no sólo como plasmación histórica concreta, sino como latido de presente e impulso elevador de cara al futuro.

Hoy como ayer, la Iglesia, fiel a su misión y en el ámbito de su competencia, seguirá prestando su ayuda desinteresada al pueblo argentino, solidaria con sus aspiraciones de superación, colaboradora en cuantas iniciativas promuevan una mayor dignidad de las personas o favorazcan su marcha hacia' metas más altas, temporales o esperituales. En este cometido evangelizador y humanizante la Iglesia en Argentina no desea privilegio alguno; se contenta con poder servir a los fieles y a la comunidad civil en un clima de serenidad, de respeto y de seguridad para todos.

A este respecto, como Padre común, no podemos dejar de participar intensamente en la pena de todos aquellos que han quedado consternados ante los recientes episodios, que han costado la pérdida de valiosas vidas humanas, incluidas las de diversas personas eclesiásticas. Hechos estos, acaecidos en circunstancias que todavía esperan una explicación adecuada. Al mismo tiempo, deploramos vivamente este aumento de ciega violencia que en los últimos tiempos ha turbado de manera grave la vida del pueblo argentino, con razón anhelante de paz y de concordia.

Señor Embajador : En esta ocasión solemne queremos formular nuestros mejores votos —que se hacen plegaria ferviente— por Argentina. Pueda este noble País, de tan hermosa tradición y tan rico de energías, encontrar el camino de la concordia y de la paz interna. Pueda así avanzar —como de todo corazón lo deseamos— por las sendas del progreso en la justicia, en el constante respeto de los derechos básicos; de las personas, en fidelidad efectiva a sus valores cristianos. Y pueda

[1] **Cfr.** ***2 Cor*** **11, 28.**

ello conducirlo a ocupar el puesto de relieve que le corresponde en el concierto mundial de las Naciones y del continente americano.

Rogamos, finalmente, a Vuestra Excelencia que se haga intérprete de estos votos y sentimientos nuestros ante las Autoridades y todo el querido pueblo de Argentina, sobre el que imploramos sin cesar copiosas bendiciones del cielo.

II

Ad Exc.mum Virum habita Georgium Galichon, Gallicae Reipublicae apud Sedem Apostolicam cum auctoritate Legatum, litteras Summo Pontifici tradentem demandati muneris testes. *

Monsieur l'Ambassadeur,

La chaleur cordiale de vos paroles, l'optimisme dont elles font preuve, la haute considération que vous nourrissez pour la mission du Saint-Siège et de l'Eglise, Nous procurent une vive satisfaction. De tout cœur, Nous vous remercions de ce témoignage et Nous vous confions le soin d'exprimer au Président de la République française notre gratitude pour les nobles sentiments dont vous êtes l'interprète.

Vos propos trouvent en Nous un écho d'autant plus profond que notre regard s'est toujour tourné, avec sympathie et confiance, vers le pays que vous représentez. Non seulement Nous vénérons le rayonnement de tant de ses fils dans le passé, mais Nous nous intéressons grandement à la part que votre peuple peut aujourd'hui apporter à la communauté mondiale et à la vitalité de l'Eglise. Tout ce qui contribue ou contribuera à faire progresser l'esprit humain, en quête de culture et plus encore de sagesse et de valeurs suprêmes, à faire respecter la vie et la dignité humaines sous toutes ses formes, à tempérer la course au bien-être matériel par une solidarité effective avec les plus démunis, à dénouer les nœuds de conflits là où ils sont dangereusement tendus, à substituer la perspective du développement à la prolifération des armes, à favoriser l'effort des jeunes nations, à promouvoir l'entraide au lieu du repli sur soi, la compréhension, la détente, la véritable paix en un mot, tout cela honore un pays, suscite l'acquiescement et l'encouragement de l'Eglise, nourrit l'espoir des hommes. Nous avons grandement apprécié la manière dont Votre Excellence a qualifié cet espoir : « substituer aux causes de divisions des hommes les raisons de leur

* Die 30 mensis septembris a. 1976.

rencontre ». C'est vrai pour les nations assises à la table des conférences internationales ; c'est vrai en particulier des peuples de l'Europe qui ont un témoignage spécifique à donner en ces domaines, et Nous sommes heureux de savoir le souci qu'en portent la France et son Gouvernement.

Pour vos compatriotes eux-mêmes, Nous souhaitons la qualité de vie, la qualité de bonheur auxquelles ils aspirent, et qui seront le fruit de leur courage inventif, de leur solidarité nationale et de leur attachement aux valeurs humaines et spirituelles. Une civilisation n'est grande que par son âme. Et là Nous sommes sûr que les catholiques convaincus peuvent y apporter une part de choix. Des faits récents ont manifesté l'intérêt et même la passion d'une très large fraction de l'opinion publique pour les problèmes de l'Eglise. Puissent nos Fils de France, qui savent notre affection, répondre dignement à cette attente, par la profondeur de leur foi, par leur rectitude morale, par leur générosité évangélique, par leur cohésion avec la Tradition vivante de l'Eglise, en communion avec leurs Evêques et avec ce Siège Apostolique, garant et signe de l'unité pour tous les disciples du Christ !

De cette vitalité de l'Eglise et des efforts particuliers du Saint-Siège, vous serez désormais le témoin attentif, comme vous serez le porte-parole de votre Gouvernement. Pour cette mission, Nous formons des vœux fervents. Et pour votre cher pays et ses responsables, Nous implorons les bienfaits et l'assistance du Dieu Tout-Puissant.

III

Ad Exc.mum Virum Kiyoshi Suganuma, Iaponicae Nationis liberis cum mandatis apud Sedem Apostolicam Legatum, crediti muneris testes Litteras Summo Pontifici tradentem. *

Monsieur V Ambassadeur,

Votre Excellence vient de Nous exprimer en termes élevés les sentiments qui l'inspirent au seuil de sa mission d'Ambassadeur extraordinaire e plénipotentiaire du Japon près le Saint-Siège. Nous vous en remercions vivement, ainsi que Sa Majesté l'Empereur Hiro Hito, dont vous nous avez transmis les nobles souhaits, et auquel Nous vous prions d'exprimer notre gratitude.

* Die 2 mensis octobris a. 1976.

Pour évoquer l'esprit dans lequel vous voulez poursuivre l'oeuvre déjà entreprise en faveur d'une entente toujours plus étroite et amicale entre le Saint-Siège et votre pays, vous avez eu la délicate attention de reprendre quelques-unes des paroles que Nous adressions au mois de février mille neuf cent soixante quinze à votre eminent prédécesseur. Plus que jamais, en effet, les aspirations à la justice, à la liberté et à la paix, apparaissent comme inséparables du désir de vérité sur le sens de la vie et les valeurs suprêmes dont Dieu est la source et le terme : c'est là le pain spirituel sans lequel la prospérité matérielle est vide de signification. Dans la volonté de favoriser une telle recherche peuvent vraiment se rencontrer toutes les civilisations qui ont en commun le souci du véritable épanouissement humain. Les communautés catholiques japonaises — qui Nous sont très chères — témoignent à leur façon, de cette possibilité féconde.

C'est pourquoi, Nous sommes sûr que, durant votre séjour à Rome que tant de vos compatriotes aiment visiter, vous trouverez partout un accueil inspiré de cet idéal en même temps que de nombreux témoignages suscités par l'Evangile dans la vie de l'Eglise d'hier et d'aujourd'hui. Recevez donc les vœux fervents et cordiaux que Nous formons pour votre personne et l'accomplissement de votre haute mission, et soyez assuré des sentiments d'estime et de sympathie que Nous portons au peuple japonais sur lequel Nous invoquons l'assistance du Tout-Puissant.

IV

Moderatoribus et administris Internationalis Taurinensis Sodalitatis v. « Centro di Perfezionamento Professionale e Tecnico » appellatae, coram admissis. *

Siamo lieti di accogliere oggi i dirigenti del « Centro Internazionale di Perfezionamento Professionale e Tecnico di Torino » e i membri del Comitato Italiano che lo fiancheggia.

A tale Centro, dipendente dalla benemerita « Organisation Internationale du Travail », abbiamo voluto offrire tre borse di studio, le quali permettano a studenti provenienti da Paesi in via di sviluppo di seguire speciali corsi di formazione, mediante i quali prepararsi adeguatamente a svolgere gli impegnativi compiti richiesti dalle esigenze delle loro nazioni di origine.

* Die 15 m. Septembris a. 1976.

Abbiamo voluto in tal modo dare un segno concreto della costante attenzione con cui la Chiesa segue le iniziative dirette alla promozione dell'individuo e della comunità, alla luce di quanto affermato dal Concilio Vaticano II : « il fine ultimo e fondamentale di tale sviluppo non consiste nel solo aumento dei beni prodotti né nella sola ricerca del profitto o der predominio economico, bensì nel servizio dell'uomo, dell'uomo integralmente considerato, tenendo cioè conto delle sue necessità di ordine materiale e delle sue esigenze per la vita intellettuale, morale, spirituale e religiosa; diciamo di ciascun uomo, e di ciascun gruppo umano, di qualsiasi razza o zona del mondo »}

Denominando poi le tre borse col titolo di tre Encicliche : « Mater et Magistra », « Pacem in Terris » e ((Populorum Progressio », abbiamo desiderato sottolineare il fecondo legame che deve esistere tra la competenza tecnica e la concezione globale della persona umana.

Vivamente ci auguriamo che il Centro costituisca un autentico luogo di maturazione delle doti intellettuali e delle capacità professionali dei giovani che lo frequentano. In tal modo essi sapranno poi mettersi pienamente al servizio delle loro comunità di appartenenza, e il Centro avrà partecipato a un'effettiva opera di solidarietà internazionale.

[1] Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* par. 64.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO PRO DOCTRINA FIDEI

I

DECRETUM

De Missa publice celebranda in Ecclesia Catholica pro aliis christianis defunctis.

Accidit in diversis regionibus ut a ministris catholicis petantur missarum celebrationes in suffragium *defunctorum* **qui baptizati fuerunt in aliis Ecclesiis vel Communitatibus ecclesialibus, tunc praesertim, cum defuncti religionem catholicam speciali devotione et honore prosecuti fuerunt, vel cum munera publica in servitium totius communitatis civilis gesserunt.**

Ad missas privatas quod attinet, nulla, uti notum est, habetur difficultas, ut pro his personis defunctis celebrentur ; e contrario, multiplici ex titulo, v. g. pietatis, amicitiae, grati animi etc. possunt commendari, nullo vetito obsistente.

Quoad publicas autem missarum celebrationes vigens disciplina statuit ne celebrentur pro his, qui extra plenam communionem Ecclesiae catholicae supremum diem obierint (Cfr. Can. 1241, coli. 1240, par. 1, I°).

Mutatis hodie condicionibus religiosis et socialibus, quae supradictam disciplinam suadebant, diversis ex regionibus ab hac Sacra Congregatione quaesitum est, utrum certis in casibus etiam missa publica pro his defunctis celebrari possit.

Ad rem quod attinet, Patres S. Congregationis pro Doctrina Fidei, in Congregatione Ordinaria diei 9 Iunii 1976, omnibus rite perpensis, hoc tulerunt decretum :

I. Vigens disciplina quoad celebrationes missarum publicarum in suffragium aliorum christianorum in posterum quoque pro norma generali retinenda est; idque etiam propter considerationem debitam conscientiae talium defunctorum, qui fidem catholicam non fuerunt plene professi.

II. Huic autem normae generali derogari potest, usque ad promulgationem novi Codicis, quoties sequentes condiciones simul verificentur :

1) Publica missarum celebratio a familiaribus, amicis, vel subditis defuncti ex genuino motivo religioso expresse petatur.

2) Iudicio Ordinarii absit scandalum fidelium.

Quae duae supradictae condiciones facilius verificari possunt si de fratribus agitur Ecclesiarum Orientalium, quibuscum arctior, quamvis non plena, communio in rebus fidei exsistit.

III. Hisce in casibus missa publica celebrari potest, ea tamen condicione, ut defuncti nomen in prece eucharistica non commemoretur, quae quidem commemoratio plenam communionem cum Ecclesia catholica praesupponit.

Quodsi cum fidelibus catholicis in celebratione missarum participantibus praesentes adsint alii christiani, ad communicationem in sacris quod attinet, normae a Concilio Vaticano II (Decr. de Eccl. Orient. Cath. *Orientalium Ecclesiarum,* **nn. 26-29;** *A.A.S.* **[1965], pp. 84-85; Decr. de Oecumenismo** *Unitatis redintegratio,* **n. 8;** *ibid.* **57 [1965], p. 98) et a Sancta Sede (Cfr.** *Directorium de re oecumenica,* **nn. 40-42 et nn. 55-56, in** *A.A.S.* **59 [1967], p. 589 et pp. 590-591;** *Instructio* **de peculiaribus casibus admittendi alios christianos ad communionem eucharisticam in Ecclesia Catholica, nn. 5-6;** *ibid.* **64 [1972], pp. 523-525) hac in materia latae, quam fidelissime observentur.**

Summus Pontifex Paulus Pp. VI, in audientia infrascripto Cardinali Sacrae Congregationis pro Doctrina Fidei Praefecto, die U Iunii concessa, derogando quatenus opus sit can. 809 (simul cum can. 2262, par. 2, n. 2) et 1241, contrariis quibuslibet non obstantibus, praedictam Patrum decisionem ratam habuit, adprobavit et promulgari iussit.

Romae, ex Aedibus S. Congregationis pro Doctrina Fidei, die 11 Iunii 1976.

FRANCISCUS Card. SEPER, *Praefectus*

£8 Fr. Hieronymus Hamer O.P., *Archiep. tit. Lorien., a Secretis*

II

DECRETUM

Circa quasdam illegitimas ordinationes presbyterales et episcopales.

Exc.mus et Rev.mus Dominus Petrus Martinus Ngô-dinh-Thuc, Archiepiscopus tit. Bullensium Regiorum, media nocte diei 31 decembris 1975, in pago Palmar de Troya, contra expressam prohibitionem Em.mi et Rev.mi Cardinalis Archiepiscopi Hispalensis, neglecto praescripto can. 955, presbyteros ordinavit; immo die 11 ianuarii 1976, contra normam can. 953, sine mandato pontificio et, quod gravius est, sine provisione canonica quinque episcopos ordinavit; demum, episcopi tali modo ordinati ad ulteriores ordinationes presbyterales et episcopales, etiam aliis in locis, sua vice processerunt.

Gravitate delictorum perpensa, haec Sacra Congregatio pro Doctrina Fidei, de speciali mandato SS.mi D. N. Pauli Pp. VI, ea quae sequuntur circa praedictas ordinationes declaranda decrevit :

1) Episcopi qui alios episcopos ordinaverunt, et ipsi episcopi ordinati, praeterquam in sanctiones, de quibus in canonibus 2370 et 2373, 1 et 3, Codicis iuris canonici, etiam in excommunicationem ipso facto incurrerunt, Apostolicae Sedi specialissimo modo reservatam, de-qua in Decreto Sacrae Congregationis Sancti Officii, diei 9 aprilis 1951 (A.A.S., XLIII, 1951, p. 217 s.). Poena vero, de qua in can. 2370, et presbyteris assistentibus, si qui adfuerint, applicatur.

2) Presbyteri, hoc illegitimo modo ordinati, sunt iuxta canonem 2374 ipso facto a recepto ordine suspensi et, quatenus actum ordinis posuerint, etiam irregulares (can. 985, 7).

3) Denique, quod attinet ad eos qui hoc modo illegitimo ordinationem iam acceperunt, vel qui ab his forte eandem accepturi sint, quidquid est de ordinum validitate, Ecclesia ipsorum ordinationem neque agnoscit neque agnitura est eosque, ad omnes iuris effectus, in eo statu habet, quem ipsi singuli antea habuerint, firmis manentibus, usque ad resipiscentiam, supra memoratis sanctionibus poenalibus. Contrariis quibusvis non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis pro Doctrina Fidei, die 17 Septembris 1976.

FRANCISCUS Card. SEPER, ***Praefectus***

SB Fr. Hieronymus Hamer O.P., ***Archiep. tit. Lorien., a Secretis***

SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

i

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI, successivis decretis Sacrae Congregationis pro Episcopis singulas, quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere. Nimirum praefecit :

die 15 Iulii 1976. — **Archiepiscopali Ecclesiae Ferrariensi Exc. P. D. Philippum Franceschi, hactenus Episcopum titularem Sillitanum.**

— Cathedrali Ecclesiae Comaclensi Exc. P. D. Philippum Franceschi, Archiepiscopum Ferrariensem.

Die 10 Septembris. — **Cathedrali Ecclesiae Guadicensi R. D. Ignatium Noguer Carmona, e clero archidioecesis Hispalensis.**

— Cathedrali Ecclesiae Ebusitanae Exc.mum P. D. Iosephum Gea Escolano, hactenus Episcopum tit. Arensem in Numidia.

Die 13 Septembris. — **Cathedrali Ecclesiae Portus magni Exc.mum P. D. Antonium I. Emery, hactenus Episcopum tit. Tamallulensem.**

Die 17 Septembris. — **Cathedrali Ecclesiae Placentinae in Hispania R. D. Antonium Vilaplana Molina, Canonicum metropolitanae Ecclesiae Valentinae.**

— Titulari episcopali Ecclesiae Gergitanae R. D. Antonium Rouco Várela, e clero dioecesis Mindoniensis-Ferrolensis, Vice-rectorem Pontificiae Universitatis Salmantinae, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Angeli Suquia Goicoechea, Archiepiscopi Compostellani.

— Titulari episcopali Ecclesiae Marazanensi R. D. Ioannem Mariam Uriarte Goiricelaya, presbyterum dioecesis Flaviobrigensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Antonii Afioveros Ataun, Episcopi Flaviobrigensis.

Die 20 Septembris. — **Titulari episcopali Ecclesiae Sufasaritanae R. D. Stanislaum A. Sygnet, Canonicum Ecclesiae Cathedralis Sandomiriensis, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Petri Golebiowski, Episcopi tit. Panitani, Administratoris Apostolici cathedralis Ecclesiae Sandomiriensis.**

Die 30 Septembris. — **Titulari Ecclesiae Alindensi Exc. P. D. Ioannem Hervás y Benet, hactenus Episcopum tit. Doritanum.**

— Praelaturae Cluniensi Exc. P. D. Raphaelem Tori ja de la Puente, hactenus Episcopum tit. Ursonensem, quem transtulit ad Ecclesiam tit. Doritanam.

Die lf Octobris. — **Coadiutorem c.j.s. Exc.mi P. D. Othonis Motta, Episcopi Campaniensis, Exc.mum P. D. Antonium Alfonsum de Miranda, S. S. S., Episcopum Lorenensem.**

II

ALEXANDRINAE IN ONTARIO

DECRETUM

De Concathedralis erectione et de dioecesis nominis mutatione

In dioecesis Alexandrinae in Ontario territorio urbs exstat Cornubiensis, seu *Comwall,* **quae in illa regione centrum religiosum et civile effecta est et cuius nomen, pastoralibus id suadentibus argumentis, priori opportune adiungendum videtur.**

Etenim Exc.mus P. D. Eugenius Larocque, Episcopus Alexandrinus, ad bono animarum aptius consulendum, ab Apostolica Sede hoc ipsum petivit, nempe, ut dioecesis nomen hac ratione compleretur et templum in memorata urbe exstans, Nativitati B. M. V. dicatum, ad dignitatem Concathedralis eveheretur et dioecesis Alexandrinae nomen hac ratione opportune mutaretur.

Porro Summus Pontifex Paulus," Divina Providentia Pp. VI, praehabito favorabili voto Exc.mi P. D. Angeli Palmas, Archiepiscopi titularis Vibianensis et in Dicione Canadensi Pro-Nuntii Apostolici, de consilio infrascripti Cardinalis Sacrae Congregationis pro Episcopis Praefecti, ratus id in animarum bonum cessurum, porrectis precibus benigne annuendum censuit.

Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, de plenitudine apostolicae potestatis, praesenti Sacrae Congregationis pro Episcopis decreto, perinde valituro ac si apostolicae sub plumbo litterae datae forent, memoratum templum in urbe Cornubiensi exstans Nativitati B. M. V. dicatum ad dignitatem et fastigium ecclesiae Concathedralis evehit ita ut posthac in eodem Cathedra episcopalis erigi possit ac debeat et Alexandrino Antistiti liceat, etiam diebus sollemnioribus, prouti magis ipsi' expedire vi-

deatur, in praefata ecclesia Concathedrali pontificalia exercere et in civitate Cornnbiensi pro lubitu residere.

Item eadem Sanctitas Sua indulget ut dioecesis — ideoque et eius pro tempore exsistens Antistes — in perpetuum vocari queat Alexandrina- Cor nubiensis.

Ad haec omnia exsecutioni mandanda idem Summus Pontifex deputare dignatus est memoratum Exc.mum P. D. Angelum Palmas, eidem tribuens facultates necessarias et opportunas etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere ei imposito ad hanc Sacram Congregationem pro Episcopis authenticum exemplar actus peractae exsecutionis quam primum remittendi.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis, die 17 mensis Septembris anno 1976.

© SEBASTIANUS Card. RAGGIO, *Praefectus*

L. © S.

© Ernestus Civardi, Archiep. tit. Serdicen., *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE SEU DE PROPAGANDA FIDE

i

GULIELMOPOLITANAE

DECRETUM

De Concathedralis erectione

Exc.mus ac Rev.mus Dominus Villelmus Michael Ellis, Episcopus Gulielmopolitanus, nuper ab Apostolica Sede expostulavit ut Basilica Sanctae Annae sacra et in media urbe extructa ad dignitatem et fastigium Ecclesiae Concathedralis eveheretur.

Sacrum hoc Consilium Christiano Nomini Propagando, vigore specialium facultatum sibi a Summo Pontifice Paulo Divina Providentia Pp. VI tributarum, re mature perpensa, id ratum in animarum bonum cessurum, porrectis precibus benigne annuendum censuit.

Quapropter, praesenti Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, praefata Basilica in urbe Gulielmopolitana exstans Dei in honorem Sanctae Annae, Beatissimae Virginis Mariae Matris, dicata, ad dignitatem et fastigium Ecclesiae Concathedralis evehitur, ita ut in eadem Basilica Cathedra Episcopalis erigi possit et divina officia, ad normam iuris et legum liturgicarum ibi persolvi valeantur.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, in Sollemnitate Beati Ioseph, Beatissimae Virginis Mariae sponsi, die xix mensis Martii anno Domini MCMLXXV.

AGNELLUS Card. Rossi, *Praefectus*

L. œ S.

© **Bernardinus Gantin,** ***a*** *Secretis*

II

LERIBENSIS

DECRETUM

De Concathedralis erectione

Exc.mus ac Rev.mus Dominus Paulus Khoarai, Episcopus Leribensis, nuper ab Apostolica Sede expostulavit ut templum Sancto Ioseph dicatum et in urbe vulgo Leribe extructum ad dignitatem Ecclesiae Concathedralis eveheretur.

Sacrum hoc Consilium Christiano Nomini Propagando, vigore specialium facultatum sibi a Summo Pontifice Paulo Divina Providentia Pp. VI tributarum, re mature perpensa, porrectis precibus benigne annuendum censuit.

Quapropter, praesenti Decreto praefatum templum in urbe Leribensi exstans, in honorem Sancti Ioseph dicatum, ad dignitatem Ecclesiae Concathedralis evehitur, ita ut in eodem templo Cathedra Episcopalis

erigi et divina officia, ad normam iuris legumque liturgicarum persolvi possint.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die xix mensis Martii a. D. MCMLXXV.

AGNELLUS Card. Rossi, *Praefectus*

L. © S.

© Bernardinus Gantin, *a Secretis*

III

LABRADORENSIS

DECRETUM

De Concathedralis erectione

Exc.mus ac Rev.mus Dominus Petrus Alafridus Sutton, Episcopus Labradorensis-Schefferpolitanus, nuper ab Apostolica Sede expostulavit ut templum in honorem Beatissimae Mariae Virginis sub invocatione A Perpetuo Succursu dicatum, in civitate Labradorensi exstans, ad dignitatem et fastigium Concathedralis eveheretur.

Sacrum hoc Consilium Christiano Nomini Propagando, vigore specialium facultatum sibi a Summo Pontifice Paulo Divina Providentia Pp. VI tributarum, re mature perpensa, porrectis precibus benigne annuendum censuit.

Quapropter, praesenti Decreto praefatum templum ad dignitatem Ecclesiae Concathedralis evehitur, ita ut in eodem templo Cathedra Episcopalis erigi possit ac debeat et Episcopus pro tempore, prout magis ipsi expedire videatur, in praefata ecclesia Concathedrali pontificalia exercere et in civitate Labradorensi pro lubito residere queat.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die iv mensis Septembris a. D. MCMLXXVI.

© D. S. LOURDUSAMY, *a Secretis*

L. © S.

Alagherius Taddei, *a Studiis*

IV
PEMBANAE

DECRETUM

De mutatione nominis dioecesis Portus Ameliae

Cum Exc.mus ac Rev.mus Dominus Ianuarius Machaze Nhangumbe, Episcopus Portus Ameliae, proposuisset ut praesens denominatio suae dioecesis ita permutaretur ut deinde, iuxta novam denominationem ab auctoritatibus civilibus nuper adoptatam, *Pembana* nuncuparetur, haec Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, re mature perpensa, optatis praelaudati Ordinarii inhaerendum esse censuit.

Itaque eadem Sacra Congregatio, vigore facultatum sibi a Ss.mo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Papa VI concessarum, supramemoratam propositionem adprobavit ac praesens ad rem Decretum confici iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die xvn mensis Septembris a. D. MCMLXXVI.

AGNELLUS Card. Rossi, *Praefectus*

L. © S.

© D. S. Lourdusamy, *a Secretis*

V
MAPUTENSIS

DECRETUM

De mutatione nominis archidioecesis « de Lourenço Marques »

Cum Exc.mus ac Rev.mus Dominus Alexander Iosephus Maria dos Santos, Archiepiscopus de Lourenço Marques, proposuisset ut praesens denominatio suae archidioecesis ita permutaretur ut deinde iuxta novam denominationem ab auctoritatibus civilibus nuper adoptatam, *Maputensis* nuncuparetur, haec Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, re mature perpensa, optatis praelaudati Ordinarii inhaerendum esse censuit.

Itaque haec Sacra Congregatio, vigore facultatum sibi a Ss.mo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Papa VI concessarum, supramemoratam propositionem adprobavit ac praesens ad rem Decretum confici iussit.

•Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die xvin mensis Septembris a. D. MCMLXXVI.

AGNELLUS Card. Rossi, *Praefectus*

L. © S.

© D. S. Lourdusamy, *a Secretis*

VI

XAI-XAIENSIS

DECRETUM

De mutatione nominis dioecesis Belopolitanae

Cum Exc.mus Ordinarius Belopolitanus proposuisset ut praesens denominatio suae dioecesis ita permutaretur ut deinde, iuxta novam denominationem ab auctoritatibus civilibus nuper adoptatam, *Xai-Xaiensis* **nuncuparetur, haec Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, re mature perpensa, optatis praelaudati Ordinarii inhaerendum esse censuit.**

Itaque eadem Sacra Congregatio, vigore facultatum sibi a Ss.mo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Papa VI concessarum, supra memoratam propositionem adprobavit ac praesens ad rem Decretum confici iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die i mensis Octobris a. D. MCMLXXVI.

AGNELLUS Card. Rossi, *Praefectus*

L. © S.

Titianus Scalzotto, *Subsecretarius*

SACRA CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

PASTOPOLITANAE

Servae Dei Mariae ab Incarnatione, in saeculo Vincentiae Rosal, Reformatricis Instituti Sororum Bethlehemitarum.

SUPER DUBIO

An eius Causa introducenda sit.

Sanctus Antonius Maria Claret, Sancti Iacobi de Cuba quondam vigilantissima archiepiscopus, die 16 Novembris a. 1869 scribebat : « Regio habetur in America admodum extensa et feracissima, atque animae numero maiore quam in Europa inde coelis nascentur. Europa enim velut vinea vetusta est, eaque plurimum iam non affert fructum : America vero vinea iunior est » *(Escritos autobiográficos y espirituales,* Madrid, B.A.C., 1959, p. 918). Quod apostolus Americae prophetico intuitu ominabatur, felix res eo quo scribebat tempore erat, quo verum sanctitatis ver longinquis illis in regionibus virtutum fulgore operumque apostolicarum ardore coruscabat. Inter flores vero qui Americam saeculo XIX exeunte vitae sanctitate decorarunt Dei Famula adnumeranda est Maria Rosai ab incarnatione, Instituti Sororum Bethlehemitarum reformatrix.

Nata est Serva Dei in loco vulgo *Quezaltenango* nuncupato, in Guatemala, die 26 Octobris anno 1820, parentibus Emmanuele Rosal et Leocadia Benitez, qui filiam postridie ex aqua et Spiritu Sancto Deo generandam curarunt, nomine Vincentiae eamdem nuncupantës. Post infantiam domi exactam, qua durante ad Eucharistiam primo participandam admissa est, adulescens per breve tempus saeculi vanitatibus indulgere visa est. At Dei gratia mota, paulo post pietatis ac fervoris viam iniit atque de vita religiosa aggredienda serio cogitare coepit. Licet primitus inter Carmelitides moniales asceteria Sanctae Ca-

tharinae Guatemalae ingredi percuperet, ex suasione cuiusdam amicae inter Sorores Bethlehemitas eiusdem urbis die 1 Ianuarii anno 1838 accepta est; ubi die 16 Iulii eodem anno religionis habitum induit, biennioque post, die 2 Ianuarii anno 1840, sacris votis nuncupatis se Christo, virginum sponso, dedicavit.

Dubiis tamen de vocatione, quibus iam per probationis tempus vexata fuerat, persistentibus, non satis austeram ad normam primigeniorum institutorum Bethlehemitarum vitam considerans, ad praefatum Sanctae Catharinae monasterium transiit, quod tamen paulo post, divina urgente voluntate a prudentibus sacerdotibus probata, dereliquit, ad Bethlehemitas revertens. Puellarum institutrix, magistra novitiarum, procuratrix, vicaria successive constituta, Instituto iuxta primitivum spiritum restaurando, superioribus probantibus, sibi ad laborandum esse persensit, ad quod inde ab anno 1855, quo Priorissa electa est, et ab anno 1860, quo generalis Moderatrix est renuntiata, incubuit. Nova sodalitatis statuta, ad tramitem pristinae legislationis austerius redegit; domum religiosam in urbe natali *Quezaltenango* **multo labore erexit (a. 1861), eamdem omnibus misericordiae operibus apertam materne voluit; Congregationis asceteria, cogentibus politicis eventibus catholico nomini adversis, et in Costarica (a. 1873) et in Columbia (a. 1885) diffundens, inibi etiam scaturigines gratiae, bonitatis, beneficentiae omne genus aperiens.**

Difficultates haud módicas humilis et animosa virgo per totum vitae decursum perpeti debuit ut divinae voluntati, multipliciter se per signa temporum manifestam praebenti, responderet. At fortis in fide, ardentissima in Deum fiducia suffulta, impensa et operosa semper in fratres, humiliores praesertim, acta caritate, quod sibi Ecclesia probante facturum esse intellegebat, nulla sui ipsius suaeque valetudinis ratione habita, citato cursu et invicta fortitudine ad propositum bravium ferre enitebatur.

Tali quidem ratione fatiscentem Bethlehemitarum communitatem salvam facere valuit et renovare, quam et ad pristinum fervorem revocavit, eique, Ecclesiae et temporum necessitatibus Dei sub lumine perspectis, novas operositatis apostolicae semitas in parvulorum pauperumque praesertim subsidium percurrendas audacter proposuit, digna

quidem quae Congregationis reformatrix ac veluti altera institutrix merito haberetur.

Quae adeo vehementi fervore in rem, quavis spreta difficultate, deducebat, spiritualis Servae Dei vitae ardore innitebantur, eiusque orationis studio. Ad vividiorem in dies eius fidelitatem erga Dei voluntatem maxime conferre visa est singularis in intimos Christi Cordis dolores pietas, quam ex speciali superno Dei interventu, uti fertur, recepit, quaeque feracissima fidei, spei et caritatis operum altrix fuit. Nemo vitam spiritualem Dei Famulae attente perpendet, quin huiusce devotionis formae momentum in eius profectu caritatis videat. Peculiaris enim huiusmodi pietas, quae ferventissimum apostolum in Beato Ezechiele Moreno, Pastopolitano episcopo, erat deinde habitura, Mariae ab Incarnatione veluti stimulus et incitamentum fuit, quibus ardentius humilitati, sui ipsius abnegationi et in bonum Ecclesiae donationi in dies insisteret.

Dum autem, Congregatione iam in Columbia erecta, etiam in Tulcán, in Aequatoria, domum eiusdem constituendam curabat, repentino morbo correpta, post aliquos dies aegritudinis, quibus praeclara patientiae, conformitatis in Dei voluntatem et caritatis exempla praebuit, virtutum fama celebris, die 24 Augusti a. 1886 ad Deum migravit.

Percrebrescente autem virtutum eius laudatione, qua adhuc viva circumdata erat, duo processus ordinaria auctoritate super fama sanctitatis vitae, virtutum et miraculorum in genere, et quidem alter apud Curiam archiepiscopalem Neapolitanam annis 1912-1915, et alter in episcopali Curia Pastopolitana in Columbia annis 1951-1952, instructi sunt. Quae canonicae inquisitiones una cum multis Sacrorum Antistitum aliorumque insignium Clericorum Litteris Postulatoriis Romam ad Sacram tunc Rituum Congregationem transmissae sunt. Sacra autem eadem Congregatio, scriptis Servae Dei perpensis, ad ulteriora in ipsa Causa procedi posse, die 12 mensis Maii anno 1955, approbante Pio Papa XII, edixit.

Instante denique Rev.do P. Angelo Mitri, Congregationis Missionariorum Oblatorum B.M.V. Immaculatae sodali atque huius Causae legitime constituto postulatore, habitus est die 18 Ianuarii anno 1976 Congressus Peculiaris Sacrae huius Congregationis pro Causis Sanctorum, in quo Officiales Praelati Patresque Consultores disceptarunt num

Causa praefatae Servae Dei introducenda esset. Qui cum affirmativam protulissent opinionem, celebrata est die 30 mensis Martii eodem hoc anno Peculiaris Congregatio, in qua Em.mus ac Rev.mus Dominus Humbertus Cardinalis Mozzoni, Causae Ponens seu Relator, dubium discutiendum posuit : *An introducenda sit Causa beatificationis in casu et ad effectum de quo agitur,* **deque ea rettulit. Et Patres Cardinales, omnibus mature perpensis, suffragium tulerunt affirmativum, nempe Causam esse introducendam, si Summo Pontifici placuisset.**

Hisce de rebus facta postmodum Paulo Papae VI per subscriptum Pro-Praefectum relatione, Sanctitas Sua responsum Patrum Cardinalium ratum habuit et confirmavit.

Datum Romae, die 23 Aprilis a. D. 1976.

© CONRADUS BAFILE, Archiep. tit. Antiochen. in Pisidia,
Pro-Praefectus

L. © S.

© Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., *a Secretis*

ACTA COMMISSIONUM

PONTIFICIA COMMISSIO DECRETIS CONCILII VATICANI II INTERPRETANDIS

Responsa ad proposita dubia

Patres Pontificiae Commissionis Decretis Concilii Vaticani II Interpretandis, propositis in plenario coetu quae sequuntur dubiis, respondendum esse censuerunt ut infra :

I.

De exceptione suspicionis

ID. **- 1) Utrum proponi possit exceptio suspicionis adversus singulos S. R. E». Cardinales Signaturae Apostolicae, et quatenus affirmative :**

2) Quaenam via et ratio sit sequenda ad exceptionem suspicionis definiendam.

R. - *Affirmative ad primum,* **seu exceptionem suspicionis adversus singulos S. R. E. Cardinales Signaturae Apostolicae moveri posse;** *ad secundum,* **res deferatur Summo Pontifici.**

II.

De decreto ratihabitionis in causis matrimonialibus

D. - Utrum motiva decidendi in decretis, de quibus in interpretatione authentica diei 14 februarii 1974, praebenda sint sub sanctione nullitatis ipsorum decretorum an tantum ad legitimitatem.

R. - *Affermative ad primum, Negative ad secundum.*

Ss.mus Dominus Noster Paulus Pp. VI in Audientia die 1 iulii 1976 infrascripto impertita, supradictas decisiones ratas habuit, adprobavit et publicari iussit.

PERICLES Card. FELICI, *Praeses*

ACTA TRIBUNALIUM

TRIBUNAL VICARIATUS URBIS

Citatio edictalis

ROMANAE

Nullitatis matrimonii (Artibasi-Bacciotti)

Ignorandosi il luogo dell'attuale domicilio della Sig.ra Cristina Bacciotti, convenuta nella causa di nullità di matrimonio di cui in epigrafe,

CITIAMO

detta signora a comparire personalmente o a mezzo di legittimo Procuratore, nella Sede del nostro Tribunale del Vicariato (Piazza S. Giovanni in Laterano, 6 - Roma), l'll/I/1977, alle ore 12.00, per concordare il dubbio o almeno sottoscrivere la seguente formula : « Se consti della nullità del matrimonio in caso ».

I Vescovi, i Parroci, i Sacerdoti, i Fedeli tutti che in qualche modo abbiano notizia del domicilio della Sig.ra Cristina Bacciotti, abbiano cura di informarla della presente citazione.

E. Canzonieri, *Giudice Istruttore*

Dal Palazzo del Vicariato di Roma il 28/9/1976.

B. Cicioni, *Cancelliere*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Lunedì, 27 Settembre 1976, il Santo Padre Paolo **VI** ha ricevuto in Udienza ufficiale, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il signor **RUBEN VICTOR MANUEL BLANCO**, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario d'Argentina.

Giovedì, 30 Settembre 1976, il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in Udienza ufficiale, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza di Signor **GEORGES GALICHON**, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario di Francia.

Venerdì, 1 Ottobre 1976, il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in Udienza S. E. il signor **LOPO DO NASCIMENTO**, Primo Ministro della Repubblica Popolare dell'Angola.

Sabato, 2 Ottobre 1976, il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in Udienza ufficiale, per la presentazione delle Lettere Credenziali, S. E. il signor **KIYOSHI SUGANUMA**, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario del Giappone.

Sabato, 2 Ottobre 1976, il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in Udienza S. E. il signor Don **LEOPOLDO CALVO SOTELO**, Ministro delle Opere Pubbliche in Spagna.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Breve Apostolico il Santo Padre Paolo VI ha nominato:

Assistente al Soglio Pontificio:

10 settembre 1976. S. E. Mons. Clemente Gaddi, Arcivescovo-Vescovo di Bergamo.

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato:

Prelati d'Onore di Sua Santità:

13	ottobre	1975.	Mons. Martin Maduka (Onitsha).
»	»	»	Mons. Matthew Obiukwe (Onitsha).
»	»	»	Mons. Joseph Orakwe (Onitsha).
4	novembre	»	Mons. Lucas Ade A Tang (Buea).
»	»	»	Mons. James Toba (Buea).
9	giugno	1976.	Mons. Bruno Theodor Eresing (Paderborn).
26	»		Mons. Antonio F. Gatti (San Justo).
»	»		Mons. Leonardo Benjamin López May (San Justo).
»	»		Mons. Martino McDonough (Galway).
6	luglio		Mons. Georg Gewinner (Bamberg).
»	»		Mons. Konrad Pieger (Bamberg).
»	»		Mons. Alejandro Mejia (Cagayan).
16	»		Mons. Michele Leone (Cerignola).
24	agosto		Mons. Ennio Di Nino (Valva e Sulmona).

Cappellani di Sua Santità:

13	ottobre	1975.	Il sac. Alfred Anyicie (Onitsha).
»	»	»	Il sac. Vincent J. Madike (Onitsha).
»	»	»	Il sac. Albert Obiefuna (Onitsha).
»	»	»	Il sac. Ferdinand Ugwueze (Onitsha).
23	dicembre	»	Il sac. Albert Lupp (Augsburg).
15	febbraio	1976.	Il sac. Peter Ohuchokwu (Port Harcourt).
19	»		Il sac. Wilhelm Kleifges (Köln).
4	marzo		Il sac. Wilhelm Peifer (Köln).
»	»		Il sac. Ludwig Schöller (Köln).
20	»		Il sac. Karl H. Bergmann (Köln).
»	»		Il sac. Walter Jansen (Köln).
9	aprile		Il sac. Basil Meeking (Christchurch).
6	luglio		Il sac. Rudolf Koch (Fulda).
»	»		Il sac. Eduard Krieg (Fulda).
10	agosto		Il sac. Domenico Ramelli (Avezzano).

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha conferito :

La Gran Croce dell'Ordine di san Gregorio Magno:

26 marzo 1976. Al sig. Pötter Wilhelm (Münster).
6 settembre » Al sig. Jean Guitton *(France).*

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno:

25 agosto 1976. Al sig. Tshiamala Makenga *(Zaire).*

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno:

28 febbraio 1975. Al sig. Fitzgibbon Paul (Westminster).
3 dicembre » Al sig. Brendan Ellis (Nakur).
11 » » Al sig. Engels Karel (Anvers).
4 marzo 1976. Al sig. Gilles Albert (Köln).
» » » Al sig. Schurmeyer Albert (Köln).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno:

27 gennaio 1975. Al sig. Metcalfe Aloysius (Westminster).
18 febbraio 1976. Al sig. Wery Alexandre (Liège).
24 marzo » Al sig. Bong Jakob (Köln).
» » » Al sig. Hemmersbach Anton (Köln).
5 giugno » Al sig. Journel Jacques (Soissons).
» » » Al sig. Salmón Jean-Marie (Soissons).,
16 luglio » Al sig. Bini Bino (Firenze).
25 agosto » Al sig. Lukata Dionga *(Zaire).*

La Gran Croce dell'Ordine di san Silvestro Papa:

5 giugno 1976. Al sig. Devlin John (Cork).

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

27 marzo 1976. Al sig. Beddgenoots Maurits (Malines-Bruxelles).
» » » Al sig. Hallet Jean (Malines-Bruxelles).
» » » Al sig. Pluymers Paul (Malines-Bruxelles).
24 luglio » Al sig. Farris Riccardo (Roma).
» » » Al sig. Di Bari Giovanni (Fano).
7 agosto » Al sig. Pinto Ugo (Roma).
26 » » Al sig. Fortunato Sabino (Andria).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa.

20 marzo 1976. Al sig. Black Georg (München und Freising).
9 maggio Al sig. Thonemann Bernard (Münster).
9 giugno Al sig. Buencamino Felipe M. (Manila).
» » Al sig. Tavanlar Eligio J. (Manila).
Al sig. Trinidad Anselmo (Manila).
6 luglio Al sig. Cagnacci Primo (Roma).
24 » Al sig. Pallini Giovanni (Pescia).
31 » Al sig. Hayes Daniel (Sydney).
4 agosto Al sig. Gambarini Guido (Bergamo).

NECROLOGIO

6 settembre 1976. Mons. Francisco Xavier Ochoa, Vescovo tit. di Remesiana.
8 » » Mons. Marc Lacroix, Vescovo già di Churchill-Baie d'Hudson *(Canada).*
9 » » Mons. John E. Taylor, Vescovo già di Stockholm *(Sverige).*
11 » » Mons. Ambrozij Senyshyn, Metropolita di Philadelphia degli Ucraini *(U.S.A.).*
14 » » Mons. Vicente Bernikon, Vescovo di Malabo *(Guinea Ecuatorial).*
15 » » Mons. Pieter A. Merman, Vescovo già di Groningen *(Nederland).*
25 » » Mons. Francesco Jop, Vescovo di Opole *(PolsJca).*
» » » Mons. Paul Ai jiro Yamaguchi, Arcivescovo già di Nagasaki *(Japan).*

An. et vol. LXVHI 30 Novembris 1976 N. 11

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA PAULI PP. VI

CONSTITUTIO APOSTOLICA

MATERANENSIS, MONTIS PELUSII ET GRAVINENSIS

Dioecesis Montis Pelusii, in Italia, a Gravinensi disiungitur eademque archidioecesi Materanensi aeque principaliter iungitur.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Apostolicis Litteris, quae a verbis « De utiliori dominicae » incipiunt, die XXVII mensis Iunii, anno MDCCCXVIII, datis, Venerabilis Decessor Noster Pius VII P. M. id consulto statuit, ut dioecesis Montis Pelusii aeque principaliter Gravinensi in perpetuum iungeretur. Volentes autem Nos ut, mutatis rerum adiunctis atque Oecumenico Concilio Vaticano II suadente (cf. *Chr. Dom.,* 22), earum dioecesium fines, ad distinctas in praesens Italorum regiones spectantes, Lucanam videlicet et Apulam, cum civilibus limitibus congruerent, maxime sane fore confisi ut ad animarum procurandam utilitatem id magis aptiusque conduceret, sententiam secuti Venerabilis Fratris Nostri S. R. E. Cardinalis Praefecti Sacrae Congregationis pro Episcopis, auctoritate Nostra apostolica sequentia decernimus et iubemus. Dioecesim Montis Pelusii a Gravinensi separamus eamque archidioecesi Materanensi aeque principaliter ac perpetuo iungimus. Materanensis proinde Archiepiscopus dioecesis etiam Montis Pelusii Episcopus erit; Gravinensis autem dioecesis Episcopum

suum habere perget, immutatis dioecesium istarum finibus. Mandamus praeterea ut omnia documenta et acta, quae dioecesim Montis Pelusii eiusque clericos et Christifideles respiciant, si qua in tabulario dioecesanae Curiae Gravinensis serventur, tabulario dioecesis Montis Pelusii tradantur; utque pariter bona omnia sive mobilia sive immobilia, quae ad mensam episcopalem vel ad eandem dioecesim Montis Pelusii pertineant, Ordinario Montis Pelusii quam primum reddantur. Haec quae praescripsimus ad effectum adducat Venerabilis Frater Michael Giordano, Archiepiscopus Materanensis, vel ab eo delegatus sacerdos, effectique negotii documentum exaret ad Sacramque Congregationem pro Episcopis mittat, recte signatum atque sigillo munitum.

Has autem sub plumbo Litteras sive nunc sive in posterum efficaces esse et fore volumus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die xi mensis Octobris, anno Domini MCMLXXVI, Pontificatus Nostri quarto decimo.

© IOANNES Card. VILLOT, *Secretarius Status*

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Loco £8 Plumbi

In Secret. Status tab., n. 315881.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Beatus Leopoldus Adeodatus Mandic, O.F.M. Capuccinorum, confirmatur Patronus Provinciae Croaticae eiusdem Ordinis.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Ut nova laus Ordini Fratrum Minorum Capuccinorum accessit ita decus simul et lumen insigne toti Croatiae genti additum nuperrime est, cum eadem ortum in terra, Castri videlicet Novi, indeque profectum sodalem religiosum ac presbyterum Christi, Leopoldum Adeodatum Mandié, Nos ipsi huius anni mense Maio in Beatis Caelitibus perlibentes adnumeraremus, quippe quem clare Nobis constitisset votorum suorum fidelitate et sacerdota-

lium munerum curatione praesertim vero Reconciliationis sacramenti dispensatione atque oecumenicorum inceptorum et studiorum propugnatione adsidua unice eminuisse. Mirandum propterea non fuit quod illius Ordinis Capitulum Provinciale Croatiae singulorum quidem participum consensione adscivit paulo post in primum erectae recens provinciae patronum caelestem ipsum illum indigenam Beatum riteque petivit ab hac Apostolica Sede ut nominationem eam et electionem legitime confirmaremus ad normam Instructionis de Calendariis particularibus atque Officiorum et Missarum Propriis recognoscendis n. 30. Nostra ergo auctoritate adstipulamur postulatione sic admotae, firmiter sperantes futurum ut non tantum Beati illius viri virtutes et opera praecipue oecumenica alacriter sectentur posteri ipsius sodales in terris sed etiam ut congruis adiumentis ille veluti praesens semper opituletur de caelis. Quam ob rem, eis singillatim corroboratis quae Sacra Congregatio pro Sacramentis et Cultu Divino iam egit ex potestatibus concessis a Nobis, sancimus et confirmamus Beatum Leopoldum Adeodatum Mandic, sacerdotem professum Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum, apud Deum haberi posse et esse Patronum Provinciae Croaticae eiusdem Ordinis, tributis iuribus et privilegiis liturgicis secundum rubricas consequentibus. Contrariis minime obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub Anulo Piscatoris, die xin mensis Septembris, anno MCMLXXVI, Pontificatus Nostri quarto decimo.

© **IOANNES Card. VILLOT,** *Secretarius Status*

Loco £g Sigilli
In Secret. Status tab., n. 311976.

II

Beatus Maximilianus Kolbe creatur Patronus Caelestis paroeciae vulgo Mistrzejowice appellatae, in Cracoviensis archidioecesis urbe « Nowa Huta ».

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Quaecumque Pastorum sacrorum laudabilia incepta id Nobis perfectura videntur ut Catholicorum fides novis doctrinae Christianae formulis confirmetur eorumque vita cotidiana novis pariter sanctimoniae exemplis conformetur, eadem Nos tum libentes quidem agnoscere solemus tum congruis etiam adiumentis fovere.

Postquam igitur Venerabilis Frater Noster Carolus S. R. E. Cardinalis Wojtyla, Archiepiscopus Cracoviensis, optatum ac votum sacerdotum et fidelium illius gregis declaravit, ut nempe aedes sacra exstrui nuper coepta nec non ipsa modo instituta canonice paroecia Mistrzejowice in urbe Nowa Huta intra Cracoviensis archidioecesis fines rite dicarentur honori et nomini Beati Maximiliani Mariae Kolbe tamquam proprii apud Deum patroni, nihil dubitavimus eandem suscipere rogationem eique legitime satis facere, quo certius ille populus sibi novum haberet lumen caritatis evangelicae quod omnes contemplarentur, specimen apostolicae navitatis quod imitarentur, validum in caelis columen quod ipsi precarentur. Quibus de causis Nos apostolica Nostra auctoritate atque harum Litterarum vi, Beatum Maximilianum Mariam Kolbe praecipuum apud Deum destinamus et renuntiamus patronum paroeciae quam diximus Mistrzejowice in civitate Nowa Huta Cracoviae, omnibus additis honoribus et privilegiis liturgicis quae talibus Patronis iure competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Ceterum praecipimus ut hae Litterae Nostrae religiose serventur suosque effectus ut nunc ita posthac quoque obtineant. Contrariis minime obstantibus. ^

Datum Romae, apud S. Petrum, sub Anulo Piscatoris, die xi mensis Octobris, anno MCMLXXVI, Pontificatus Nostri quarto decimo.

S* IOANNES Card. VILLOT, *Secretarius Status*

Loco © Sigilli

In Secret. Status tab., n. 314976.

III

Templum Spiritus Sancti sacrum apud locum « La Grita » nuncupatum intra fines dioecesis Sancti Christophori in Venetiola extollitur ad Basilicae Minoris gradum.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Christi ipsius Redemptoris flagrans amor constansque cultus plane iam diu efficit ut ad egregiam forma aedem sacram nomine Sancti Spiritus de ((La Grita)) designatam in dioecesi Sancti Christophori Venetiolae, frequentes undique etiam ;de longinquo confluant hominum multitudines tamquam peregrinatorum piorum qui inibi venerentur perantiquum Domini Iesu simulacrum unaque renovent affectionem Christianam suam ac fidem universam con-

domum ac ludum alterum Philadelphiae, et domicilium aliud Neo-Eboraci, item orphanis excipiendis et curandis. Nimirum Societas illa, obscurissimis initiis Emmittsburgi nata, ad sinapis similitudinem (cfr. *Matth.* 13, 31) tam crevit, ut nunc, in sex Congregationes tamquam in patulos ramos distributa, plus quam octo milibus membrorum coalescat, domiciliis frequentissimis per Civitates Foederatas Americae Septemtrionalis, per Canadiam, per omnemque orbem terrarum longe lateque constitutis, quibus proprium est opera educationis atque caritatis aggredi, alere, fovere.

Ceterum diuturna tantae virtutis ac tam mirabilis vitae memoria, ad sanctissimas Evangelii leges conformatae, causa iusta visa est inaugurandi processus, quem dicunt, dioecesani, Baltimorae, ad obtinendam eius beatificationem. Qua re, eius ante scriptis examinatis, Sacra Rituum Congregatio pronuntiavit, anno millesimo nongentesimo tricesimo sexto, die quinto decimo mensis Ianuarii, nihil obstare, quominus ultra procederetur. Post haec, die vicesimo octavo mensis Februarii anno millesimo nongentesimo quadragesimo, Pius XII P. M. bo. me. decessor Noster, coetum, seu Commissionem incipiendae Causae designavit. Cumque coaequales testes, id est eius aetatis qua Elisabeth vixisset, nulli essent, Causa credita est Sectioni historicae Sacrae Congregationis Rituum. Deinde vero ab eadem Sacra Congregatione diligentissime investigato, Ioannes XXIII Decessor Noster, die duodevicesimo Decembris, anno millesimo nongentesimo quinquagesimo nono, de virtutibus a famula Dei heroum more exercitis decretum fecit. Duae praeterea sanationes a Deo per eius intercessionem patratae examinatae sunt in Curiis dioecesanis Novae Aureliae ac Baltimorensi ; de quibus cum medici et experti viri bene iudicavissent, cumque Sacra Congregatio pronuntiasset eas praeter naturae ordinem factas esse, die quinto et vicesimo mensis Februarii, anno millesimo nongentesimo sexagesimo tertio, idem Ioannes XXIII prodigia illa probavit ut apta ad famulae Dei beatificationem; quae profecto die decimo septimo mensis Martii eodem anno sollemniter facta est. Causa vero die septimo et vicesimo Ianuarii anni millesimi nongentesimi sexagesimi sexti iterum agi coepta est. Quo tempore nempe nova ac omnino mira sanatio, beatae Elisabeth intercessioni attributa, in quaestionem venit apud Curiam episcopalem Neo-Eboracensem, in qua processus Apostolicus fuerat institutus. Quae omnia cum fuissent a Sacra Congregatione pro Causis Sanctorum probata in peculiari congressu die octavo mensis Octobris, anno millesimo nongentesimo septuagesimo quarto, atque in plenaria Congregatione,


quam dicunt Patrum Cardinalium, die tertio Decembris eodem anno, Nos tum miraculum suprema auctoritate Nostra probavimus, die nono eiusdem mensis Decembris, tum a lege alterius miraculi exemimus, ad normam canonis 2138 § 1 C.I.C. ; atque in Consistorio die duodecimo mense eodem habito, ad sollemnem canonizationem beatae Elisabeth Annae Bayley vid. Seton diem diximus, decimum quartum nempe mensis Septembris, anno millesimo nongentesimo septuagesimo quinto, id est hodie, iubilari laetitia.

Hoc ergo die, caelesti luce perfuso, in Petriana Area Eucharisticum sacrificium celebravimus, inter quod haec sanctissima protulimus verba : ((Ad honorem Sanctae et Individuae Trinitatis, ad exaltationem fidei catholicae et vitae christianae incrementum, auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de plurimorum Fratrum Nostrorum consilio, Beatam Elisabeth Annam Bayley viduam Seton, fundatricem Congregationis Sororum a caritate S. Iosephi in America, Sanctam esse decernimus et definimus, ac Sanctorum catalogo adscribimus, statuentes eam in universa Ecclesia inter Sanctos pia devotione recoli debere. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen ».

Quae autem per has Litteras decrevimus firma esse atque fore statuimus, contrariis quibuslibet nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die xiv mensis Septembris, anno sacri Iubilaei MCMLXXV, Pontificatus Nostri tertio decimo.

Ego PAULUS Catholicae Ecclesiae Episcopus



Loco SB **Plumbi**

In Secret. Status tab., n. 281855.

LITTERAE APOSTOLICAE MOTU PROPRIO DATAE

I

De Abbatiarum nullius dioeceseos innovatione

PAULUS PP. VI

Catholica Ecclesia, quae « una cum tota humanitate incedit eandemque cum mundo sortem terrenam experitur, ac tamquam fermentum et veluti anima societatis humanae in Christo renovandae et in familiam Dei transformandae exsistit eo valentius officium suum hominibus praestabit quo sollicitius compages suas, attenta quoque populorum progressione, restaurabit.

Qua de re, cum Sancta Oecumenica Synodus Vaticana II exoptet, ut monachi — servata indole propriae institutionis — antiquas beneficas traditiones renovent easque hodiernis animarum necessitatibus accommodent, atque ((religiones quae ex regula vel instituto vitam apostolicam intime consociant officio chorali observantiisque monasticis »[2] rationem vivendi cum apostolatus sibi convenientis exigentiis componant, cumque oporteat, ut dioecesis, ad proprium finem consequendum, Ecclesiae naturam in populo Dei ad se pertinente perspicue manifestet,[3] spes rerum in posterum longe meliorum tunc firmior multo consistet si fideliter servetur atque magis in dies eluceat in suo germano spiritu venerabile vitae monasticae institutum.

Haec sane commutatio non imminuit auctoritatem et « praeclara merita longo saeculorum cursu in Ecclesia et in humana, consortione »[4] acquisita a canonicalibus institutis, quae inde a Sanctorum Patrum temporibus floruerunt atque a monasticis institutis, illorum praesertim

[1] Conc. Oecum. Vat. II, Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Grandium et spes,* n. 40: *A.A.S.* 58 (1966), p. 1058.

[2] Conc. Oecum. Vat. II, Decr. de accomm. renov. vitae religiosae *Perfectae caritatis,* n. 9: *A.A.S.* 58 (1966), p. 706.

[3] Cfr. Conc. Oecum. Vat. II, Decr. de past. Episcop. munere in Ecclesia *Christus Dominus,* n. 22: *A.A.S.* 58 (1966), p. 683.

[4] Conc. Oecum. Vat. II, Decr. de accomm. renov. vitae religiosae *Perfectae caritatis,* n. 9: *A.A.S.* 58 (1966), p. 706.

quae a Benedicto auctore nomen unaque cum sanctissimis legibus miram in hominum utilitatem agendi perpetiendique vim mutuaverunt. Siquidem, cum Romanum imperium corrueret et in eius provincias turmatim barbari confluerent cumque ipsa Roma ((dissoluta moenia, eversas domos, destructas ecclesias turbine »[5] ostenderet, religiosi viri cruce, libro, aratro indociles silvestresque gentes mansuefecerunt atque catholicae Ecclesiae validissimo fuerunt propugnaculo et vallo.

Cum igitur « monachorum praecipuum officium sit divinae Maiestati humile simul ac nobile servitium praestare intra saepta monasteria sive in umbratili vita integre se divino cultui dedicent, sive aliqua apostolatus vel christianae caritatis opera legitime assumpserint »,[6] opportunum visum est nonnullas canonicas normas, quibus Abbatiae nullius dioeceseos moderantur, retractare.

Itaque, Dicasteriis Romanae Curiae quorum interest auditis eorumque sententiis mature perpensis, certa scientia atque suprema et apostolica Nostra auctoritate, has quae sequuntur normas de Abbatiis nullius dioceseos edere statuimus, simul abrogantes praescripta vigentia iisdem normis quomodocumque contraria.

1. Abbatiae nullius dioeceseos[7] in posterum ne erigantur, nisi peculiarissima adiuncta in bonum animarum cedentia aliter suadeant.

2. Abbatiae nullius in praesens exstantes, iis exceptis quae singulari iure reguntur,[8] audita Conferentia episcopali cuius interest, aptius ad territorium quod attinet definiantur vel in alias ecclesiasticas circumscriptiones convertantur, iuxta normas a Concilio Oecumenico Vaticano II statutas.[9]

3. Abbatia nullius, cuius territorium ex toto in aliam ecclesiasticam circumscriptionem versum est, in statum iuris communis restituetur vel iure singulari regetur, prout Apostolica Sedes singulis in casibus decrevit.

[5] S, Gregorius M., *Dialogorum,* 1. II, 15: *PL* 66, 162.

[6] Conc. Oecum. Vat. II, Decr. de accomm. renov. vitae religiosae *Perfectae caritatis,* n. 9: *A.A.B.* 58 (1966), p. 706.

[7] Cfr. can. S19 § 1 C.I.C.

[8] Cfr. *ib.* § 2.

[9] Cfr. Conc. Oecum. Vat. II, Decr. de past. Episcop. munere in Ecclesia *Christus Dominus,* n. 23: *A.A.S.* 58 (1966), p. 684.

4. Sacramenti Ordinis plenitudo episcopali consecratione Abbatibus ne conferatur, nisi spiritualis auctoritas et peculiaris status Abbatiae, quae portionem Populi Dei complectitur,[10] id postulent.

Quae vero a Nobis hisce Litteris, motu proprio datis, decreta sunt pro universa Ecclesia, ea omnia rata ac firma esse iubemus, contrariis quibuslibet, etiam specialissima mentione dignis, non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xxiii mensis Octobris, anno MCMLXXVI, Pontificatus Nostri quarto decimo.

PAULUS PP. VI

II

Consilium de Laicis nova certaque ratione ordinatur, Pontificium Consilium pro Laicis in posterum appellandum.

PAULUS PP. VI

Apostolatus peragendi variae formae seu divisiones ministrationum,[1] quae aedificando Corpori Christi mystico, quod est Ecclesia, deserviunt, ad laicos quoque iure meritoque pertinent, quemadmodum Concilium Oecumenicum Vaticanum II nostra docuit aetate, traditam de hac re doctrinam in novo collocans lumine. Laici enim «in saeculo vivunt, scilicet in omnibus et singulis mundi officiis et operibus, et in ordinariis vitae familiaris et socialis condicionibus, quibus eorum exsistentia quasi contexitur. Ibi a Deo vocantur, ut suum proprium munus exercendo, spiritu evangelico ducti, fermenti instar ad mundi sanctificationem velut ab intra conferant, sicque praeprimis testimonio vitae suae, fide, spe et caritate fulgentes, Christum aliis manifestent ».[2]

Haec vero tempora, ut nemo non videt, impensiorem latioremque postulant apostolatum illorum ; cuius quidem « multiplicis urgentisque necessitatis signum est evidens operatio Spiritus Sancti laicos hodie magis magisque propriae responsabilitatis conscios reddentis eosque ad servitium Christi et Ecclesiae ubique incitantis ».[3]

[10] Cfr. ¿6. n. 11: *I. c,* p. 677.

[1] Cfr. *1 Cor.* 12, 5.
[2] Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 31.
[3] Decr. de apostolatu laicorum *Apostolicam actuositatem,* n. 1.

Huiusmodi rerum statu et ipsius Concilii hortamento[4] impellentibus, anno MCMLXVII in Romana Curia constitutum est Consilium de Laicis, ac quidem per Apostolicas Litteras *Catholicam Christi Ecclesiam,* die VI mensis Ianuarii eodem anno motu proprio a Nobis datas. Est tamen memorandum Consilium illud experimenti gratia et ad tempus esse conditum, cum munerum exercitatio rerumque usus opportunas immutationes suadere possent.[5]

Fatemur quidem hoc ipsum Consilium mandata sibi officia diligenter implevisse, sive promovendo, disposite conectendo et ordinando laicorum apostolatum in nationibus vel in ipso corpore Ecclesiae, sive consiliis adiuvando Hierarchiam et laicos, sive ad studia circa hanc rem incumbendo, sive alia incepta suscipiendo.

Quoniam vero causae, ob quas idem Consilium fuit institutum, admodum amplificatae sunt et quaestiones, in hac apostolatus catholici regione aggrediendae et solvendae, multo graviores evaserunt latiusque patentes, necnon experientia per hos annos hausta utiles cognitiones suppeditavit, visum est Nobis huic Romanae Curiae ministerio, quod in praeclaris fructibus Concilii Vaticani II potest numerari, novam, stabilem praestantioremque formam tribuere.

Itaque, omnibus mature perpensis peritorumque sententia expetita, haec, quae sequuntur, statuimus atque decernimus.

I. Consilium de Laicis in posterum appellabitur Pontificium Consilium pro Laicis.

II. Consilio praeficitur et moderatur Cardinalis Praeses, cui adest Coetus Praesidialis, tres Cardinales Romae degentes et Secretarium eiusdem huius Consilii complectens.

Coetus Praesidialis congregatur alternis mensibus et quoties Cardinali Praesidi necessarium visum fuerit ad maioris momenti negotia expedienda.

Cardinalis Praeses a Secretario et Subsecretario adiuvatur. Ad praedictos universos pertinet, secundum normam iuris, ea omnia peragere, quae potestatem ordinis et iurisdictionis sacram requirunt.

III. Membra Pontificii huius Consilii maiorem partem sunt laici — in ea cooptantur etiam quidam Episcopi et sacerdotes — e variis

[4] Cfr. *ibid.*, n. 26.

[5] Cfr. *A.A.S.* 59 (1967), p. 28.

orbis terrarum partibus asciti et in diversis muneribus apostolatus laicorum versantes, aequa proportione inter viros et mulieres servata.

Membra semel in anno, nisi peculiaria adiuncta aliter suadeant, ad conventum convocantur una cum Coetu Praesidiali agendum, moderante Cardinali Praeside, quem Secretarius adiuvat.

IV. Consilium opera utitur Consultorum, virtute, scientia et prudentia insignium, ita electorum, ut laici ceteris numero praevaleant et aequa servetur proportio inter viros et mulieres; quibus ex officio adiunguntur Secretarii Sacrarum Congregationum pro Episcopis, pro Ecclesiis Orientalibus, pro Clericis, pro Religiosis et Institutis Saecularibus, pro Gentium Evangelizatione et Secretarius Pontificiae Commissionis a Iustitia et Pace. Optandum est, ut in Consultorum numero una vel plures sint mulieres vita consecrata astrictae.

V. Consultores coetum seu, ut aiunt, *Consultam* constituunt, cuius est altius expendere omnes quaestiones, de quibus est Membris Consilii decernendum, ac res sibi a Praepositis demandatas fideliter exsequi.

Consultores convocari possunt aut omnes simul aut ad efficiendos coetus minores, qui ad opus quoddam incumbunt, aut singillatim de argumentis interrogari.

VI. *Competentia* Pontificii Consilii pro Laicis complectitur apostolatum laicorum in Ecclesia ac disciplinam laicorum qua talium.

Particulatim munera huius Pontificii Consilii sunt :

1) excitare laicos, ut vitam et missionem Ecclesiae participent sive, ac quidem potissimum, ut sodales consociationum, quibus apostolatus est propositus, sive ut singuli Christifideles;

2) attendere, dirigere et, si opus est, promovere incepta, quae ad apostolatum laicorum attinent, in variis vitae socialis provinciis, ratione habita *competentiae,* in his rebus, aliorum Romanae Curiae Dicasteriorum ministeriorumque ;

3) ea omnia pertractare, quae spectant ad :

— coetus laicorum de apostolatu agentium in ambitu sive in-; ternationali sive nationali, salva *competentia* Secretariae Status seu Papalis ;

— consociationes catholicas, apostolatum atque spiritualem vitam

et navitatem laicorum promoventes, firmo iure Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione circa consociationes *exclusive* **cooperationem missionalem foventes ;**

— pias associationes (i.e. Archiconfraternitates, Confraternitates, Pias Uniones, Sodalicia cuiusvis generis), collatis consiliis cum Sacra Congregatione pro Religiosis et Institutis Saecularibus, quoties de associationibus agatur a Familia Religiosa vel ab Instituto Saeculari erectis;

— Tertios ordines saeculares in iis tantum rebus, quae ad eorum operositatem apostolicam pertinent, firma proinde *competentia* **Sacrae Congregationis pro Religiosis et Institutis Saecularibus quoad cetera ;**

— consociationes clericis et laicis communes, salva *competentia* **Sacrae Congregationis pro Clericis quoad observantiam legum generalium Ecclesiae;**

4) proprio quidem inceptu fovere actuosam participationem laicorum spectantem ad rem catechisticam, liturgicam, sacramentalem, institutoriam hisque similem, operam sociando in his cum variis Romanae Curiae Dicasteriis, quae in iisdem causis versantur;

5) curare, ut leges ecclesiasticae laicos respicientes sancte serventur, atque via administrativa controversias cognoscere ad laicos spectantes;

6) concordi ratione cum Sacra Congregatione pro Clericis ea omnia accurare, quae ad Consilia pastoralia, gradus sive paroecialis sive dioecesani, pertinent, ita ut laici adducantur ad participandam rem pastoralem apto nexu compositam seu *globalem.*

VII. Pontificio Consilio pro Laicis innititur Consilium de Familia, quod tamen formam ac distinctiones sibi proprias servat.

Cui praeest ipse Cardinalis Praeses Pontificii Consilii pro Laicis, qui hac quoque in re peculiariter adiuvatur a Secretario eiusdem huius Consilii.

Cardinalis uni ex Officialibus Consilii pro Laicis munus mandat ordinariis rationibus Consilium de Familia contingendi.

Quaecumque a Nobis hisce Litteris motu proprio datis decreta sunt,

ea omnia firma ac rata esse iubemus, contrariis quibusvis non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die x mensis Decembris anno MCMLXXVI, Pontificatus Nostri quarto decimo.

PAULUS PP. VI

III

Pontificia Commissio a Iustitia et Pace certa ac definita ordinatione donatur.

PAULUS PP. VI

Iustitiam et pacem promovere omnesque partes socialis hominum convictus lumine ac fermento evangelico imbuere Ecclesia, quasi munus sibi a Domino mandatum exsequens, semper est annisa. Concilium autem Oecumenicum Vaticanum II, rationem ducens spei et facultatis variae, aetatis nostrae propriae, necnon aerumnarum et peculiarium difficultatum, huiusmodi officium in novo lumine posuit.[1] Ut autem eiusdem universalis Synodi optato satisfieret, Commissio Litteris Apostolicis *Catholicam Christi Ecclesiam* **die vi mensis Ianuarii anno MCMLXVII motu proprio per Nos datis, est instituta legibusque ordinata. Quod quidem factum est experimenti gratia atque ad quinquennium : « nam munerum exercitatio rerumque usus opportunas immutationes suadere poterunt ».[2] Quod munus in alterum lustrum est a Nobis prorogatum.**

Re quidem vera fatendum est Commissionem per hos decem annos sedulo studuisse doctrinae et praeceptionibus Constitutionis pastoralis a verbis *Gaudium et spes* **incipientis aliorumque documentorum ecclesiasticorum easque ad effectum deduxisse. Sic igitur factum est, ut vox Ecclesiae quasi nuntia verae iustitiae et pacis in hominum convictus salubriter exsonaret.**

Quoniam vero quaestiones huic Commissioni expendendae tam perplexae sunt et cum aliis saepe conectuntur, a multis iam poscitur, ut eius munera accuratius definiantur ; quo eveniat, ut hoc Apostolicae Sedis ministerium efficaciore in dies modo officia sibi credita valeat implere.

Dum ergo praedictae Commissionis proposita et compagem certa

[1] **Cfr. Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis** ***Gaudium et spes*, n. 90.**

[2] ***A.A.S.* 59 (1967), p. 28.**

ratione statuimus, magnum momentum iustitiae pacisque ab Ecclesia fovendae ac tuendae iterum aperte edicere volumus. Quocirca eiusdem Commissionis sodales studiose oportet quasi auscultando cognoscant, quid quoad res sibi tractandas fieri contingat, quid homines, pro variis temporum rerumque adiunctis, circa easdem appetant ; quaestiones perpendant affulgente sibi luce Evangelii et Magisterii Ecclesiae; quasi fructum huiusmodi considerationum in medium proferentes, Populum Dei illuminent et excitent, ut magis conscius fiat officiorum vitae vere christianae, ad haec quod attinet.

Haec vero sunt eiusdem Commissionis egregia proposita et principia practica : eius videlicet est studia exercere actioni inservientia, quae ipsa ad navitatem pastoralem evangelizationis referantur; praesto esse Ecclesiae membris et institutis ea mente, ut haec a Commissione accepta consilia et impulsus in operositatem, qua se teneri noverint quaeque vim testimonii christiani habeat, valeant transferre; sic agere, ut ad progressionem ac renovationem homines accendantur, qua in re fidelitas erga supremam Ecclesiae auctoritatem sit primaria mentium directio et pignus efficacitatis ; hisce denique omnibus operam dare respectu habito oecumenismi.

Neque obliviscendum est continuam velocemque mutationem necessitudinum inter homines et gentes efficere, ut novae semper quaestiones vel facies quaestionum oriantur, quod spectat ad iustitiam, pacem, populorum progressionem et hominum iura. Quapropter Commissio, ut par sit huiusmodi rerum humanarum naturae, implicatae simul et mutabili, congruenti indiget ordinatione.

Quae cum ita sint, Nos, cunctis rite et mature perpensis auditisque viris peritis, haec, quae sequuntur, circa Pontificiam Commissionem a Iustitia et Pace singillatim statuimus atque decernimus.

I. - Pontificia Commissio a Iustitia et Pace est Apostolicae Sedis ministerium, cuius est expendere altiusque pervestigare, quoad doctrinam atque rem pastoralem et apostolicam, quaestiones ad iustitiam et pacem pertinentes, eo consilio, ut Populum Dei excitet, ut hic illas quaestiones plane intellegat et conscius reddatur muneris sui et officii circa iustitiam, populorum progressionem, promotionem humanam, pacem, hominum iura. Eius est exquirere, quibus modis, proprie vereque christianis, conferri possit ad illas quaestiones solvendas, et membra Populi Dei permovere ad christianum testimonium perhibendum et ad actionem, hisce rebus consentaneam, suscipiendam.

II. - Ut haec efficere valeat, Commissio oportet :

1) imprimis altius pervestiget doctrinam socialem Magisterii Ecclesiae, eam opportunis adhibitis instrumentis late diffundat detque operam, ut eadem in cunctis humani convictus gradibus et ordinibus ad usum deducatur;

2) in unum colligat brevique comprehendat studia ad populorum progressionem, pacem, iustitiam, hominum iura spectantia, rationem habens ingenii cultus, morum, educationis, rei oeconomicae et socialis, ea ex doctrina theologica aestimet ac deinde inquirat, quomodo ea, quae collecta sunt, adiuvare valeant actionem pastoralem et officium, quo christiani impensius se astringant variis in condicionibus sive locorum sive nationum sive internationalis consortionis;

3) notos faciat fructus studiorum, scriptionum collectarum et inquisitionum omnibus institutis Ecclesiae, ad quae res pertinet et a quibus omnia scitu utilia colligat; nominatim, ad haec quod attinet, Commissio continenter et organico, ut aiunt, modo cum Conferentiis episcopalibus agat ; per has vel de earundem consensu certiora reddat cunctisque, quibus potest, viribus adiuvet instituta ad has easdem quaestiones investigandas condita — Commissiones a Iustitia et Pace nationales aliasque — quae secundum statuta a Conferentiis episcopalibus definita aut approbata operantur ;

4) Dicasteria aliaque Apostolicae Sedis ministeria, quorum huiusmodi quaestiones intersunt, constanter contingat, ea mente ut illa de rebus edoceat, iisdemque ulterius adiumento suo praesto sit in compositione aptarum dispositarumque agendi rationum ; praedicta vero instituta vicissim sententiam Commissionis exquirere possunt de cunctis rebus, quae ad Commissionem a Iustitia et Pace spectant; huic demum ordinaria sit necessitudo cum Secretaria Status seu Papali, quae ei aptas tradet normas directorias;

5) sociata opera cum iisdem Dicasteriis ministeriisque, fructus studiorum suppeditet aliis coetibus vel institutis intra fines Ecclesiae exsistentibus, veluti Ordinibus et Congregationibus religiosis, consociationibus catholicis internationalibus ; eodem modo se gerat cum coetibus et personis, quae sint extra limina Ecclesiae et cum quibus Apostolicae Sedis Dicasteria ministeriaque suetam habeant necessitudinem, cuius modi sunt aliae Ecclesiae et communitates christianae, religiones non

christianae, consociationes vel procurationes, quae ad idem hoc propositum assequendum operam conferunt;

6) cognoscere studeat repulsas iustitiae, iurium humanorum laesiones, iniustitias, quae in *concretis* rerum condicionibus accidant, atque modo *obiectivo* et pleno de iisdem se certiorem facere; significet christianam solidamque coniunctionem cum iis, qui propter iniustitiam dolent, quotiescumque gravitas condicionis vel factorum id suadeat et postquam ipsi cum Secretaria Status de quavis declaratione vel inceptu convenit.

III. - Pontificia Commissio a Iustitia et Pace constat Patribus Cardinalibus, Episcopis, clericis et laicis a Summo Pontifice ad quinquennium nominatis; ei moderatur Cardinalis Praeses, cui auxilium praebent Secretarius et Subsecretarius. Consultores clerici et laici, qui in doctrina et actione socialibus Ecclesiae vere sint versati, item a Summo Pontifice ad quinquennium nominantur.

IV. - Membra Conventui Generali intersunt, qui semel in anno agitur, nisi peculiaria adiuncta aliter suadeant, ut cognitione rerum, in quibus sint praecipue periti, suaque experientia pastorali conferant ad magna illa veluti lineamenta operis efficienda, quod Commissioni est propositum. Consultores scripto de argumentis, quorum scientia excellant, crebro interrogentur, aut advocentur, ut minoribus coetibus studii causa congregatis socientur. Congressus Commissionis rite cogitur, prout necessitas operis faciendi id postulat.

V. - Normae, quae Constitutione Apostolica *Regimini Ecclesiae Universae* et Ordine servando in Dicasteriis Sanctae Sedis continentur, Pontificiae Commissioni a Iustitia et Pace applicantur, nisi aliter statuatur.

Quaecumque vero a Nobis hisce Litteris motu proprio datis decreta sunt, ea omnia firma et rata esse iubemus, contrariis quibusvis non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die x mensis Decembris, anno MCMLXXVI, Pontificatus Nostri quarto decimo.

PAULUS PP. VI

LITTERAE APOSTOLICAE

I

In Republica Islandiae Apostolica excitatur Nuntiatura.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Quandoquidem nullum etiam humanae prudentiae diligentiaeque consilium praetermittendum esse existimamus quo prospici possit et Evangelii progressioni et Ecclesiae efficacitati et animarum saluti aeternae, idcirco operam pariter damus ut cum ipsis nationum atque civitatum per orbem terrarum gubernatoribus rationes salubriter contrahantur publicae amicitiae sive necessitudinis et ut Apostolicae Sedis Nuntii sic apud illos publica auctoritate agentes certius procurent religionis christianae incrementum. Prompta igitur alacrique voluntate et magna simul spe sententiam accepimus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione, quae ut in Republica Islandiae seu Thüles legitime conderetur Nuntiatura Apostolica haud ita pridem persuasit. Certa exinde Nos scientia ac matura deliberatione, harum Litterarum Apostolicarum vi, in natione illa quam diximus, Nuntiaturam Apostolicam constituimus cui praeterea cuncta et singula tribuimus iura ac privilegia, honores ac praerogativas quae illius modi Nuntiaturis solent concedi. Decernimus praeterea ut erectae nunc Nuntiaturae Apostolicae sedes inveniatur in urbe principi Reykiavikensi, Pro-Nuntius vero ipse commoretur Hafniae, donec aliud aliquando edicatur. Quae autem hisce Litteris statuimus, firma iam sunto et in posterum vimque suam contrariis quibusvis nequaquam obstantibus omnino haben to.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub Anulo Piscatoris, die VIII mensis Octobris anno MCMLXXVI, Pontificatus Nostri quarto decimo.

© IOANNES Card. VILLOT, *Secretarius Status*

Loco £8 Sigilli

In Secret. Status tab. n. 815879.

II

Sanctus Franciscus Xaverius nominatur apud Deum patronus Praelaturae Candimendensis.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Ex quo tempore tria paene saecula abhinc coepta est evangelica missionalium opera fructuose tractari in ea Brasiliae regione quam hodierna complectitur Praelatura Candimendensis, numquam simul desitus est ipse Sanctus Franciscus Xaverius tum excoli ut tutelaris cáeles principis ibidem paroeciae, tum etiam omnibus in tota illa vinea Domini operariis proponi ut apostolici studii ardorisque exemplar. Has quidem praecipue ob causas iam dudum inter sacerdotes et sodales familiarum religiosarum et fideles Praelaturae istius percrebruerat opinio decere prorsus eundem Sanctum apprime missionalem rite constitui apud Deum universi Candimendensis gregis patronum. Ad decimum quintum igitur commemorandum annum exactum a condita Praelatura primus Praelatus, Venerabilis Frater Guido M. Casullo, Episcopus titulo Uticensis, communi cunctorum optato adsensus et rem ipsam fidei religioni pietati Catholicae plurimum sane profuturam arbitratus petivit a Sede Apostolica ut destinatio illa a semet approbata recte demum confirmaretur. Nos itaque sententiam suscipientes Sacrae Congregationis pro Sacramentis et Cultu Divino apostolica potestate Nostra perlibenter Sanctum Franciscum Xaverium principalem coram Deo Patronum Praelaturae Candimendensis confirmamus, id est iterum constituimus ac renuntiamus, omnibus pariter concessis honoribus et privilegiis liturgicis quae eius modi Patronis congruunt ; contrariis quibusvis haud obstantibus. Ceterum praecipimus ut hae Litterae Nostrae diligenter serventur suosque effectus obtineant et nunc iam et in posterum.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die vi mensis Novembris, anno MCMLXXVI, Pontificatus Nostri quarto decimo.

£B IOANNES Card. VILLOT, *Secretarius Status*

Loco £g Sigilli

In Secret. Status tao., n. 315921.

III

Templum princeps dioecesis Sancti Augustini ad Basilicae Minoris evehitur statum.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Primam omnium paroeciarum intra Foederatarum Civitatum Americae Septentrionalis fines sitarum illam scilicet vulgo iam esse noverunt, quam missionales Hispani quadringentis undecim abhinc annos honori ac nomini dicaverint Episcopi Hipponensis Sancti Augustini, quippe cuius ipso die festo terras Floridae navigantes permagno cum gaudio procul conspexissent. Praestabilis igitur rei dignitas atque claritas loci memorabilis a publicis etiam auctoritatibus multipliciter agnita, nec non ipsius sacrae aedis redintegratae modoque consecratae celebritas libentem profecto ac volentem permoverunt Venerabilem Fratrem Paulum F. Tanner, Episcopum Sancti Augustini, ut a Sede Apostolica vertente hoc nationis suae ducentésimo anno impetraret, ut idem cathedrale templum insigniore honestaretur titulo ad condicionem nempe Basilicae Minoris iure provectum. Confidentes propterea Nos tale aedificii ornamentum valde quidem profuturum esse tum Ecclesiae Catholicae ibidem prosperitati tum commoditati spiritali templum istud adeuntium, propensa voluntate exaudimus ab eodem Antistite preces admotas proindeque ex Sacrae Congregationis pro Sacramentis et Cultu Divino sententia decernimus harum Litterarum vi ac potestatis Apostolicae Nostrae plenitudine ut sacra aedes cathedralis, quam diximus, dioecesis Sancti Augustini ad gradum atque honorem Basilicae Minoris tollatur augeaturque cunctis iuribus et privilegiis quae templis eo nomine appellatis rite conveniunt. Praecipimus insuper ut illa singula religiose observentur quae servari oportet secundum Decretum « De Titulo Basilicae Minoris » die vi mensis Iunii anno MCMLXVIII editum. Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub anulo Piscatoris die iv mensis Decembris anno MCMLXXVI, Pontificatus Nostri quarto decimo.

ffi IOANNES Card. VILLOT, *Secretarius Status*

L. © S.

In Secret. Status tab., n. 317903.

NUNTIUS SCRIPTO DATUS

Universis Christifidelibus omnibusque bonae voluntatis hominibus, Calendis Ianuariis a. 1977 diem celebraturis ad pacem fovendam per totum orbem terrarum dicatum. *

Uomini grandi e responsabili!
Uomini innumerevoli e sconosciuti!
Uomini Amici!

Eccoci ancora una volta, la decima volta, a voi ! con voi ! All'alba del nuovo anno 1977, noi siamo alla vostra porta e bussiamo.[1] Apriteci, per favore. Noi siamo il solito Pellegrino, che percorre le vie del mondo, senza stancarsi mai, e senza smarrire la strada. Siamo inviati per portarvi il solito annuncio ; siamo profeti della Pace ! Sì, Pace, Pace, noi andiamo gridando, come messaggeri d'un'idea fissa, d'un'idea antica, ma sempre nuova per la necessità ricorrente che la reclama, come una scoperta, come un dovere, come una beatitudine ! L'idea della Pace sembra acquisita, come espressione equivalente e perfettiva della civiltà. Non vi è civiltà senza la pace. Ma in realtà la pace non è mai né completa, né sicura. Avete osservato come le stesse acquisizioni del progresso possono essere cause di conflitti ; e quali conflitti ! Non giudicate superfluo, e perciò noioso, il nostro annuale messaggio in favore della Pace.

Sul quadrante della psicologia dell'umanità la Pace ha segnato dopo l'ultima guerra mondiale un'ora di fortuna. Sulle immense rovine, ben diverse, sì, nei vari Paesi, ma universali, sola vittoriosa si è vista dominare la Pace, finalmente. E subito le opere, le istituzioni, che sono proprie della Pace, sono fiorite, come una vegetazione primaverile; e molte di esse resistono e vigoreggiano ancora; sono le conquiste del mondo nuovo; e il mondo fa bene ad esserne fiero e a conservarne l'efficienza e lo sviluppo; sono le opere e le istituzioni che segnano un gradino ascensionale nel progresso dell'umanità. Ascoltiamo un istante, a questo punto, una voce autorevole, paterna e profetica; quella del nostro venerato Predecessore, Papa Giovanni XXIII :

« La convivenza umana, venerabili Fratelli e diletti figli, deve essere

* Die 8 m. decembris a. 1976.
[1] Cfr. *Ap* 3, 20.

considerata anzitutto come un fatto spirituale : quale comunicazione di conoscenze nella luce del vero ; esercizio di diritti e adempimento di doveri ; impulso e richiamo al bene morale ; e come nobile comune godimento del bello in tutte le sue legittime espressioni; permanente disposizione ad effondere gli uni negli altri il meglio di se stessi; anelito ad una mutua e sempre più ricca assimilazione di valori spirituali : valori nei quali trovano la loro perenne vivificazione e il loro orientamento di fondo le espressioni culturali, il mondo economico, le istituzioni sociali, i movimenti e regimi politici, gli ordinamenti giuridici e tutti gli altri elementi esteriori, in cui si articola e si esprime la convivenza nel suo evolversi incessante)).[2]

Ma questa fase terapeutica della Pace cede il passo a nuove contestazioni, sia come a residui di reviviscenti contese, solo provvisoriamente composte; sia come a fenomeni storici nuovi, nascenti dalle strutture sociali in continua evoluzione. La Pace ritorna ad essere in sofferenza, nei sentimenti degli uomini dapprima, poi in contestazioni parziali e locali, e poi in spaventosi programmi di armamenti, che calcolano a freddo il potenziale di terrificanti distruzioni, superiori alla stessa nostra capacità di tradurre in misure concrete. Tentativi lodevolissimi per scongiurare simili conflagrazioni sorgono qua e là; e noi auguriamo che essi possano avere ragione sui pericoli incommensurabili, a cui tali tentativi stanno cercando preventivo rimedio.

Uomini Fratelli! questo non basta. Il concetto della Pace, come ideale direttivo dell'effettiva attività dell'umano consorzio, sembra soccombere ad un fatale sopravvento dell'incapacità del mondo a governarsi nella Pace e con la Pace. La Pace non è un fatto autogeno, se pur ad esso tendono gli impulsi profondi della natura umana; la Pace è l'ordine ; e all'ordine aspira ogni cosa, ogni fatto, come ad un destino precostituito, come ad una ragion d'essere preconcepita, ma che si realizza in concomitanza ed in collaborazione con molteplici fattori. Per questo la Pace è un vertice che suppone una interiore e complessa struttura di sostegno ; essa è come un corpo flessibile che deve essere corroborato da uno scheletro robusto. Essa è una costruzione che deve la sua stabilità e la sua eccellenza allo sforzo portante di cause e di condizioni, che spesso le mancano, ed anche quando sono operanti non sempre resistono alla funzione loro assegnata, affinché la piramide della Pace sia stabile nella sua base ed alta nella sua sommità.

[2] **Enciclica *Pacem in terris,* 11 aprile 1963; in *A.A.S.* 55 (1963), p. 266.**

Ma di fronte a questa analisi della Pace, che ne conferma l'eccellenza e la necessità, e nello stesso tempo ne rileva la instabilità e la fragilità, noi riaffermiamo la nostra convinzione : la Pace è doverosa, la Pace è possibile. È questo il nostro ricorrente messaggio, che fa proprio l'ideale della civiltà, fa eco all'aspirazione dei Popoli, conforta la speranza degli uomini umili e deboli e nobilita con la giustizia la sicurezza dei forti. Ë il messaggio dell'ottimismo, è il presagio dell'avvenire. Non è un sogno la Pace, non è un'utopia, non è un'illusione. E nemmeno essa è una fatica di Sisifo : no, essa può essere prolungata e corroborata; essa può segnare le più belle pagine della storia, non solo con i fasti della potenza e della gloria, ma ancora più con quelli anche migliori dell'umana virtù, della bontà popolare, della prosperità collettiva della vera civiltà : la civiltà dell'amore.

È davvero possibile? Sì, lo è ; lo deve essere. Ma siamo sinceri : la Pace, ripetiamo, è doverosa, è possibile, ma non senza il concorso di molte e non facili condizioni. Il discorso sulle condizioni della Pace, noi ce ne rendiamo conto, è molto difficile e molto lungo. Noi non oseremo qui affrontarlo. Noi lo lasciamo agli esperti. Ma non vogliamo tacerne un aspetto, che è senza dubbio primordiale. Ci basta ora richiamarlo e raccomandarlo alla riflessione degli uomini buoni e intelligenti. Ed è questo : il rapporto della Pace con la concezione che il mondo ha della Vita umana.

Pace e Vita : sono beni supremi nell'ordine civile ; e sono beni correlativi.

Vogliamo la Pace? difendiamo la Vita !

Può questo binomio « Pace e Vita » apparire quasi una tautologia, uno slogan retorico; ma tale non è. Esso rappresenta una conquista lungamente contesa lungo il cammino dell'umano progresso ; un cammino non ancora giunto al suo finale traguardo. Quante volte nella drammatica storia dell'umanità il binomio « Pace e Vita » racchiude uno scontro feroce dei due termini, non un abbraccio fraterno. La Pace è cercata e conquistata con la morte, e non con la Vita; e la Vita si afferma non con la Pace, ma con la lotta, come un triste fato necessario alla propria difesa.

La parentela fra la Pace e la Vita sembra scaturire dalla natura delle cose ; ma non sempre, non ancora, dalla logica del pensiero e della condotta degli uomini. E questa, se vogliamo comprendere la dinamica del progresso umano, è il paradosso, è la novità che noi, per quest'anno di grazia 1977, e poi per sempre, dobbiamo affermare. E non è facile,

non è semplice riuscirvi, perché troppe obiezioni, formidabili obiezioni, custodite nell'arsenale immenso delle pseudo-convinzioni, dei pregiudizi empirici ed utilitari, delle cosiddette ragioni di Stato, o dei costumi storici e tradizionali, vi oppongono, ancora oggi, ostacoli, che sembrano insuperabili. Con questa tragica conclusione : se Pace e Vita possono illogicamente, ma praticamente dissociarsi, si delinea sull'orizzonte del futuro una catastrofe che, ai nostri giorni, potrebbe essere senza misura e senza rimedio sia per la Pace, che per la Vita. Hiroshima è documento terribilmente eloquente e paradigma spaventosamente profetico a questo riguardo. La Pace, se per deprecabile ipotesi, fosse concepita avulsa dal connaturato rispetto con la Vita, potrebbe imporsi come un triste trionfo della morte; vengono alla mente le parole di Cornelio Tacito: « ... *ubi solitudinem faciunt, pacem appellant)).*[3] E reciprocamente : si può esaltare con egoistica e quasi idolatrica preferenza la Vita privilegiata di alcuni a prezzo dell'altrui oppressione, o soppressione : è Pace cotesta?

Per ritrovare la chiave della verità in questo conflitto, che da teorico e morale si fa tragicamente reale, e che profana e insaguina, ancora oggi, tante pagine dell'umana convivenza, bisogna senz'altro riconoscere il primato alla Vita, come valore e come condizione della Pace. Ecco la formula : « se vuoi la Pace, difendi la Vita ». La Vita è il vertice della Pace. Se la logica del nostro operare parte dalla sacralità della Vita, la guerra, come mezzo normale e abituale per l'affermazione del diritto e quindi della Pace, è virtualmente squalificata. La Pace altro non è che il sopravvento incontestabile del diritto e alla fine la felice celebrazione della Vita.

Qui l'esemplificazione è senza fine, come senza fine è la casistica delle avventure, o per meglio dire delle sventure, in cui la Vita è posta in gioco nel confronto con la Pace. Noi facciamo nostra la classifica che, a tale proposito, è stata presentata secondo « tre imperativi essenziali ». Occorre, sostengono questi imperativi, che per avere la Pace autentica e felice si debba : *difendere la Vita, risanare la Vita, promuovere la Vita.*

La politica dei grandi armamenti è subito chiamata in causa. L'antica sentenza, che ha fatto e fa scuola nella politica : *si vis pacem, para bellum* non è ammissibile senza radicali riserve.[4] Noi con la schietta

[3] *Vita di Agricola,* 30.
[4] Cfr. *Lc* 14, 31.

audacia dei nostri principii, denunciamo così il falso e pericoloso programma della ((corsa agli armamenti », della gara segreta alla superiorità bellica fra i popoli. Anche se, per una superstite felice saggezza, o se per un tacito, ma già tremendo « braccio di ferro » nell'equilibrio delle avverse forze micidiali, la guerra (e quale guerra sarebbe!) non scoppia, come non compiangere l'incalcolabile dispendio di mezzi economici e di umane energie per conservare ad ogni singolo Stato la sua corazza di armi sempre più costose, sempre più efficienti, a danno dei bilanci scolastici, culturali, agricoli, sanitari, civili; Pace e Vita sopportano pesi enormi e incalcolabili per mantenere una Pace fondata sulla perpetua minaccia alla Vita, come pure per difendere la Vita mediante una costante minaccia alla Pace. Si dirà : è ineluttabile. Può essere in una concezione ancora tanto imperfetta della civiltà. Ma riconosciamo almeno che questa sfida costituzionale, che la gara agli armamenti stabilisce fra la Vita e la Pace, è una formula in se stessa fallace, e che va corretta, superata. Lode dunque allo sforzo già iniziato per ridurre e alla fine per eliminare questa assurda guerra fredda risultante dal progressivo aumento del rispettivo potenziale bellico delle Nazioni, quasi queste dovessero essere senza scampo nemiche fra loro, e quasi fossero incapaci di accorgersi che tale concezione dei rapporti internazionali si dovrebbe un giorno risolvere nella rovina della Pace quanto d'innumerevoli vite umane.

Ma non è solo la guerra che uccide la Pace. Ogni delitto contro la Vita è un attentato contro la Pace, specialmente se esso intacca il costume del Popolo, come spesso diventa oggi con orrenda e talora legale facilità la soppressione della Vita nascente, con l'aborto. Si usano invocare a favore dell'aborto motivazioni come le seguenti : l'aborto mira a frenare l'aumento molesto della popolazione, a eliminare esseri condannati alla malformazione, al disonore sociale, alla miseria proletaria ; eccetera ; sembra piuttosto giovare che nuocere alla Pace. Ma così non è. La soppressione d'una Vita nascitura, o già venuta alla luce viola innanzitutto il principio morale sacrosanto, a cui sempre la concezione dell'umana esistenza deve riferirsi : la Vita umana è sacra fin dal primo momento del suo concepimento e fino all'ultimo istante della sua sopravvivenza naturale nel tempo. È sacra : che vuol dire? Vuol dire che essa è sottratta a qualsiasi arbitrario potere soppressivo, è intangibile, è degna d'ogni rispetto, d'ogni cura, d'ogni doveroso sacrificio. Per chi crede in Dio è spontaneo ed istintivo, è doveroso per legge religiosa, trascendente; ed anche per chi non ha questa fortuna di ammettere la

mano di Dio protettrice e vindice d'ogni essere umano, è e dev'essere in virtù dell'umana dignità intuitivo questo stesso senso del sacro, cioè dell'intangibile, dell'inviolabile proprio d'un'esistenza umana vivente. Lo sanno, lo sentono quelli che hanno avuto la sventura, la implacabile colpa, il sempre rinascente rimorso d'aver volontariamente soppresso una Vita; la voce del sangue innocente grida nel cuore della persona omicida con straziante insistenza: la Pace interiore non è possibile per via di sofismi egoistici! E se lo è, un attentato alla Pace, cioè al sistema protettivo generale dell'ordine, dell'umana e sicura convivenza, alla Pace, in una parola, è stato perpetrato: Vita singola e Pace generale sono sempre collegati da un'inscindibile parentela. Se vogliamo che l'ordine sociale progrediente si regga sopra i principi intangibili, non offendiamolo nel cuore del suo essenziale sistema: il rispetto alla Vita umana. Anche sotto questo aspetto Pace e Vita sono solidali alla base dell'ordine e della civiltà.

Il discorso può prolungarsi passando in rassegna le cento forme con cui oggi l'offesa alla vita sembra diventare costume, là dove la delinquenza individuale si organizza per diventare collettiva, per assicurarsi l'omertà e la complicità d'interi ceti di cittadini, per fare della vendetta privata un vile dovere collettivo, del terrorismo un fenomeno di legittima affermazione politica o sociale, della tortura poliziesca un metodo efficace della forza pubblica non più rivolta a ristabilire l'ordine, ma ad imporre una ignobile repressione. Impossibile che la Pace fiorisca dove l'incolumità della vita è in tal modo compromessa. Dove la violenza infierisce la vera Pace finisce. Mentre dove i diritti dell'uomo sono realmente professati e pubblicamente riconosciuti e difesi, la Pace diventa l'atmosfera lieta ed operosa della convivenza sociale.

Documenti del nostro civile progresso sono i testi degli impegni internazionali per la tutela dei Diritti degli Uomini, per la difesa del fanciullo, per la salvaguardia delle libertà fondamentali dell'uomo. Sono l'epopea della Pace, in quanto sono scudo alla Vita. Sono completi? Sono osservati? Noi tutti avvertiamo che la civiltà si esprime in tali dichiarazioni, e che trova in esse l'avallo della propria realtà, piena e gloriosa, se esse sono trasfuse nelle coscienze e nei costumi; realtà irrisa e violata, se esse rimangono lettera morta.

Uomini, Uomini della maturità del secolo ventesimo, voi avete segnato le Carte gloriose della vostra raggiunta pienezza umana, se tali carte sono vere; avete sigillato per la storia la vostra condanna morale,

se esse sono documenti di velleità retoriche o di ipocrisia giuridica. Il metro è là : nella equazione fra la vera Pace e la dignità della Vita.

Accogliete la nostra supplicante implorazione : che tale equazione si compia e che su di essa un nuovo fastigio si eriga nell'orizzonte della nostra civiltà della Vita e della Pace, la civiltà, noi ancora diciamo, dell'amore.

Tutto è detto?

No ; resta una insoluta questione : come realizzare tale programma di civiltà? come affratellare veramente la Vita e la Pace?

Rispondiamo in termini che possono essere inaccessibili a quanti hanno chiuso l'orizzonte della realtà alla sola visuale naturale. Occorre fare ricorso a quel mondo religioso, che noi chiamiamo « soprannaturale ». Occorre la fede per scoprire quel sistema di efficienze operanti nel complesso dell'umana vicenda, dove l'opera trascendente di Dio s'innesta e l'abilita ad effetti superiori, umanamente parlando impossibili. Occorre la religione, quella viva e vera, per renderli possibili. Occorre l'aiuto del « Dio della pace ».[5]

Beati noi se questo conosciamo e crediamo; e se secondo questa fede sappiamo scoprire e mettere in azione il rapporto fra la Vita e la Pace.

Perché vi è un'eccezione capitale al ragionamento su esposto, che antepone la Vita alla Pace, e fa dipendere la Pace dalla inviolabilità della Vita ; è l'eccezione che si verifica nei casi in cui entra in gioco un bene superiore alla Vita stessa. Si tratta d'un Bene di soverchiante valore a quello della Vita medesima, come la verità, la giustizia, la libertà civile, l'amore del prossimo, la Fede ... Allora interviene la parola di Cristo : « Chi ama la propria Vita (più di questi Beni superiori), la perde ».[6] Questo vi indica che, come la Pace dev'essere concepita in ordine alla Vita, e come dall'ordinato benessere assicurato alla Vita deve la Pace risultare essa stessa l'armonia che rende ordinata e felice, interiormente, socialmente l'umana esistenza, così questa umana esistenza, la Vita, cioè, non può, né deve sottrarsi alle finalità superiori che le conferiscono la sua primaria ragion d'essere : perché si vive? che cosa dà alla Vita, oltre la ordinata tranquillità della Pace, la sua dignità, la sua spirituale pienezza, la sua morale grandezza, e diciamo pure, la sua religiosa finalità? Sarà forse perduta la Pace, la vera Pace,

[5] *FU* 4, 9.

[6] Cfr. *Gv* 12, 25.

se sarà data cittadinanza nell'area della nostra Vita all'Amore, nella sua più alta espressione, che è il sacrificio? E se il sacrificio davvero entra in un disegno di Redenzione e di titolo meritorio per una esistenza trascedente la forma e la misura temporale, non ricupererà esso a livello superiore ed eterno la Pace, la sua vera, centuplicata Pace della Vita eterna?[7] Chi è alunno della scuola di Cristo può comprendere questo linguaggio trascendente.[8] E perché noi non potremmo essere questi alunni? Egli, Cristo, « è la nostra Pace ».[9]

Noi lo auguriamo a tutti quanti giunge questo nostro benedicente messaggio di Pace e di Vita !

PAULUS PP. VI

NUNTII GRATULATOMI

I

Ad Em.mum P. D. Leonem Stephanum S. R. E. Cardinalem D uval Archiepiscopum Algeriensem, quinquaginta exactis annis ab eiusdem presbyterali ordinatione.

Appropinquante die xvin mensis Decembris, quo quinquaginta annos a suscepto Presbyteratus Ordine expletos celebratas, immutata, qua te prosequimur, caritate adducimur, ut has Litteras gratulatorias ad te demus, Venerabilis Frater Noster, cum magna Nos spes teneat te ex ipsis tantum, quantum scribentes cupimus, solacium esse capturum.

